00079857

BOMBAY BRANCH
OF THE
ROYAL ASIATIC SOCIETY.
TOWN HALL, BOMBAY.

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019

2302
1933
93

ΔΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ ΛΟΓΟΙ Π.

DIONIS CHRYSOSTOMI ORATIONES LXXX.

CVM VETVSTIS CODD. MSS. REG. BIBLIOTHECÆ, ſedulo collatæ, eorúmque ope ab innumeris mendis liberatæ, reſtitutæ, auctæ. PHOTII excerptis, SYNESIIQ. cenſura illuſtratæ.

Ex interpretatione THOMÆ NAOGEORGI, *accuratè recognita, recentata, & emendata* FED. MORELLI *Prof. Reg. opera.*

Cum IS. CASAVBONI Diatriba, & eiuſdem MORELLI Scholiis, Animaduerſionibus & Coniectaneis.

Isac. Casauboni aut. damnatus opus permissum

Acceſsit RERVM *&* VERBORVM *Index locupletiſsimus.*

79857
LIBRARY OF THE BOMBAY BRANCH OF ROYAL ASIATIC SOCIETY



LVTETIÆ, M.DCIV.
Ex officina Typographica CLAVDII MORELLI, via Iacobæa, ad inſigne Fontis.
TYPIS REGIIS.
NON SINE REGIS PRIVILEGIO.

Q-a-30

0
885.01
Dio/Dio
79857

00079857

ILLVSTRISSIMO ET AMPLISSIMO VIRO D. POMPONIO BELLIEVRÆO GALLIARVM CANCELLARIO,

FED. MORELLVS *Profeſſor & Interpres Reg.* S. P.

ECCE Tibi (Vir ampliſſime) χρυσορρήμονι καὶ φιλοβασιλεῖ, Dio χρυσόστομος καὶ φιλοβασιλεύς. En rediuiuus auriloquus orator, Regúmque amantiſſimus, Regiis typis amictus; Te cuius à corde & ore, aurea prorſus conſilia, & diuinæ eloquentiæ flumina auro puriora, quotidie manant, dum HENRICI IV. Regis Chriſtianiſſ. cuius ſacroſancta Sigilla prudentiſſimè moderaris, tanquam Mercurium λόγιον, lubens ſalutat; & ſermones adhuc ἐμψύχοις, auróque ſuo etiamnum renidentes, ob quos olim Traiano Imperatori vſqueadeo acceptus fuit, vt aureo triumphali curru cum illo conſederit: Tibi nobiſcum dedicat, conſecrat, mancipióque tuos, non vſu tantùm eſſe vult. nec id iniuria. Quippe cum præter eximias facundiæ, doctrinæ ac ſapientiæ dotes in gemmeo pectore conditas, hoc etiam commune tecum habuerit, quòd ſub opt. Principib. eius virtuti fortuna coniuncta fuerit: quòd

Spémque metúmque domans, vitio ſublimior omni

bonus eſſe quàm videri maluerit; vt Tu ſeculi noſtri Amphiarae,

> Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει,
> Βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος,
> Ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.

quòd Regiarum præco laudum, & legum egregius Encomiaſtes extiterit; quarum tu fautor & cuſtos es ſanctiſſ. Quòd denique filium in patria Magiſtratum pro dignitate gerentem viderit: vt Tu liberos tuos maximis honoribus meritiſſimo auctos & decoratos ad Pietatis & Iuſtitiæ præſidium, Patriæ ſalutem, familiæ illuſtriſſ. ornamentum conſpicis. Quo iucũdiſſimo ſpectaculo vt perdiu fruaris, omnibus votis expeto. Interim, Pruſæum & Atticum oratorẽ, χρυσοῦν τὴν γλῶτταν, hilariore vultu, & pallio togáque concinniore prodeuntem; ac Regiæ Bibliothecæ Typographiæque ſplendorem tantumnon omnibus prædicantem, quaſi θεῖόν τι ἄγαλμα, in Palladis Aſtrææque tuæ ſacrarium reconde: eorum φιλοπονίας, φιλολογίας, induſtriæque memor, qui commodis ſuis & τοὺς πρὸς τὰ ἄλφιτα poſthabitis, nec impenſis, nec improbo labori parcunt, vt publico proſint, déque Patria & literis bene mereri vſquequaque poſſint. Salue plurimum, & bene vale, præſidium & decus æui maximum, χρυσόστομε καὶ σεμνότατε Νομοφύλαξ. Lutetiæ Pariſior. v. Kal. April. CIↃ IↃCIV.

LECTORI DIONOPHILO, S.

ADESDVM, Dionophile. paucis te volo. vin' ſcire quod propoſitum in hoc opere noſtrum fuerit? ecquodnam aliud quàm vt Dionem hoſpitem tuum à longinqua æui vetuſtate ſciſſa penè lacerna tritum, corpore affecto, cultu amœniore ornatum, integriorem etiam ſanioremque, inaurata ſua & Romana lingua, pulcherrimis de rebus copioſe diſſerentem, tibi exhiberem? An tua quoque intereſt & vacat audire, quibus ſubſidiis & auxiliis, quorúmve ope & induſtria freti, id aggredi in animum induxerimus? audiſis. certè non ſine Palladio ſeu Hermathena Bibliothecæ regiæ, in cuius peplo Mineruali inuolutum volumen membranarum Dionæarum euoluentes, Venetæ editionis maculas pleraſque eluimus, & lacunas etiam aliquot repleuimus: vt magna pridem ex parte feceramus, eodem codice Veneto cum veteribus membranis, ex Bibliotheca Patrum Societatis IESV*, diligenter collato; & cum alio MS. cuius copiam benignè nobis fecerat, vir illuſtriß. vetuſtate familiæ armíſque & litteris ornatiß. I.* FOXIVS *Carmanij Comes* μουσαγέτης. *Sed & ecce clariſſimus & eruditiß. Senator, Paulus Petauius, vltrò ſymbolam ad* ἔρανον *Dionæum obtulit: dum H. Stephani* πολυμαθεστάτου *librum Græcũ, Venetum, notulis & interpunctis quibuſdam raptim diſtinctum, lubenter & liberaliter cõmodauit. Non diſpari nos munere affecit,* ἑκὼν ἑκόντας, V. C. *Frid. Lindenbruchius, Camœnarum Gratiarúmque deliciæ. Sed cur (forte an inquies) opus tam crebris aſteriſcis variatum Panis abollam refert: & cui bono? nimirum vt iis in locis, tanquam lubricis lente feſtines; at ne ſtellas ſuſpiciens labaris, vt olim Thales, duntaxat hæ variæ lectionis ſunt notæ, vel diſcrepantiæ verſionis Latinæ à Græcis. Varietas item characterum Lat. vel emendatam vel auctam interpretationem arguunt: vt ex ſcholiis quibuſdam, Notis & collectaneis noſtris huic operi ſubiectis patebit. Verùm nihil mihi penſi fuit, nec eſt, indicare quoties poëtarum verſus ſoluto ſermone expoſitos, iiſdem numeris expreſſerim, & quoties male tornatos incudi reddere conatus fuerim. Nec tamen me fugit magnam adhuc ſegetem Criticis ſupereſſe; in hoc opere, in qua ingenij, iudiciique ſui aciem, &* ἀγχίνοιαν *exerceant.* Nos coniurati ἄγνοιαν reſcindere Fratres, ἀμουσοφιλεγχοδιωνοψόγους, & *ingratum fucos pecus, non moramur: cum cordatis, gratis, bonis & æquis bene agier, mordicus tenemus. Viue, vale, fruere,* τοὺς φιλέοντας ἀντιφιλεῖν.

ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩΔΕ ΤΩ ΒΙΒΛΙΩ ΠΕΡΙΕΧΟΜΕΝΩΝ ΔΙΩΝΟΣ τοῦ Χρυσοστόμου λόγων.

INDEX ORATIONVM, QVÆ HOC LIBRO DIONIS CHRYSOSTOMI CONTINENTVR.

ΠΕΡΙ βασιλείας. λόγος	α	A	De regno. Oratio	I. pagina 1
Περὶ βασιλείας. λόγος	β		De regno. Oratio	II. 18
Περὶ βασιλείας. λόγος	γ		De regno. Oratio	III. 36
Περὶ βασιλείας. λόγος	δ		De regno. Oratio	IV. 59
Λιβυκὸς μῦθος.	ε		Lybica narratio.	V. 82
Διογένης, ἢ περὶ τυραννίδος.	ς		Diogenes, vel de tyrannide.	VI. 86
Εὐβοϊκὸς ἢ κυνηγός.	ζ		Euboica, vel de canum venatu.	VII. 98
Διογένης ἢ περὶ ἀρετῆς.	η		Diogenes, vel de virtute.	VIII. 130
Διογένης ἢ Ἰσθμικός.	θ		Diogenes vel Iſthmica Oratio.	IX. 138
Διογένης ἢ περὶ οἰκετῶν.	ι		Diogenes vel de ſeruis.	X. 143
Τρωϊκὸς ὑπὲρ τοῦ Ἴλιον μὴ ἁλῶναι.	ια	B	Troica de Ilio non capto.	XI. 151
Ὀλυμπικὸς ἢ περὶ τῆς πρώτης τοῦ θεοῦ ἐννοίας.	ιβ		Olympica vel de prima Dei cognitione.	XII. 193
Ἐν Ἀθήναις περὶ φυγῆς.	ιγ		Athenis, de fuga.	XIII. 219
Περὶ δουλείας καὶ ἐλευθερίας.	ιδ		De ſeruitute & libertate.	XIV. 229
Περὶ δουλείας καὶ ἐλευθερίας.	ιε		De ſeruitute & libertate.	XV. 233
Περὶ λύπης.	ις		De ægritudine animi.	XVI. 244
Περὶ πλεονεξίας.	ιζ		De immodica plura appetendi cupiditate.	XVII. 247
Περὶ λόγου ἀσκήσεως.	ιη		De exercit. oratoria.	XVIII. 253
Περὶ τῆς αὐτοῦ φιληκοΐας.	ιθ		De ſua ipſius auſcultatione.	XIX. 260
Περὶ τῆς ἀναχωρήσεως.	κ	C	De receſſu.	XX. 261
Περὶ κάλλους.	κα		De forma.	XXI. 269
Περὶ εἰρήνης καὶ πολέμου.	κβ		De pace & bello.	XXII. 274
Ὅτι εὐδαίμων ὁ σοφός.	κγ		Quod beatus ſapiens eſt.	XXIII. 276
Περὶ εὐδαιμονίας.	κδ		De felicitate.	XXIV. 279
Περὶ τοῦ δαίμονος.	κε		De dæmone.	XXV. 280
Περὶ τοῦ βουλεύεσθαι.	κς		De conſultatione.	XXVI. 283

Expoſitio horum, quæ conuiuij interſunt.	*XXVII.* 286	A	Διατριβὴ περὶ τῶν ἐν συμποσίῳ.	κζ
Melancomas prima ordine ſecunda.	*XXVIII.* 288		Μελαγκόμας α' τῇ τάξει δεύτερος.	κη
Melancomas ſecunda ordine prima.	*XXIX.* 292		Μελαγκόμας δεύτερος τῇ τάξει α'.	κθ
Charidemus.	*XXX.* 298		Χαρίδημος.	λ
Rhodiaca.	*XXXI.* 310		Ροδιακός.	λα
Ad Alexandrinos.	*XXXII.* 360		Πρὸς Ἀλεξανδρεῖς.	λβ
Tarſica.	*XXXIII.* 394		Ταρσικός.	λγ
Tarſica.	*XXXIV.* 413		Ταρσικός.	λδ
In Celænis vrbe Phrygiæ.	*XXXV.* 429	B	Ἐν Κελαιναῖς τῆς Φρυγίας.	λε
Boryſthenica, quam recitauit in patria.	*XXXVI.* 437		Βορυσθενικὸς, ὃν ἀνέγνω ἐν τῇ πατρίδι.	λϛ
Corinthiaca.	*XXXVII.* 454		Κορινθιακός.	λζ
Ad Nicomedæos de concordia erga Nicæos.	*XXXVIII.* 468		Πρὸς Νικομηδεῖς περὶ ὁμονοίας τῆς πρὸς Νικαεῖς.	λη
De concordia conſequuta ex diſſenſione ceſſante in Nicea Oratio.	*XXXIX.* 483		Περὶ ὁμονοίας τῆς ἐν Νικαίᾳ πεπαυμένης τῆς στάσεως.	λθ
Ad Apamenſes de concordia.	*XL.* 486		Πρὸς Ἀπαμεῖς περὶ ὁμονοίας.	μ
In patria de ſocietate cum Apamenſibus conflata.	*XLI.* 498		Ἐν τῇ πατρίδι περὶ τῆς πρὸς Ἀπαμεῖς ὁμονοίας.	μα
Diſputatio in patria.	*XLII.* 503		Διάλεξις ἐν τῇ πατρίδι.	μβ
Ciuilis in patria.	*XLIII.* 504	C	Πολιτικὸς ἐν τῇ πατρίδι.	μγ
Quam acceptiſſima ad patriam ſibi honores decernentem.	*XLIV.* 508		Φιλοφρονητικὸς πρὸς τὴν πατρίδα εἰσηγουμένην αὐτῷ τιμάς.	μδ
Defenſio, quomodo ſe geſſerit erga patriam.	*XLV.* 512		Ἀπολογισμὸς, ὅπως ἔσχηκε πρὸς τὴν πατρίδα.	με
Antequam philoſophiæ incumberet, in patria.	*XLVI.*		Πρὸ τοῦ φιλοσοφεῖν, ἐν τῇ πατρίδι.	μϛ
Concio in patria.	*XLVII.*		Δημηγορία ἐν τῇ πατρίδι.	μζ
Ciuilis in Eccleſia.	*XLVIII.* 530		Πολιτικὸς ἐν ἐκκλησίᾳ.	μη
Petitio imperij in ſenatu.	*XLIX.* 536		Παραίτησις ἀρχῆς ἐν βουλῇ.	μθ
De adminiſtrationibus in ſenatu.	*L.* 541		Περὶ τῶν ἔργων ἐν βουλῇ.	ν
Ad Diodorum.	*LI.* 545	D	Πρὸς Διόδωρον.	να
De Æſchylo & Sophocle & Euripide, vel de arcubus Philoctetæ.	*LII.* 548.		Περὶ Αἰσχύλου καὶ Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδου, ἢ περὶ τῶν Φιλοκτήτου τόξων.	νβ
De Homero.	*LIII.* 553		Περὶ Ὁμήρου.	νγ
De Socrate.	*LIV.* 556		Περὶ Σωκράτους.	νδ
De Homero & Socrate.	*LV.* 558		Περὶ Ὁμήρου καὶ Σωκράτους.	νε
Agamemnon vel de regno.	*LVI.* 664		Ἀγαμέμνων, ἢ περὶ βασιλείας.	νϛ
Neſtor.	*LVII.* 569		Νέστωρ.	νζ
Achilles.	*LVIII.* 572		Ἀχιλλεύς.	νη
Philoctetes.	*LIX.* 574		Φιλοκτήτης.	νθ
Neſus vel Deianira.	*LX.* 578		Νέσσος ἢ Δηιάνειρα.	ξ

INDEX ORATION.

Χρυσηΐς.	ξα	A	*Chryſeis.*	*LXI.* 581
Περὶ βασιλείας καὶ τυραννίδος.	ξβ		*De regno vel Tyrannide.*	*LXII.* 587
Περὶ τύχης.	ξγ		*De fortuna.*	*LXIII.* 589
Περὶ τύχης.	ξδ		*De fortuna.*	*LXIV.* 592
Περὶ τύχης.	ξε		*De fortuna.*	*LXV.* 600
Περὶ δόξης.	ξς		*De gloria.*	*LXVI.* 604
Περὶ δόξης.	ξζ		*De gloria.*	*LXVII.* 613
Περὶ δόξης.	ξη		*De gloria.*	*LXVIII.* 615
Περὶ ἀρετῆς.	ξθ		*De virtute.*	*LXIX.* 618
Περὶ φιλοσοφίας.	ο		*De philoſophia.*	*LXX.* 621
Περὶ τοῦ φιλοσόφου.	οα		*De philoſopho.*	*LXXI.* 624
Περὶ τοῦ σχήματος.	οβ	B	*De habitu.*	*LXXII.* 627
Περὶ πίστεως.	ογ		*De fide.*	*LXXIII.* 632
Περὶ ἀπιστίας.	οδ		*De incredulitate.*	*LXXIV.* 635
Περὶ νόμου.	οε		*De lege.*	*LXXV.* 645
Περὶ ἔθους.	ος		*De conſuetudine.*	*LXXVI.* 648
Περὶ φθόνου.	οζ		*De inuidia.*	*LXXVII.* 649
Περὶ φθόνου.	οη		*De inuidia.*	*LXXVIII.* 654
Περὶ πλούτου.	οθ		*De diuitiis.*	*LXXIX.* 663
Περὶ ἐλευθερίας τῶν ἐν Κιλικίᾳ.	π		*De libertate horum, qui in Cilicia ſunt.*	*LXXX.* 665

FINIS.

ΕΚ ΤΗΣ ΤΟΥ ΦΩΤΙΟΥ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ.

DE DIONE, EX PHOTII BIBLIOTHECÆ EXCERPTIS ET CENSVRA.

Interprete FED. MORELLO PR. R.

Dionis Chryſoſtomi orationes LXXX. *Patria.* DIONIS librum legi, octoginta cõplectentem orationes. Hic quidem eſt patria *Pruſæenſis*: *Exilium.* exul autem fuit, dum Tyrannicum ſeruitutis iugum declinaret: interim varia terrarum loca perluſtrauit. *Dicendi genus.* Cæterùm peritus dicendi habitus eſt, in eo præſertim orationum genere, quod ad mores componendos tendit. *Traiani fautor.* floruit verò ſub Imp. Traiano, ac perdiu apud ipſum commoratus, ſummúmque ab eo honorem & fauorem eſt conſecutus: vt in imperatoria etiam carruca conſideret. *Pater.* Paſicratis filius fuit: Sophiſta & philoſophus, *vitæ inſtituto*. *Vitæ inſtitutum.* *Habitus.* vſque adeò verò ipſum aiunt grauitatis habitu ſibi placuiſſe, vt leoninum etiam exuuium ſæpe geſtans proceſſerit. *Geſtus.* *Vox.* *Greſſus.* Vocem porrò ſedatam & firmam emittebat; & tardum quidem, non autem remiſſum planè inceſſum habuit: ac reliquas corporis motiones non inconcinnas; *Statura.* gracilíque corpore, nec admodum procero fuit. *Orationes deſiderata, à Philoſtrato, Syneſio & Suda laudãtur.* Hunc ferunt multos & elegantes ſermones conſcripſiſſe: qui verò ad notitiam noſtram per-

A ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ Δίωνος βιβλίον ἐν λόγοις ὀγδοήκοντα. οὗτος ἐστὶ μὲν τὴν πατρίδα Προυσαεύς· φυγὰς δ' ἐγεγόνει, τὴν τῆς τυραννίδος ἐκκλίνων δουλείαν· καὶ πολλὴν ἐπῆλθε πλανώμενος γῆν. δεξιὸς δὲ περὶ τοὺς λόγους ἔδοξεν B εἶναι, καὶ μάλιστα τοῖς ὅσοι ῥυθμίζειν συμβουλεύουσι τὰ ἤθη. ἤκμασε δὲ κατὰ τοὺς χρόνους τοῦ βασιλέως Τραϊανοῦ, καὶ πλεῖστον διέτριψε χρόνον παρ' αὐτῷ, καὶ τῆς ὅτι μάλιστα τιμῆς καὶ δεξιώσεως ἔτυχεν, ὡς καὶ συγκαθέζεσθαι αὐτὸν τῷ βασιλείῳ ὀχήματι. παῖς μὲν ἦν τοῦ Πασικράτους, σοφιστὴς δὲ καὶ φιλόσοφος τὸ ἐπιτήδευμα. C ἐπὶ τοσοῦτον δ' αὐτὸν τὸ κατὰ τὸ σχῆμα φασὶ σεμνότητος ἀντιποιεῖσθαι, ὡς καὶ λεοντῆν πολλάκις ἐνημμένον ποιεῖσθαι τὴν πρόοδον. φωνὴν δ' ἠρεμαίαν ἠφίει καὶ σταθεράν· καὶ σχολαῖον μέν, ἀλλ' οὐκ ἀναβεβλημένον βάδισμα. καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τῶν κινημάτων οὐκ ἀσύμφωνα· ἰσχνός τε ἦν, καὶ οὐδὲ μέγας τὸ σῶμα. τοῦτον πολλοὺς φασὶ καὶ ποι- D κίλους γράψαι λόγους· οἱ δ' εἰς ἡμε-

πέραν φθάσαντες γνῶσιν, τὸν ὀγδοήκοντα ἐπλήρουν ἀριθμόν. Χρυσόστομον δ' αὐτὸν οἱ λόγοι τῇ κατ' αὐτὸν χρείᾳ δεδώκασιν ἐπονομάζειν. ἔστι μὲν οὖν, ὅπερ ἔφην, τὸ πλεῖστον αὐτοῦ τῶν λόγων, οὓς ἡμεῖς ἴσμεν, συμβουλευτικόν. οἷα δ' εἰκὸς καὶ τῷ συμβουλευτικῷ παραπλεκόμενον τὸ δικανικόν, παραπλήσιον τὴν ἀρετὴν κἂν τῷ μέρει τῷδε τοῦ λόγου δείκνυσι, καὶ μάλιστα τῶν ἄλλων ὁ Ῥοδιακός. δριμύς τε γάρ ἐστι τοῖς ἐνθυμήμασι, καὶ τὸ συνεστραμμένον, πρός γε τὸν αὐτοῦ χαρακτῆρα τῶν λόγων ἔχων, καὶ τὸ ἔντονον μετὰ τοῦ γονίμου πλουτῶν. ἄριστος δὲ τοῖς παραδείγμασι, καὶ πολὺς ἐπὶ πανταχοῦ, καὶ ποικίλης ὕλης λαμβάνων αὐτά, καὶ προσφυῶς ἁρμοζόμενος. χαίρει δὲ μάλιστα καὶ μυθολογήμασι τὰς παραινέσεις συνδιαπλέκειν, διὸ καὶ τὸ ἀφελὲς διώκειν δοκεῖ. σπάνιον γὰρ εἴ τις εὕροι κατὰ τὸν Πλατωνικὸν ζῆλον τοῖς δράμασι καὶ ὄγκον ἐνεργαζομένοις τῷ λόγῳ, ὥσπερ ἐν τῷ Βορυσθενικῷ, μύθοις αὐτὸν ἀποχρώμενον. ἀφελὴς μὲν οὖν ἐστι τὰ πολλά, ὡς ἔφθην εἰπών, ταῖς ἐννοίαις· καὶ τῶν τε καθωμιλημένων αὐτῷ καὶ ἐπιπολαζουσῶν αἱ λέξεις· καὶ οὐδὲν οὐδ' ἡ σύνταξις οὐδ' ἐπὶ τὸ βαθύτερον, οὐδ' ἐπὶ τὸ καθηδυνόμενον, ἐκνεωτερίζει. καὶ τό γε ἐπὶ τοῖς ῥήμασι καὶ τῇ συμπλοκῇ τῶν ὀνομάτων, τοῦ σαφοῦς ἄν τις ἐλπίσειε τὸν συγγραφέα κατεστοχάσθαι. ἀλλὰ τό γε διὰ μακροῦ τὴν τῆς διανοίας ἀπόδοσιν περιϊέναι, καὶ ταῖς ἐπιβολαῖς ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον τὸν λόγον

A uenerunt, octogenarium numerum perficiunt. Atque harum orationum cauſſa æuo ſuo Chryſoſtomi; (hoc eſt auriloqui) cognomen obtinuit. Eſt igitur, vt iam dixi, maxima pars ſermonum ipſius, quos quidem nouimus, in genere Suaſorio: atque vt veriſimile eſt, etiam deliberatiuo quaſi forenſe quoddam annexum, facit vt parem in hac quoque B orationis parte facultatem oſtendat: in quo maximè præſtat Rhodiacus. Acer enim & creber argumentis oratoriis, conuerſum ac mutatum dicendi genus peculiare habens, & vehementia cum vbertate præditus, præſtantiſſimus vtique eſt in exemplis, & copioſus eſt vbique: eáque depromit è varia materia, & congruenter accommodat. in primíſque C gaudet ſuaſiones fabuloſis commentis intertexere: ideo etiam ſimplicem nudámque orationem amplecti videtur. Nam raro quis inueniat Platonis æmulatione ipſum fabulis, tumorem fermentúmque orationi gignentibus, abuſum eſſe, vt in Boryſthenica. Itaque ſimplex eſt in pleriſque ſententiis, vt diximus: & verba ad vulgi conſuetudinem D accommodata, & communia adhibet: nec quidquam eius orationis ſtructura noui habet, neque ad grauitatem, neque ad ſuauitatem. in vocabulis certè, & nominum coniunctione, ſcriptorem hunc diluciditatem ſibi propoſitam habuiſſe quis exiſtimet. Sed quia longiùs à ſententia redditio procedit, & implexus eſt ſermo

Rhodiacæ Oration. Cenſura.

Platonici ſtyli nauus.

Boryſthenicæ cenſura.

Styli Cenſura.

corollariis & exaggerationibus frequentibus, non parum id ipſum à dilucida dicendi forma excludit. Verum hęc quidem varietatem orationis & Characteris notam peculiarem arguent, non vitij fortaſſe vllius erunt indicio. Quòd verò longiſſime extendat exordia, quæque exordiorum inſtar ſunt, id non amplius prohibet, quo minus ipſe cum ciuili & conſuetò ſcriptoribus modulo, permutato dicendi genere cœtibus apto, maius etiam caput, vt dicitur, reliquo corpore effingat. Igitur quatuor primæ orationes, de *Regno* dictæ ſunt. V. verè *Libyca* inſcripta, fabulam quidem Libycam renuntiat, ab illis autem pendet. VI. etiam de Tyrãnide narrat. VII. de Virtute, ſuſcipitur. VIII. Diogenes quidem, ſiue Iſthiniaca, inſcribitur: actionem verò quandam & ſermones Diogenis ſuper Iſthmiacis ludis declarat. IX. Diogenes, vel, De famulis: atque omnes quidem hortatur ſub vna perſona, vt ſinguli magnam ſui curam & ſollicitudinem habeãt: paruam autem eorum quæ foris *adueniunt : itémque fugientem* ſeruum perſequendum non eſſe. nam abſurdum eſt, illos quidem, cùm ſint improbi, ſperare ſine dominis melius victuros: heros autem qui praui eſſe nolunt, minime cenſere ſe melius vitam exacturos, niſi fugitiuorum ſiniſtra opera fruerentur. X. Troïcæ quidem inſcriptionem fert, in eáque Ilium captam non fuiſſe accuratè docere contendit, atque in Homerum acerbius in-

Exordiorum natura.

Ordo Dionis orat. IV. primæ.

V.

VI.

VII. in hac edit. 8.

VIII. hic 9.

IX. hic 10.

X. hic 11. Troica.

A διαπεπλέχθαι, οὐκ ἐπὶ μικρῷ τῆς τοιαύτης αὐτοῦ ἐκκλείει ἰδέας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν * παραλλαγὴ ἰδέας, καὶ χαρακτῆρος ἰδίωμα, ἀλλ' οὐκ αἰτίας ἴσως ἔνδειξιν ἕξει. τὸ δ' ἐπὶ μακρότατον ἀποτείνειν τὰ προοίμια, ἢ τὰ γοῦν προοίμια, οὐκ ἔτι ἀφίησιν αὐτοῦ τὸ μὴ αἰτίαν οὐκ ἔχειν πολιτικοῦ καὶ συγγραφικοῦ τύπου τοῦ ἐπὶ ταῖς συνουσίαις B ἀλλάξασθαι παραδεδυκότα, καὶ μείζω τὴν κεφαλὴν, ὥσπερ ἐν τῷ λόγῳ, τοῦ λοιποῦ σώματος διαπλάττειν. τῶν τοίνυν λόγων αὐτοῦ τέσσαρες, περὶ βασιλείας μέν εἰσιν εἰρημένοι. καὶ ὁ πέμπτος δὲ, λιβυκὸς ἐπιγραφόμενος, μῦθον μὲν λίβυν ἀπαγγέλλει, ἐκείνων δ' ἐστὶν ἐξημμένος. ὁ δ' ἕκτος, καὶ C περὶ τυραννίδος διεισι. καὶ περὶ ἀρετῆς ὁ ἐπὶ τούτῳ. ὁ δὲ ὄγδοος, Διογένης μὲν ἢ Ἰσθμικὸς ἐπιγραφὴν ἔχει, πρᾶξιν δέ τινα καὶ λόγους Διογένους κατὰ τὰ Ἴσθμια διαγγέλλει. καὶ ὁ θ', Διογένης, ἢ περὶ οἰκετῶν. καὶ παραινεῖ μὲν ἅπαντας δι' ἑνὸς προσώπου (αὐτοῦ) ἕκαστον μὲν πολλὴν ἐπιστροφὴν καὶ ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι αὐτοῦ, ὀλίγην δὲ D τῶν ἔξωθεν συμπιπτόντων· καὶ μὴ χρῆναι φεύγοντα διώκειν οἰκέτην. ἄτοπον γὰρ ἐκείνους μὲν κακοὺς ὄντας ἐλπίζειν ἄνευ τῶν δεσποτῶν ἄμεινον βιώσεσθαι, τοὺς δεσπότας δὲ μὴ ἀξιοῦντας φαύλους εἶναι, μὴ νομίζειν ἄμεινον διάξειν, εἰ μὴ παραπολαύοιεν τῆς τῶν δραπετῶν σκαιότητος. ὁ δὲ δέκατος, Τρωϊκὸς μὲν ἕλκει τὴν ἐπιγραφὴν, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἁλῶναι δὲ τὸ Ἴλιον, διεσπουδάσται· Ὁμήρῳ τε κατὰ τὸ τραχύτερον

* παραλλαγῆς

προσφέρεται. καὶ ὅσα ἄλλα κατὰ τὴν Ἰλιάδα αὐτῷ πεποίηται, τἀναντία τούτοις πραγματεύεται. ὁ δὲ * Ὀλυμπικὸς, ἢ περὶ τῆς πρώτης τοῦ θεοῦ ἐννοίας· αὐτὸ τοῦτο πειρώμενος ἐπιδεικνύειν, ἐνδέκατός ἐστιν. ὁ δὲ δωδέκατος ἐν Ἀθήναις περὶ φυγῆς ἐπιγραφὴν ἔχων, εἴρηται μὲν ἐν αὐταῖς, δείκνυσι δὲ ὡς οὐδὲν ἡ φυγὴ χαλεπόν· καὶ ὅτι πλοῦτος μὲν καὶ δόξα καὶ δυναστεία, θᾶττον ἀπὸ τῶν ἐχόντων ἐπὶ τοὺς μηδ᾽ ἐλπίσαντας μεταρρεῖ· τὸ δὲ φιλοσοφεῖν, καὶ τὴν ἀρετὴν ἀσκεῖν, διὰ βίου τε κτῆμα διαμένει ἀγαθὸν, καὶ ἀποιχομένοις σύνεπεται. ὁ δὲ τρεισκαιδέκατος Εὐβοϊκὸς ἢ κυνηγετικὸς ἔλαχεν ἐπιγραφήν. εἰσάγει δέ τινας ἐν Εὐβοίᾳ τοιοῦτον βίον βιοῦντας· δι᾽ ὧν κατασκευάζει, ὡς ὁ ἀπράγμων βίος, εἰ καὶ πενόμενος εἴη, πολλῷ τῶν ἐν ἄστει θορυβουμένων τε καὶ τρυφώντων ἡδίων τε καὶ λυσιτελέστερος. Ῥοδιακὸς δὲ ὁ ιδ᾽ ἐπιγράφεται. ἐν τούτῳ ἔθος ἄλογον παρὰ Ῥοδίοις ἐπιτιμᾷ * ἐπιπολάζον. τὸ δ᾽ ἦν, οὓς ἐβούλοντο τιμᾶν ἀνδριᾶσι, τούτοις μὲν ἀνδριάντα ἀνίστασαν οὐδένα· τοὺς δὲ τοῖς πάλαι ἀνεστηκότας, τούτων ἄρα ἢ τὰς ἐπιγραφὰς μεταξέοντες, εἰς τὰ τῶν μελλόντων τιμηθῆναι ὀνόματα· ἢ τῷ χρόνῳ μηδὲ φαινομένων ἐπιγράφοντες· τῶν τε οἰχομένων, τό γε ἐπ᾽ αὐτοῖς, τιμὴν ἐλυμαίνοντο· καὶ οὓς τιμᾶν ὑπεπλάττοντο, ἀλλοτρίαις καὶ κατ᾽ οὐδὲν ἐοικυίαις εἰκόσιν ἐνύβριζον. ἐν τῷδε τῷ λόγῳ μεγάλη τοῦ ἀνδρὸς τῆς ἀνασκευαστικῆς ἰσχὺς διαφαίνεται.

*ἐπιπολάσαν.

A uehitur: & quæcumque alia de Iliade ab hoc auctore elaborata ſunt, argumentum Iliacis repugnans tractant. XI. eſt Olympica, vel, de prima Dei notione. [illegible]que hoc idem planè demonſtrare nititur. XI. Athenis quidem habita eſt, déque Exilio inſcribitur; aſſerit autem exilium moleſti nihil habere: Deinde opes & gloriam & potentiam, à poſſeſſoribus B ſuis ad eos qui ne ſperauerāt quidem, celerius defluere. Sed ſapientiæ ſtudio & virtuti operam dare, poſſeſſionis bonæ genus eſſe, quod per totam vitam permanet, & vita functos comitatur. Decima Tertia, Euboicæ ſeu venatricis inſcriptionem ſortita eſt: inducit autem nonnullos in Euboea vitam eiuſmodi degentes: vnde vacuam curis & otioſam vitam, etiamſi inopia vexata ſit, C multo ſuauiorem vtiliorémque eſſe confirmat ea, quæ in vrbe per turbas ac delicias traducitur. XIV. Rhodiaca inſcribitur: in eáque morem abſurdum apud Rhodios obtinentem reprehendit. Is autem eiuſmodi fuit: iis, quos ſtatuis honorare conſtituerant, ſtatuam quidem nullam erigebant: quæ verò antiquis viris erectæ fuerant, D inſcriptionibus earum eraſis, & mutatis in honore afficiendorum nomina: aut in alia, virorum qui viſi non fuerant; defunctorum, quantum in ipſis erat, honorē labefactabant: & quos honorare fingebant, alienis & planè diſſimillibus dedecorabant imaginibus. In hoc ſermone magna viri in refutando & infirmādo virtus elucet.

XI. hic 12. Olympica.

XII. hic 13. De exilio.

XIII. hic 7. Euboica.

XIV. hic 39. Rhodiaca.

XV. hic 32. XV. ad Alexandrenſes inſcriptionem habet: verùm populi naturam euoluens perſtringit: docétque non oportere Alexandrenſem populum qui propria pleraque ad virtutem incitantia habebat, tumultus ac perturbationis in media plebe extantis mancipium eſſe, atque hoc peccatum in conuentibus feſtorum potiſſimum, & theatris, obſeruandum cauendúmque eſſe.

XVI. & XVII. hic 33. & 34. Tarſenſes autem duæ XVI. & XVII. quæ deinceps ſequuntur, ſunt inſcriptæ: quarum prima quidem laudationem vrbis perſtringens, non beatas illas vrbes eſſe contendit, quæ fontes & fluuios & præclaras porticus, & ædium ac fructuum copiam, atque eiuſmodi alia exhibent: verùm in quibus ordo & virtus eorum qui res adminiſtrant, oſtenditur. Hic ſermo contumelioſum atque alienum morem vocis aſperitate exagitat, qui ab Alexandrenſibus obſeruabatur, & rationibus quaſi ad calculum reuocat, incitátque abſtinere ab eo, vel potius vehementiori inuectiua deterret. Secunda autem, ne calumniis inceſſant magiſtratus ſuadet, néve ob parua quædam quæ moleſtiam faceſſebant, illico irritentur & criminentur eoſdem.

XVIII. hic 35. XVIII. * quæ inſcriptione caret, Celænis Phrygiæ vrbe pronuntiata eſt; proponit autem in ea, virtutis indicium non eſſe, comam alere, vt neque aliam corporis vllam conformationē: neq; etiam iſtorum contraria. Permixta eſt etiam in ea vrbis laudatio.

XIX. hic 36. XIX. inſcri-

A ὁ δὲ πεντεκαιδέκατος πρὸς Ἀλεξανδρεῖς μὲν ἐπιγέγραπται· δήμου δὲ φύσιν ἀναπτύσσων, ταύτης κατατρέχει· καὶ ὅτι μὴ χρὴ τὸν Ἀλεξανδρέων δῆμον, ἴδια πολλά, τὰ πρὸς ἀρετὴν παρακαλοῦντα ἔχοντα, τῆς ἐν τῷ κοινῷ ἐπιπολαζούσης ταραχῆς καὶ ἀταξίας καὶ αὐτὸν εἶναι ἀνδράποδον· B μάλιστα δὲ παραφυλάττεσθαι τὸ ἁμάρτημα, κατὰ τὰς δημοτελεῖς πανηγύρεις, καὶ τὰ θέατρα. Ταρσικοὶ δὲ δύο ἐφεξῆς ἐπιγραφῆς ἔτυχον. ὧν ὁ μὲν πρῶτος ἔπαινόν τινα τῆς πόλεως ἐπιτρέχων, οὐκ εὐδαίμονας ἐκείνας ἀποφαίνει τῶν πόλεων, ὅσαι κρήνας καὶ ποταμοὺς καὶ κάλλη στοῶν, καὶ οἰκοδομημάτων, καὶ καρπῶν ἀφθονίας καὶ τὰ παραπλήσια C προβάλλονται· ἀλλ' ἐν ὅσαις τάξις καὶ ἀρετὴ τῶν πολιτευομένων διαδείκνυται. οὗτος ὁ λόγος καὶ παράλογόν τι καὶ ἐφύβριστον ἔθος κατὰ φωνῆς ἀπήχησιν τοῖς Ἀλεξανδρεῦσι προσαπτόμενον εὐθύναις ὑπάγει, παραινῶν * ἀπέχεσθαι τοὺς χρωμένους, ἢ μᾶλλον αὐτὸς πληκτικώτερον καθαπτόμενος. * ἀποσχέσθαι.

D ὁ δὲ δεύτερος παραινεῖ, μὴ συκοφαντικῶς πρὸς τοὺς ἄρχοντας διακεῖσθαι, μηδ' ἐπὶ τοῖς βραχέσι τῶν παραλυπούντων, εὐθὺς ἀνερεθίζεσθαι, καὶ ἐπαιτιᾶσθαι τούτοις. ὁ δὲ ιη', ὃς οὐκ ἐπιγέγραπται, ἐν Κελαιναῖς ἐρρήθη τῆς Φρυγίας. διαλαμβάνει δέ, ὡς οὐκ ἀρετῆς εἴη σημεῖον τὸ κομᾶν, ὥσπερ οὐδ' ἄλλο τι τῶν σχημάτων (τῶν) περὶ τὸ σῶμα, ὥσπερ οὐδὲ τούτων τὰ ἐναντία. διαπλέκεται δ' αὐτῷ καὶ τῆς πόλεως ἔπαινος. τοῦ δὲ ιθ' μηνύει

A ἡ ἐπιγραφὴ, ῥηθεῖσαι μὲν ἐν τῷ Βορυσθένει, ἀναγνωσθεῖσαι δὲ ἐν τῇ πατρίδι· ἐν ᾧ ἄλλα τε διεισιν ὁ συγγραφεὺς, καὶ κατὰ τὸ Πλατωνικὸν συνομολογεῖ ζῆλον περὶ τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὅλων τοῖς Βορυσθενίταις διαλέχθαι, τῆς τε τοῦ παντὸς διακοσμήσεως καὶ κινήσεως, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ στοιχείων. ἔχεται δέ τινος λαμπρότητος καὶ σεμνότητος ἐστὶν ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ὁ λόγος. B καὶ ὁ Κορινθιακὸς ὁ δὲ κ' ὢν, ἐν Κορίνθῳ μὲν ἐρρήθη, ἐπιτίμησιν δ' αὐτῶν διαπεραίνει· ἀνθ' ὧν εἰκόνι τὰ πρῶτα τιμήσαντες αὐτὸν, ὕστερον ἀποδημήσαντος, ἐκ διαβολῆς οὐ δικαίας περιείλοντο τὸ γέρας. ἐγγὺς δ' ἐστὶ τοῦ Ῥοδιακοῦ κατὰ τὴν ἐν λόγοις ῥώμην καὶ ἀρετὴν ἐστί. C ἡ δὲ τῶν προοιμίων παράτασις κἀνταῦθα, ὡς καὶ παρὰ μικρὸν πανταχοῦ, τῆς ἀρετῆς οὐ μετέχει. τοῦ δὲ εἰκοστοῦ πρώτου ἡ ἐπιγραφὴ περὶ τῆς πρὸς Νικαεῖς ὁμονοίας τῶν Νικομηδέων ἐστί· καὶ οὗτος ὑπέρχεται τὸν ἀγῶνα ὁ λόγος, εὐκαίρως διὰ τῆς ἡδονῆς προσενηνεγμένος. μᾶλλον γὰρ οὕτω ταῖς ψυχαῖς τὸ πιθανὸν ἐθέλει διαδῦναι. D τὸ δὲ δεύτερον καὶ εἰκοστὸν ἐν Νικαίᾳ εἰρῆσθαι ἡ ἐπιγραφὴ δηλοῖ, περὶ ὁμονοίας, πεπαυμένης τῆς στάσεως· αὐτὸ δὲ τοῦτο διατίθησιν ὁ ἀνὴρ, ἔπαινον τοῦ γεγονότος. ὁ δὲ κγ', περὶ τῆς πρὸς Ἀπαμεῖς ὁμονοίας εἴρηται ἐν τῇ πατρίδι· αὐτὸ δὲ διαπράττεται τοῦτο. καὶ ὁ ἐφεξῆς δὲ περὶ ὁμονοίας, πρὸς τοὺς Προυσαεῖς παρακαλεῖ τοὺς Ἀπαμέας. ὁ δὲ κε', διάλεξίς ἐστιν ἐν τῇ πατρίδι· ἄγνοιαν δὲ ὑποπλάττεται τῆς αἰτίας ὁ διαλεγόμενος, δι' ἣν μηδὲν χρήσιμον αὐτῶν τῶν λόγων προβε-

ptio declarat habitam fuiſſe in Boryſthene, lectam verò fuiſſe in patria: In hac cùm alia percurrit autor, tum ex ſententia Platonis, fatetur affectum ingentem habuiſſe diſſerendi de opifice mundi apud Boryſthenitas, & de vniuerſitatis ornatu motúque, atque elementis quæ in ipſa ſunt. Inſignis eſt hic ſermo magnificentia & grauitate præter alios. Corinthiaca autem quæ XX. eſt *xx. hic 37.* Corinthi quidem habita eſt, in reprehenſionem tamen ipſorum perorat: propterea quòd cùm prius ipſum imagine honorauiſſent, poſtea peregre profecto calumnia non ęqua impulſi, munus eripuerant. hæc propè accedit ad Rhodiacam, ob vim efficacem virtutémque dicendi. Exordij porro cuiuſdam extenſio, & propemodum aliàs vbique, laudem non habet. XXI. inſcriptio eſt, de *xxi. hic 38.* Concordia Nicomedenſiũ cum Nicænis; atque hoc ſubit certamen hic ſermo opportunè ob lætitiam prolatus: ſic enim, quod probabile eſt, potius animos ſubire vult. XXII. Nicææ pronun- *xxii. hic 39.* ciatam fuiſſe inſcriptio declarat, De Concordia, ſeditione ceſſante: hoc vero ipſum eſt quod hîc exprimit, nempe facti commendationẽ. XXIII. De Concordia: *xxiii. hic 40.* habita eſt in patria: atque hoc ipſum peragit. Et quæ ſequitur, XXIV. Apamienſes incitat ad *xxiv. hic 41.* concordiam cum Pruſæis. XXV. *xxv. hic 42.* Diſſertatio eſt in patria, cuius autor cauſam ſe ignorare fingit, ob quam cùm nihil vtile ſermones

ſui proponant, iucundè tamen &
magno cum ſtudio auditores eos
XXVI. hic 43. auſcultent. XXVI. Oratio ciui-
lis, inſcriptio eſt: & in patria eſt
habita. Vt ea quæ deinceps ſe-
XXVII. hic 44. quitur XXVII. Benigni in pa-
triam affectus plena, pro iis ho-
noribus, quibus beneuolentem
XXVIII. hic 45. decorauerat. XXVIII. Defen-
ſio quædam eſt, qua probat quo-
modo in patriam animatus fue-
XXIX. hic 46. rit. XXIX. hoc quidem modo
inſcribitur, *Antequam philoſophiã*
profiteretur in patria. Verũ eos qui
Pag. 521. lapides in ipſum & alterũ viæ co-
mitem eiaculari, poſtea etiam
ignem ædibus admouere aggreſſi
fuerant, leniter admodum incre-
pans, confirmat, melius eſſe pere-
grè proficiſci & in externa regio-
ne vagari, quàm domi manere,
ob motus & tumultus vrbanos.
Porrò ciuium aduerſus eum ex-
candeſcentia, fuit, ex eo quòd do-
mum collabentem, in melius in-
XXX. hic 47. ſtauraſſet. XXX. *Concio in Patria,*
in inſcriptione dicitur: & ad
XXXI. hic 48. idẽ argumentũ pertinet. XXXI.
in patria quoque pronunciata
eſt, & inſcripta, *Ciuilis in concione.*
Vbi conſilium dat, vt contume-
liis in ſe inuicem abſtinentes, diſ-
ſidium in conſenſum mutent. Se-
XXXII. hic 49. quens etiam XXXII. in patria
itidem eſt habita: eius inſcriptio
eſt, *Recuſatio magiſtratus in Sena-*
tu. Id quoque oſtenditur: ſcriptor
enim ex decreto electus, magi-
ſtratum recuſat. XXXIII. in-
XXXIII. hic 50. ſcriptionem præfert, *De actis in*
Curia: ac Senatus quidem lau-
dem percurrit: patrocinatur au-
Vide pag. 524. tem Dioni * quia in ſuſpicionem
venerat, * quaſi actiones à filio

A βλημένων, ἡδέως καὶ ποθοῦντες ἀκούουσι. πολιτικὸς δέ ἐστι τῷ εἰκοστῷ ἕκτῳ ἡ ἐπιγραφή· (καὶ) εἴρηται ἐν τῇ πατρίδι. ὥσπερ καὶ ὁ ἐφεξῆς φιλοφρονητικὸς ὑπάρχων αὐτῇ, ἀνθ' ὧν τιμαῖς τὸν φιλοφρονούμενον ἐδεξιοῦτο. ἀπολογισμὸς δέ ἐστιν ὁ μετ' αὐτόν, ὅπως διέκειτο πρὸς τὴν πατρίδα. ὁ δὲ κθ', περὶ τοῦ φιλοσοφεῖν B μὲν ἐν τῇ πατρίδι ἐπιγράφεται, τοὺς δ' ἐπιχειρήσαντας* καταλεύειν αὐτόν τε καὶ σὺν αὐτῷ ἕτερον· εἶτα δὲ καὶ πυρὶ τὴν οἰκίαν δοῦναι. τούτοις ἠρέμα πως ἐπιτιμῶν, τὸ πλανᾶσθαι ἐπὶ τῆς ξένης, τῆς οἴκοι* διατριβῆς, (διὰ) τὰς ἐν πόλει ἀταξίας ἄμεινον κατασκευάζει. ἡ δὲ τῶν πολιτῶν ὀργὴ C κατ' αὐτοῦ, διότι φησὶ καταρρέουσαν ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀνέλαβε τὴν οἰκίαν. καὶ ὁ λ' δὲ δημηγορία ἐν τῇ πατρίδι τὴν ἐπιγραφὴν φέρων, εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἀποβλέπει. καὶ ὁ πρῶτος καὶ τριακοστὸς ἐν τῇ πατρίδι μὲν ἐλέχθη, πολιτικὸς δ' ἐπιγέγραπται ἐν ἐκκλησίᾳ· καὶ συμβουλεύει τῆς εἰς ἀλλήλους ὕβρεως ἀπεχομένους D καὶ προπηλακισμῶν, τὴν στάσιν εἰς ὁμόνοιαν διαλύειν. ὡσαύτως ἐν τῇ πατρίδι μὲν ἐλέχθη καὶ ὁ ἐφεξῆς. ὁ δὲ ἐπιγράφεται, παραίτησις ἀρχῆς ἐν τῇ βουλῇ, τοῦτο καὶ ἐνδείκνυται. ἐκ ψηφίσματος γὰρ ἀρχὴν ὁ συγγραφεὺς ᾑρημένος παραιτεῖται. ὁ δὲ λγ', περὶ τῶν ἔργων ἐν βουλῇ τὴν ἐπιγραφὴν παρέχων, ἔπαινον μέν τινα τῆς βουλῆς ἐπιτρέχει, ἀπολογεῖται δὲ ὑπὲρ ὧν* ὁ Δίων ὑπενοεῖτο, ὡς μὴ τὰ τοῦ παιδὸς

* διατριβῆς τὰς ἐν πόλει ἀταξ.

ἔργα καὶ αἱ πράξεις αἱ κατὰ τὴν πόλιν τὸ πατρικῆς εἰσὶ βουλῆς ἐξημμέναι. ὁ ἐφεξῆς δὲ πρὸς Διόδωρον ἐπιγραφόμενος, προτρεπτικὴν μέν τινα ἐπ' ἀρετὴν εἰσάγει. ἐπαινεῖν δὲ τὴν πόλιν φησὶ, διὰ τὸν τὸ ἐγκωμιάσαντα Διόδωρον ἐπαίνοις περιβαλλεῖν. ὁ δὲ λε΄, περὶ Αἰσχύλου καὶ Σοφοκλέους, καὶ Εὐριπίδου, ἢ περὶ τῶν Επικλήτου τόξων ἐπιγεγραμμένος, τὴν τὸ Φιλοκλήτου πλάττει ἐξαπάτην, ἣν προβεβλημένος Ὀδυσσεὺς, λαβὼν ᾤχετο τὰ τόξα. τῷ δὲ ς΄ καὶ λ΄ λόγῳ ἡ μὲν ἐπιγραφὴ περὶ Ὁμήρου λέγει, ἔπαινός τις δὲ τοῦ ποιητοῦ διϋφαίνεται· ὥσπερ καὶ τῷ περὶ Σωκράτους ἐπιγραφομένῳ τοῦ φιλοσόφου. ὁ δὲ περὶ Ὁμήρου καὶ Σωκράτους λη΄ λόγος ὢν, ζηλωτὴν Ὁμήρου Σωκράτην καὶ μαθητὴν *ἐπιδείκνυσι καὶ τὸ, τε οἰκεῖον τῆς (τῶν παραδειγμάτων) μεταχρήσεως ἐκεῖθεν ἀναμαθεῖν τὸν φιλόσοφον ἐπιδείκνυσι καὶ τὴν ἄλλην τοῦ λόγου χάριν καὶ δύναμιν ἐναπομάξασθαι. ὁ δὲ λθ΄, Ἀγαμέμνων ἢ περὶ βασιλέως ἐπιγραφόμενος, διέξεισιν ὡς δεῖ συμβούλων τοῖς ἀρίστοις τὸν βασιλέα κεχρημένον, ἐκείνοις τε πείθεσθαι, καὶ μὴ κατὰ τὸ δοκοῦν ἀπαυθαδιάζειν. καὶ ᾧ δὲ Νέστωρ ἡ ἐπιγραφὴ, ὅπως κεχρῆσθαι προσήκει τῇ πρὸς τοὺς βασιλεῖς παραινέσει περιλαμβάνεται. ὁ δὲ ἐφεξῆς, Ἀχιλλεὺς οὐ πειθόμενος τῷ Χείρωνι, προνοίᾳ καὶ τέχνῃ, ἀλλὰ μὴ θράσει καὶ χειρῶν ἰσχύϊ συμβουλεύοντι μεταχειρίζεσθαι πόλεμον, ὕστερον οὐκ ἀπώνατο τῆς ἀπειθείας. καὶ ὁ Φιλοκτή-

*al. ἐπιδείκνυσι.

A ſuſceptæ, & ciuiles functiones à patris cōſilio pēderent. XXXIV. *Ad Diodorum* inſcripta, exhortationem ad virtutem habet: itémque ſe vrbem laudare dicit, eò quòd Diodorum, à quo laudata fuerat, laudibus decoraret. XXXV. *de Æſchulo & Sophocle & Euripide*: aut *de Philoctetæ arcubus* inſcribitur: & Philoctetæ innexam ab Vlyſſe fraudem, fingit, qua arcu & ſagittis ſurreptis B abiit. XXXVI. orationi inſcriptio eſt, de Homero: laus vero quædam poëtæ pertexitur: vt in XXXVII. Sermone, inſcripto de Socrate Philoſopho. XXXVIII. de Homero & Socrate oratio, Socratem Homeri fuiſſe ęmulatorem & diſcipulum indicat: atque inde proprium exempla tractandi vſum didiciſ- C ſe philoſophum declarat, aliáſque ſermonis veneres ac virtutes expreſſiſſe. XXXIX. inſcribitur *Agamemnon, vel, de Rege.* Atque enarrat vt Regem oporteat optimis conſiliariis ad vſum adhibitis, tum illis obtemperare: tum, non pro animi libidine faſtuosè res aggredi. XL. cui inſcriptio eſt, Neſtor, docet quomodo ad reges ſuaſione vti conueniat. D XLI quæ ſequitur, Achillis nomen præ ſe fert: qui cùm non obtemperaret Chironi bellum ſuſcipere prudentia & arte, potius quàm audacia & robore manuum conſulenti, inobedientiæ pertinaciæque damnum poſtea dicitur ſenſiſſe. XLII. *Philocte-*

XXXIV. *hic 51.*
XXXV. *hic 52.*
XXXVI. *hic 53.*
XXXVII. *hic 54.*
XXXVIII. *hic 55.*
XXXIX. *hic 56.*
XL. *hic 57.*
XLI. *hic 58.*
XLII. *hic 59.*

tes, ampla explanatio eſt infortu-
XLIII. hic 60. num, quod ipſi contigit. X L I I I.
Neſſus, aut *Deianira*: cùm de his
f. præſtigiis quibuſdam. non veriſimilia ficta ſint,* cultu
quodam, ad ſeriem & ordinem
quendam; quod probabile non
XLIV. hic 61. erat, reducere videtur. X L I V.
Chryſeis, elogium eſt Chryſeidis.
XLV. hic 62. X L V. de *Regno & Tyrannide*: de
XLVI. & hic 63. his ſermonem inſtituit. X L V I.
XLVII. & hic 64. & X L V I I. & X L V I I I. ſe-
XLVIII. hic 65. quentes, *De fortuna*, orationes, le-
pidas quaſdam & philoſophiæ
congruentes ſpeculationes es in-
formant. Eodémque modo, quæ
has ordine ſequuntur orationes
tres, X L I X. L. & L I. *De gloria*,
XLIX. hic 66. nullam habere rationem opinio-
L. & hic 67. nis Vulgi, cōſulunt, & admonent:
LI. hic 68. ſuaſioni vero, præclaræ & condu-
cibiles innectuntur rationes. LII.
LII. hic 69. *De virtute* & inſcribitur & diſſerit,
LIII. hic 70. L I I I. de ſapientiæ ſtudio agit.
LIV. hic 71. L I V. de Philoſopho. L V. *De ha-*
LV. hic 72. *bitu* inſcripta; non tunica & cal-
ceamento philoſophico neque
ſpecie ad grauitatem conforma-
ta, philoſophum eſſe oſtendit.
LVI. hic 73. L V I. De *fide* inſcriptionē nacta:
LVII. hic 74. & ſequens L V I I. *De Incredu-*
litate, hortantur cauere à nimis
fidendo, credendo, fidéq; haben-
da vel iis qui maximis amari vi-
dentur etenim multis ob fidem
facile adhibitam magna accidit
calamitas, diffidentia autem mu-
nitis, inſignis obtigit ſalus. atque
hæc quidem ſumma eſt ſermonis
de incredulitate. Præcedens vero
declarat credulitatem vt plurimū
graui mulcta credulos onerare.
LVIII. hic 75. L V I I I. orationis argumentum

A της δὲ, παράφρασίς ἐστι τοῦ κατ'
αὐτὴν ἀτυχήματος· ἐφ' οἷς ὁ Νέσος* al. Νέσσος.
καὶ ἡ Δηϊάνειρα, τῶν ἀπιθάνως "περὶ
αὐτοὺς πεπλασμένων διά τινος" θε- ἴσ. τερατείας,
ραπείας, εἰς εἱρμόν τινα καὶ τάξιν δο-
κεῖ τὸ ἀπίθανον μεταρρυθμίζειν.
καὶ ὁ Χρυσηΐς, ἔπαινός ἐστι Χρυσηΐ-
δος. ὁ δὲ περὶ βασιλείας καὶ τυραν-
B νίδος, περὶ αὐτῶν τούτων διαλαμ-
βάνει. καὶ οἱ ἐφεξῆς δὲ τρεῖς περὶ
τύχης λόγοι, χαρίεντά τινα καὶ φι-
λοσοφίας ἅμα ἐχόμενα θεωρή-
ματα διατυποῦσιν. ὡσαύτως καὶ οἱ
μετὰ τούτους περὶ δόξης τρεῖς λό-
γοι, συμβουλεύουσι καὶ παραι-
νοῦσι, μηδένα λόγον τῆς τῶν πολ-
λῶν δόξης ποιεῖσθαι· καλὰ δὲ καὶ
C ὠφέλιμα τῇ παραινέσει* συνδια- al. συμπλέκεται·
πλέκεται θεωρήματα. ὁ δὲ νβ',
περὶ ἀρετῆς καὶ ἐπιγράφεται καὶ
διέεισι. περὶ φιλοσοφίας δέ ἐστιν ὁ
νγ'. καὶ ὁ μὲν νδ', περὶ τοῦ φιλοσό-
φου· ὁ δὲ νε', περὶ τοῦ σχήματος ἐ-
πιγεγραμμένος, δείκνυσιν, ὡς οὐ χι-
τῶνι καὶ ὑποδήματι φιλόσοφον, "οὐ al. οὐδὲ.
κατεσχηματισμένῳ εἴδει, φιλόσοφός
D ἐστιν. ὁ δὲ νς', περὶ πίστεως ἐπιγραφῆς
τυχὼν, καὶ ὁ ἐφεξῆς περὶ ἀπιστίας,
προλέγοντι φυλάττεσθαι τὸ θαῤῥεῖν,
καὶ καταπιστεύειν καὶ τοῖς μάλιστα φι-
λεῖν δοκοῦσι. πολλοῖς γὰρ πιστεύσασι
μὲν, μεγάλη ἀπήντησε συμφορά·
ἀπιστίᾳ δὲ φραξαμένοις λαμπρὰ
περιγέγονε σωτηρία. ἀλλὰ ταῦτα μὲν
ὁ περὶ ἀπιστίας λόγος· ὁ δὲ περὶ αὐτοῦ διέξεισιν, ὡς καὶ τὸ πιστεύεσθαι ὡς ἐπί-
παν, μεγάλα τοὺς πιστευομένους ἐζημίωσεν. ἡ δ' ὑπόθεσις τοῦ νη' λόγου,

ὥσπερ καὶ ἡ ἐπιγραφή, περὶ νόμου ἐστίν· ὡς δὲ ὁ τοῦ νθ´ περὶ ἔθους· ὃ πράττειν μὲν ὅσα ὁ νόμος, ἀποδείκνυσι· μεθ' ἡδονῆς δὲ καὶ πειθοῦς μᾶλλον, ἢ βίας, καὶ ἀσφαλέστερον. δύο δὲ τὰ ἐφεξῆς περὶ φθόνου διαλαμβάνουσι. καὶ ὁ ξβ´ περὶ πλούτου, τὸ ὀχληρὸν αὐτοῦ καὶ ἐπίβουλον στηλιτεύων, καὶ πολλῷ λυσιτελεστέραν αὐτοῦ παριστῶν τὴν μετὰ δικαιοσύνης πενίαν. ὁ δὲ ξγ´ ἐπιγράφεται, τῆς ἐν Κιλικίᾳ, περὶ ἐλευθερίας. ἐκεῖνον δὲ ἐλεύθερον παριστᾷ, ὃς τῆς ἐν αὐτῷ κύριος εἴη παθῶν, καὶ μυρίοι ἔξωθεν αὐτοῦ τοῦ σώματος ὦσι δεσπόται· καὶ δοῦλον ἐκεῖνον, ὃς ἀνδράποδόν ἐστι παθῶν, εἰ καὶ πάσης ἄρχειν τῆς οἰκουμένης δοκεῖ. εἰς τὴν αὐτὴν δ' ἀναφέρεται διάνοιαν καὶ ὁ ἐφεξῆς, περὶ δουλείας καὶ ἐλευθερίας ἐπιγραφὴν ἔχων· ὥσπερ καὶ ὁ ἐφεξῆς δεύτερος περὶ δούλων ὤν. καὶ ὁ μετ' αὐτὸν δέ, περὶ λύπης, ὡς οὐ χρὴ παρεστάναι τὸν γενναῖον καὶ νοῦν ἔχοντα ἄνδρα, ὑποκατακλίνεσθαι τοῖς πάθεσι, περιορᾶν δὲ μᾶλλον, καὶ ἀποτρίβεσθαι. καὶ ὁ ξζ´, περὶ πλεονεξίας ὤν, ἀποτρέπεσθαι ταύτην παραινεῖ. καὶ ὁ ξη´, ὥσπερ ἐπιγέγραπται περὶ λόγου καὶ ἀσκήσεως, τοιαύτην καὶ τὴν ὑπόθεσιν ὑποβάλλει. περὶ δὲ τῆς αὐτοῦ φιληκοΐας ὁ ξθ´, καὶ ἐπιγράφεται καὶ διαλαμβάνει. ὁ δὲ ο´, ἐπιγραφῆς μὲν περὶ ἀναχωρήσεως τυγχάνει· κατασκευάζει δέ, ὡς οὐχὶ τὸ τὰς ἐρήμους διώκειν, ἀναχώρησίς ἐστι παθῶν καὶ τῶν ἐν βίῳ θορύβων· ἀλλὰ τὸ εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέφεσθαι, καὶ σπεύδειν γνῶναι

al. συμπάθης
al. φέρε.
al. κατακλίνεσθαι.

A eſt, ſicut etiam inſcriptio, *De Lege*. vt & LIX. *De conſuetudine*: quam tantum probat efficere, quantum lex: cum voluptate verò & perſuaſione potius quàm vi, tutiúſque. Duæ, quæ deinceps ſequuntur, LX. & LXI. *De inuidia* tractant. At LXII. *De diuitiis*, quarum moleſtiam & inſidias inſectatur: & multo vtiliorem inopiam cum iuſtitia iunctam aſſeuerat. LXIII. B ſermo inſcribitur, *De libertate Cilicum*. Illum verò liberum aſſerit, qui perturbationib. animi dominatur, quamuis innumeri foris exiſtant corporis domini. Seruum autem illum, qui mãcipium eſt affectuum: tametſi toti orbi terrarũ imperare videatur. LXIV. oratio quæ ſequitur ad eandem ſententiam refertur, *de ſeruitute & libertate*, inſcripta: vt ſequens altera C LXV. quæ *De ſeruis* eſt. LXVI. ſermo proximus, *de triſtitia*: virum animoſum, & mente præditum, ait non oportere affectui ſuccumbere, ſed eum potius contemnere & cõterere. LXVII. *De auaritia*, eſt: eámque auerſandam eſſe perhibet. LXVIII. vt inſcribitur, De *oratoria exercitatione*, tale etiam ſubiectum exponit. LXIX. *De ſua audiendi cu-* D *piditate*, & inſcribitur & verba facit. LXX. Inſcriptionem, *de Receſſu*, obtinet: in eo autem ſermone probat, non in deſertis locis perſequendis ſitum eſſe receſſum à perturbationibus & vitę turbis: ſed in ſeipſum deſcendendo, & ſe ipſum cognoſcere properando,

LIX. *hic 26.*
LX. & LXI. *hic 77. & 78.*
LXII. *hic 79.*
LXIII. *hic 80.*
LXIV. *hic 14.*
LXV. *hic 15.*
LXVI. *hic 16.*
LXVII. *hic 17.*
LXVIII. *hic 18.*
LXIX. *hic 19.*
LXX. *hic 20.*

nulla aut leui admodum aliorum
LXXI. hic 21. vitij habita ratione. L X X I. oratio *de Pulchritudine*, deinceps
prout inſcribitur, itidem de adoleſcentulo ſuſcipitur: in qua oſtēditur apud omnes nationes etiā
Barbaras, nō eandem cenſeri pulchritudinem: verùm aliam apud
LXXII. hic 22. alios potiorem eſſe. L X X I I. *De pace & bello*, cùm in inſcriptione
pollicetur, tum in diſſerēdo proſequitur.
LXXIII. hic 23. L X X I I I. *Quod ſapiens, idem beatus ſit*. L X X I V. *De Beatitate*, ſubiicitur.
LXXIV. hic 24. L X X V. his adnectitur, *De Genio*, ſeu *Dæmone*:
XXV. hic 25. Genios autem appellat eos qui ſortiti aliorum magiſtratum, fecerunt vt ſubditi melius vel deterius ſe gererent. L X X V I. *De*
LXXVI. hic 26. *Cōſultatione*, inſtituitur. LXXVII.
LXXVII. hic 27. pro inſcriptione notatur, *Expoſitio eorum quæ Conuiuium attingunt*: vbi nonnulla quæ in eo acciderunt perſequitur: & addit pleroſque homines tum demum ad philoſophiam oculos conuertere ſolitos eſſe, cùm ipſorum vita
LXXVIII. & LXXIX. hic 28. & 29. moleſtiis abundat. L X X V I I I. & L X X I X. Melancomas, ſeu, *Nigricomus*, prima & ſecunda inſcriptæ, adoleſcētis laudationem complectuntur: & fato functi memoriam ob eius virtutes, & deſiderium celebrant.
LXXX. hic 30. L X X X. oratio, *Charidemi* nomine inſcripta eſt: Et laudem ac luctum ſuper mortuo adoleſcente complectitur.

A ἑαυτὸν τῆς ἀπὸ τῶν ἄλλων κακίας παρ' ὀλίγον * ἔχοντα λόγον. περὶ κάλλους δὲ ὁ μετὰ τοῦτον λόγος, ὃν ἐπιγέγραπται τρόπον, τὸν αὐτὸν καὶ περὶ νεανίσκου διέξεισιν· ἐν ᾧ ὡς οὐ παρὰ πᾶσιν ἔθνεσι καὶ βαρβάροις τὸ αὐτὸ νομίζεται κάλλος, ἄλλο δὲ παρ' ἄλλοις νικᾷ. ὁ δὲ οβ', περὶ
B εἰρήνης, καὶ πολέμου, τήν τε ἐπιγραφὴν προβάλλεται, καὶ διαλαμβάνει. ὁ δὲ ογ', ὅτι εὐδαίμων ὁ σοφός. καὶ ὁ ἐπ' αὐτῷ, περὶ εὐδαιμονίας. ὁ δὲ ἐπὶ τούτοις, περὶ τοῦ δαίμονος· δαίμονας δὲ καλεῖ, τοὺς ὅσοι λαχόντες ἀρχὴν ἑτέρων, ἄμεινον πράττειν τοὺς ἀρχομένους ἢ καὶ χεῖρον μετεσκεύασαν. περὶ δὲ
C τοῦ "βουλεύεσθαι ὁ ος' διαλαμβάνει. (al. βούλεσθαι.) ὁ δὲ οζ', διατριβὴ περὶ τῶν ἐν συμποσίῳ τὴν ἐπιγραφὴν πεποιημένος, τινὰ τῶν ἐν αὐτῷ διέξεισι συμπιπτόντων· καὶ ὡς ὁ πολὺς ἄνθρωπος τηνικαῦτα πρὸς φιλοσοφίαν ὁρᾶν εἴωθεν, ἡνίκα αὐτοῦ ὁ βίος ἀνίαις περιρρεῖται. ὁ δὲ οη', καὶ ὁ μετ' αὐτὸν μελαγκόμας, α' καὶ β'
D ἐπιγεγραμμένοι, ἔπαινόν τε διαγράφουσι τοῦ νεανίσκου, καὶ μνήμην ἐπὶ χρηστοῖς τελευτήσαντος καὶ λύπην. ὁ δὲ π', Χαρίδημος μὲν αὐτῷ ἡ ἐπιγραφή· ἔπαινον δὲ καὶ πένθος ἐπὶ τελευτήσαντι συνδιαπλέκει τῷ νέῳ.

ΕΚ ΤΩΝ ΣΟΥΙΔΑ.

ΔΙΩΝ ὁ Πασικράτους, Προυσαεὺς, σοφιστὴς καὶ φιλόσοφος· ὃν Χρυσόστομον ἐκάλεσαν· ἀντεποιεῖτο δὲ σεμνότητος, ὡς καὶ λεοντῆν φοροῦντα προϊέναι. ἦν δὲ λεπτὸς τὸ σῶμα· καὶ διέτριψε τὸ πλεῖστον παρὰ Τραϊανῷ Καίσαρι· ὡς καὶ συγκαθέζεσθαι ἐν τῷ βασιλικῷ ὀχήματι. ἔγραψεν, εἰ φθαρτὸς ὁ κόσμος· ἐγκώμιον Ἡρακλέους καὶ Πλάτωνος· ὑπὲρ Ὁμήρου πρὸς Πλάτωνα, δʹ. περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἀρετῶν, ηʹ.

DE EODEM, EX SVDA.

A DIO Paſicratis filius, Pruſæenſis, Sophiſta & philoſophus. qui Chryſoſtomus, ab aureo ſermone vocabatur. Adeò grauitatem præſeferre cupiebat, vt etiam Leonis exuuium geſtans procederet. exili admodum corpore fuit. apud Traianum perdiu

B eſt commoratus: eidémque in regia carruca aſſidebat. Scripſit, *An Mundus finem habiturus eſſet. Laudationem Herculis & Platonis. Pro Homero ad Platonem.* orat. IV. *De Alexandri virtutibus* VIII.

Dionis ſermones deſiderati.

ΕΚ ΤΩΝ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ, ΠΕΡΙ ΔΙΩΝΟΣ.

DE DIONE EX PHILOSTRATO.

Dio verò Pruſęus quonã potiſſimũ nomine ſit appellandus neſcio, ob ſingularẽ eius in omnibus rebus dexteritatem: fuit enim (quod aiunt) Amaltheæ cornu; ac quod ad dicẽdi quidem attinet facultatẽ cũ eloquẽtiſſimis quibúſq; cõparandus: Platonis enim ac Demoſthenis dicẽdi morẽ imitatus eſt, cui quidẽ in proprio eloquẽdi genere cãdore quodã, ac contorta ſimplicitate reſpondet, non minus quã muſicis inſtrumentis aſſonant ſonorũ retinacula. Optima verò, ac laudatiſſima eſt in Dionis orationibus affectuũ temperatio. quoties enim impotentes, ac inſolẽtes reſpub. increpat, neque cõtumelioſus, neque importunus videtur, ſed perinde earum, ac equorum ferociam frœno potius, quam flagello cõpeſcere. Sin ab optimis legibus inſtitutas ciuitates laudãdas ſe cõferat, nõ tam erigere, aut ad ſuperbiam excitare, quã continere videtur, quaſi citius interituras, ſi alium in ſtatum degenerauerint. Sed & reliquo quoque philoſophandi inſtituto fuit non omnibus expoſito aut ſimulatorio, ſed eiuſmodi vt grauitate quadam inſteret, non ſecus ac condimento inſita ſibi humanitate temperata. Quam porrò hiſtoriæ ſcribendæ aptus fuerit, argumento ſunt ab eo ſcripta Getica: Getas enim

A ΔΙΩΝΑ δὲ τὸν Προυσαῖον, οὐκ οἶδ' ὅ, τι χρὴ προσειπεῖν, διὰ τὴν ἐς πάντα ἀρετήν. Ἀμαλθείας γὰρ κέρας ἦν, τὸ τοῦ λόγου, ξυγκείμενος μὲν τῶν ἄριστα εἰρημένων τοῖς ἀρίστοις, βλέπων δὲ πρὸς τὴν Δημοσθένους ἠχὼ, καὶ Πλά-
B τωνος, ἣ καθάπερ αἱ μαγάδες τοῖς ὀργάνοις προσηχεῖ ὁ Δίων τὸ ἑαυτοῦ ἴδιον ξὺν ἀφελείᾳ ἐπεγραμμένη. ἀρίστη δὲ ἐν τοῖς Δίωνος λόγοις καὶ ἡ τοῦ ἤθους κρᾶσις. ὑβριζούσαις τε γὰρ πόλεσι πλεῖστα ἐπιπλήξας, οὐ φιλολοίδορος, οὐδὲ ἀηδὴς ἔδοξεν, ἀλλ' οἷον ἵππων ὕβριν χαλινῷ καταρτύων μᾶλ-
C λον ἢ μάστιγι· πόλεών τε εὐνομουμένων ἐς ἐπαίνους καταστὰς, οὐκ ἐπαίρειν αὐτὰς ἔδοξεν, ἀλλ' ἐπιστρέφειν μᾶλλον ὡς ἀπολουμένας, εἰ μεταβάλοιντο. ἦν δὲ αὐτῷ καὶ τὸ τῆς ἄλλης φιλοσοφίας ἦθος οὐ κοινὸν, οὐδ' εἰρωνίζον, ἀλλ' ἐμβριθῶς μὲν ἐγκείμενον, κε-
D κραμένον δὲ οἷον ἡδύσμασι, τῇ πρᾳότητι. ὡς δὲ καὶ ἱστορίαν ἱκανὸς ἦν συγγράφειν, δηλοῖ τὰ Γετικά. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐς Γέτας ἦλθεν

A ὁπότε ἠλᾶτο. τὸν δὲ Εὐβοέα, καὶ τὸν τοῦ Ψιττακοῦ ἔπαινον, καὶ ὁπόσα οὐχ ὑπὲρ μεγάλων ἐσπούδασται τῷ Δίωνι, μὴ μικρὰ ἡγώμεθα, ἀλλὰ σοφιστικά. σοφιστοῦ γὰρ τὸ καὶ ὑπὲρ τοιούτων σπουδάζειν. γενόμενος δὲ κατὰ χρόνους, οἷς Ἀπολλώνιός τε ὁ Τυανεὺς, καὶ Εὐφράτης ὁ Τύριος ἐφιλοσόφουν, B ἀμφοτέροις μὲν ἐπιτηδείως εἶχε, καίτοι διαφερομένοις πρὸς ἀλλήλους, ἔξω τοῦ φιλοσοφίας ἤθους. τὴν δὲ ἐς τὰ Γετικὰ ἔθνη πάροδον τοῦ ἀνδρὸς, φυγὴν μὲν οὐκ ἀξιῶ ὀνομάζειν, ἐπεὶ μὴ προσετάχθη αὐτῷ φυγεῖν, οὐδὲ ἀποδημίαν· ἐπὶ τοῦ φανεροῦ ἐξέστη, C κλέπτων ἑαυτὸν ὀφθαλμῶν τε, καὶ ὤτων, καὶ ἄλλα ἐν ἄλλῃ γῇ πράττων, δέει τῆς κατὰ τῶν Ῥωμαίων τυραννίδα, ὑφ' ὧν ἠλαύνετο φιλοσοφία πᾶσα. φυτεύων δὲ, καὶ σκάπτων, καὶ ἐπαντλῶν βαλανείοις, καὶ κήποις, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ὑπὲρ τροφῆς ἐργαζόμενος, οὐδὲ τοῦ σπουδάζειν ἠμέλει, ἀλλ' ἀπὸ δυοῖν βιβλίοιν ἑαυτὸν ξυνεῖχε· ταῦτα δ' ἦν ὅ, τε Φαίδων ὁ τοῦ Πλάτωνος, D καὶ Δημοσθένης ὁ κατὰ τῆς πρεσβείας. θαμίζων δὲ ἐς στρατόπεδα, ἐν οἷσπερ εἰώθει τρύχεσθαι, καὶ τοὺς στρατιώτας ὁρῶν ἐς νεώτερα ὁρμῶντας ἐπὶ Δομετιανῷ ἀπεσφαγμένῳ, οὐκ ἐφείσατο, ἀταξίαν ἰδὼν ἐκραγεῖσαν, ἀλλὰ γυμνὸς ἀναπηδήσας ἐπὶ βωμὸν ὑψηλὸν, ἤρξατο τοῦ λόγου ὧδε,

tūc cum errādo circumiret, peruenit. Quod autem ad Euboicum, & Pſittaci encomium attinet, cæteráque quæ de minus ſeriis rebus ſunt à Dione conſcripta, ne quis leuia hæc aut parua cenſeat, ſed ſophiſtæ potius propoſito accommodata. Sophiſtæ ſi quidē ea quoque ſtudioſe tractāda ſunt. Atque cum in ea tempora incidiſſet quibus Apollonius Tyaneus & Euphrates Tyrius philoſophiā profiterentur; vtroque familiariter vſus eſt præterquam in philoſophiæ ratione, cum ij à ſe inuicem diſſiderent: nec vero illius ad Getas profectionem exilium fuiſſe crediderim, cum imperatoris iuſſu nō fuerit deportatus, neque item peregrinationem quando is ex hominum cōſuetudine penitus ſubmotus eſt, ſeſéque omnium oculis, atque auribus ſubduxit, alia in aliis regionibus agens, quod Romanorum tyrannidem pertimeſceret, à qua omnis erat expulſa philoſophia. Cæterum cum aut ſerendis arboribus aut fodiendo ſolo, aut hauriendę ad balnea aut hortos aquę, aut aliis eiuſmodi victus gratia operam ſuam locaret, ſtudiorū interim nequaquam ſecurus fuit, ſed duobus libellis per totum illud tempus ſeſe ſuſtentauit: hi erant Platonis Phædon, & Demoſthenis oratio de falſa legatione: Tandem cum in caſtra ventitaret, in quibus laboribus atteri ſolebat, ac milites animaduerteret ob Tyranni cædē nouas res molientes, non id negligendum ſibi duxit, tanta præſertim cōſternatione ac perturbatione ſuborta, ſed in ſublimen aram ex improuiſo inſiliens, orationem hunc in modum exorſus eſt,

Depoſuit laceras veſtes aſtutus Vlyſſes. A

Quæ cùm *dixiſſet*, palámque feciſſet, ſe *non mendicum*, aut eiuſ*modi hominem*, qualem ij exiſtimauerant, ſed Dionem ſe eſſe, ſapientem, acerrime in Tyrannum inuectus eſt, militéſque docuit conſultius agendum, ac Romanis morem gerendum. Etenim vis ea hominis ad perſuadendum fuit, vt B eos quoque, qui Græcas literas accuratè non callerent, ſuauiſſimè demulceret. Sane Traianus imperator Romæ illum in aureum currum aſſumens, quo *inuecti imperatores* de confectis bellis triumphabant, ſæpiſſimè ad Dionem conuerſus. Quidnam (aiebat) dicas neſcio: te vero ego non minus quàm meipſum diligo. Porrò inter ea quæ in Dionis orationi- C bus artificioſa, & ſophiſtica reperiuntur, præcipuè ſunt rerum in loquendo expreſſæ ſimilitudines, quibus quamuis frequenter vtatur, at efficax validúſque eſt, & rerum, quas ſibi proponit, naturæ haud diſſimilis.

A Αὐτὰρ ὁ γυμνώθη ῥακέων πολύμητις Ὀδυσσεύς·

Καὶ εἰπὼν ταῦτα, καὶ δηλώσας ἑαυτὸν ὅτι μὴ πτωχὸς, μηδ᾽ ὃν ᾤοντο, Δίων δὲ εἴη ὁ σοφὸς, ἐπὶ μὲν τὴν κατηγορίαν τοῦ τυράννου πολὺς ἔπνευσε, τοὺς δὲ στρατιώτας ἐδίδαξεν ἄμεινον φρονεῖν τὰ δοκοῦντα Ῥωμαίοις πράττοντας. B καὶ γὰρ καὶ ἡ πειθὼ τοῦ ἀνδρὸς, οἵα καταθέλξαι καὶ τοὺς μὴ τὰ Ἑλλήνων ἀκριβοῦντας. Τραϊανὸς γοῦν αὐτοκράτωρ ἀναθέμενος αὐτὸν ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἐς τὴν χρυσῆν ἅμαξαν, ἐφ᾽ ἧς οἱ βασιλεῖς τὰς ἐκ τῶν πολέμων πομπὰς πομπεύουσιν, ἔλεγε θαμὰ ἐπιστρεφόμενος πρὸς τὸν Δίω- C να, τί μὲν λέγεις οὐκ οἶδα· φιλῶ δέ σε ὡς ἐμαυτόν· σοφιστικώτατον δὲ τοῦ Δίωνος αἱ τῶν λόγων εἰκόνες, ἐν αἷς εἰ καὶ πολὺς, ἀλλὰ καὶ ἐναργὴς, καὶ τοῖς ὑποκειμένοις ὅμοιος.

ΣΥΝΕΣΙΟΥ ΔΙΩΝ, Η ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΘ' ΑΥΤΟΝ ΔΙΑΓΩΓΗΣ.

ϰ. ΚΑΘ' ΑΥΤΟΝ ἢ ΚΑΘ' ΕΑΥΤΟΝ

SYNESII DIO, VEL DE IPSIVS VITÆ INSTITVTO.

Interprete, DIONYSIO PÆTO.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΣ A
μὲν ὁ Λήμνιος ἀνα-
γράφων τοὺς βίους
τῶν μέχρις αὐτοῦ σοφιστῶν, ἐν ἀρ-
χῇ τοῦ λόγου δύο μερίδας ποιεῖ,
τήν τε αὐτὸ τοῦτο σοφιστῶν, καὶ τὴν
ὅσοι φιλοσοφήσαντες διὰ τὴν εὐ-
στομίαν ὑπὸ τῆς φήμης ἐς τοὺς
σοφιστὰς ἀπηνέχθησαν· καὶ τάττει B
τὸν Δίωνα μετὰ τούτων· ἐν οἷς Καρ-
νεάδην τε καταλέγει τὸν Ἀθη-
ναῖον, καὶ Λέοντα τὸν Βυζάντιον,
καὶ συχνοὺς ἄλλους καταβιώσαν-
τας μὲν ἐπὶ φιλοσόφου προαι-
ρέσεως· λόγου δὲ ἰδέαν σοφιστι-
κὴν ἡρμοσμένους· ἐν οἷς ἀριθμεῖ
I καὶ τὸν Κνίδιον* Εὔδοξον, ἄνδρα τὰ
πρῶτα τῶν Ἀριστοτέλους ὁμι- C
λητῶν, ἀλλὰ καὶ ἀστρονομίας εὖ ἥ-
κοντα, ὁπόσην ὁ τότε χρόνος ἐ-
II πρέσβευεν*. ἡμῖν δὲ ὁ Δίων τῇ μὲν
περιβολῇ τῆς γλώττης, ἣν χρυ-
σῆν εἶχεν, ὥσπερ καὶ λέγεται, σο-
φιστὴς ἔστω διὰ πάντων τῶν ἑαυ-
τοῦ, εἴ τις ἀξιοῖ τὴν ἐπιμέλειαν
τῆς φωνῆς σοφιστικὸν ἀγώνισμα
οἴεσθαι· καί τοι καὶ τοῦτο μετὰ μι- D

PHILOSTRATVS Lemnius ſophiſtarum qui ad ſua vſque tempora floruerunt vitas deſcribens, duo in ipſo ſtatim exordio eorum genera conſtituit. Vnum eorum qui hoc ipſum quod eſſe dicuntur, ſophiſtę ſunt, alterum eorum, qui cùm philoſophiam profiterentur ob ſingularem in dicendo facundiam inter ſophiſtas annumerati ſunt. Quorum ex numero fuiſſe Dionem ait, vnáque cum eo & Carneadem Athenienſem, & Leontem Byzantinum recenſet, alióſque pene innumeros qui philoſophiam alioqui vitæ profeſsione conſectati ſophiſticum dicendi genus amplexi ſunt: quibus & Cnidium Eudoxum addit, virum diſcipulorum Ariſtotelis facile principem, eiúſque imprimis Aſtronomiæ peritum, quam ea tempora antiquiſsimam habuerunt. Dio vero ob inſignia linguæ ornamenta, quam ille auream habuit in iis omnibus quæ ſcripſit, vt & eſſe dicitur, ſophiſtæ nomẽ obtineat, ſi quis eloquẽtiæ exercitationẽ ſophiſticũ certamen eſſe cõtẽdat. De quo tamẽ cuiuſmodi ſit,

ſuerunt, vt ſæpius nonnulli in ipſis ſedibus obtruncentur, vbi pontificem alióſque ſacerdotes neceſſe eſt ſedere. Quin Philoſophum de hoc dicentem, eóſque corrigẽtem non receperunt, neque laudarunt: ſed ita ſunt indignati, vt ille generis claritate Romanorum nulli inferior, tantam autem obtinens gloriam, quantam nemo inter valde multos aſſecutus eſt, ſolúſque poſt veteres maximè viſus ad ſermones congruè vixiſſe, reliquerit ciuitatem, malueritque alibi in Græcia verſari. Sed nõ vos (ô viri Rhodij) tale quid ſuſtineretis, apud quos lex eſt, qua cauetur, ne vnquã carnifex ingrediatur ciuitatẽ. Cuius igitur gratia huius feci mẽtionem? Non me herclè conuiciis inceſſere volens Atheniẽſes: è diuerſo enim, omnes moderatos illorum ſubit miſericordia: ſed vt cognoſcatis, quòd de cætero vobis nulla ſit ad illos comparatio, ſed ad voſmetipſos, adque alios quicunque ſunt modeſti. Quin etiã omnia quę quis aduerſus Athenienſes dicat, aut contra Lacedæmonios, aut alios quoſcunque, apud quos alia quædam vitioſè & valde ſupinè adminiſtrãtur, mihi in hoc certamine ferent ſuppetias. Quod enim circa imagines fit, apud illos ita fieri non licet videre: ita vt quod ne apud eos quidẽ delinquitur extremè perditos, quomodo non maximam habeat abſurditatem? Præterea magis ipſa quæ circa honores fiũt, inter ſe compoſita, hoc ipſum oſtendunt. Si enim præſentiũ quãdam cuidam veterũ applicari videtur intolerandum: quanto magis intolerandum eſt, ita cuiquam illorum auferre honorẽ, vt alteri detur? Et ſi nomen cuiuſdam inſcribere alteri multò minori, tantam adfert damnationem: delere atque deſtruere nomen melioris, ſi ita cadat, qualem tandem rem videri putatis? Atqui ſi quis vos Cauniorum, aut Myndiorũ dicat eſſe ſimiles, valde iraſceremini, & maledictis ab eo diceretis onerari ciuitatem: quomodo ergo amplius defenſionẽ vobis adferre poteſt,

poteſt, quòd vlla res apud vos & illos ſimiliter fiat? Quemadmodum ſi quis & mœnia apud vos diruenda putet, aut ruẽtia ſinere, eo quòd & apud illos corruerint, immo verò apud alios ferè omnes. At mœnia corruerunt propter pacẽ, cætera autem nónne ſunt prauitatis indicia? Porrò ita agere cum antiquis benefactoribus, ob ingratitudinẽ fit. Ego verò auſim dicere, apud illos ne benefactoribus quidẽ iniuriam fieri. Quis enim apud Caunios fuit vnquam vir generoſus? Aut quis illis vnquam aliquid boni fecit? Nam hi ſeruiunt non vobis ſolis, ſed etiam Romanis, proptérque ſummã demẽtiam & nequitiam, duplicem ſibi ſeruitutem cõparauerũt. Hæc autem & de aliis huius farinæ quis dicat? Ego verò in vniuerſum, tametſi tantos quidam gerant animos, quantos vos ipſi iuſtè: non tamen ad alios, quæ faciant, vos reſpicere oportere puto, nedum ad tanto inferiores: ſed ad veſtram ipſorũ gloriam, autoritatémque ciuitatis. Ridiculum enim eſſet, ſi quis veſtrorum ciuiũ, Dorieus ille aut Leonidas, quos toties aiũt in ludis Olympicis euaſiſſe victores, ad alium quendam reſpiciens ſe exerceret, præſertim ad eum qui nunquam conſecutus eſſet coronam. Cum Athenienſibus ſanè & Lacedæmoniis ſi vultis examinari, concedo: ſed cum illis qui olim vixerunt. Nam ſimiliũ quiſque merito vobiſcum diiudicatur. Quippe & athletam adhuc elatum animi, & quem nondum robur deficit, non ægrotantes conuenit prouocare, ſed ſui ſimiles celebres: neque cum defunctis, ſed iis qui fortitudine vigent, de victoria contendere. Sin minus, illud facere, quod eum ſuperiorum nullo inferiorem declaret. Hæc quidem ſana eſt ad talia ratio. Si quid verò prætermittendum eſt, neque ad eos qui tunc fuerunt optimi, vos comparantes rem examinate: neque ad præſentes, qui à vitioſiſſimis nihil differunt: ſed ad medios illorum, aut etiam his inferiores.

A ναὶ φέρει, περί τινος τῶν παρ' ὑμῖν, τὸ καὶ παρ' ἐκείνοις αὐτὸ γίγνεσθαι; καθάπερ εἰ καὶ τὰ τείχη τις οἴοιτο δεῖν λῦσαι τὰ παρ' ὑμῖν, ἢ καὶ καταπίπτοντα ἐᾶν, ὅτι τὸ παρ' ἑτέροις πέπτωκε· μᾶλλον δὲ πᾶσι τοῖς ἄλλοις σχεδόν. καίτοι τὰ μὲν τείχη, διὰ τὴν εἰρήνην, τὸ δὲ λοιπόν, οὐκ ἔστι κακίας σημεῖον; τὸ δὲ τοῖς παλαιοῖς τῶν εὐεργετῶν οὕτω προσφέρεσθαι, δι' ἀχαριστίαν γίγνεται. φαίην δ' ἂν ἔγωγε παρὰ τούτοις μηδὲ εὐεργέτας ἀδικεῖσθαι. τίς γὰρ παρὰ Καυνίοις γέγονε B γενναῖος ἀνήρ; ἢ τίς πώποτε ἐκείνοις ἀγαθόν τι πεποίηκεν; οἵ γε δουλεύουσιν οὐχ ὑμῖν μόνοις, ἀλλὰ καὶ Ῥωμαίοις, δι' ὑπερβολὴν ἀνοίας καὶ μοχθηρίας, διπλῆν αὖθις τὴν δουλείαν κατασκευάσαντες. ταῦτα δὲ καὶ περὶ ἄλλων τις ἂν εἴποι τῶν ὁμοδόξων. ἐγὼ δὲ καὶ καθόλου, καίτοι τηλικοῦτον ἐπ' αὐτοῖς φρονοῦντας, ἡλίκον ὑμᾶς δικαίως οὐ πρὸς ἑτέρους ἀποβλέπειν οἴομαι δεῖν, ἐν οἷς πράττουσιν, ἄλλως τε τοὺς τοσοῦτον χείρονας· ἀλλὰ πρὸς τὴν ἑαυτῶν δόξαν, C καὶ τὸ τῆς πόλεως ἀξίωμα. γελοῖον γὰρ ἂν ἦν, εἰ τῶν ὑμετέρων τις πολιτῶν, Δωριεὺς ἐκεῖνος ἢ Λεωνίδας, οὓς τοσαυτάκις φασὶν Ὀλυμπίασι νικῆσαι, πρὸς ἄλλον τινὰ ὁρῶν ἐγυμνάζετο, καὶ ταῦτά γε, μηδέποτε στεφανωθέντα. τοῖς μέν τοι Ἀθηναίοις, ἢ τοῖς Λακεδαιμονίοις εἰ βούλεσθε ἀντεξετάζεσθαι, συγχωρῶ, τοῖς τότε οὖσιν. ὅτε αὐτοῖς εἰκότως ἄν τις τῶν ὁμοίων ὑμῖν συνεκρίνετο. καὶ γὰρ τὸν ἀθλητὴν τὸν φιλοτιμούμενον ἔτι, καὶ μηδέποτε παραχωροῦντα τῆς ἰσχύος, οὐ τοὺς D νοσοῦντας εὔλογόν ἐστι προκαλεῖσθαι, τῶν καθ' αὑτὸν ἐνδόξων, οὐδὲ τοὺς τεθνεῶτας· ἀλλ' εἰ μὴ εἶεν τινὲς ἐῤῥωμένοι, πρὸς ἐκείνους ἀγωνίζεσθαι περὶ τῆς νίκης. εἰ δὲ μή, τοιοῦτόν τι πρᾶξαι ζητεῖν, ὃ μηδενὸς αὐτὸν ἀσθενέστερον δείξει τῶν πρότερον. ὁ μὲν οὖν ὑγιὴς, οὗτός ἐστι περὶ τῶν τοιούτων λόγος. εἰ δὲ ἄρα παρεῖναί τι δεῖ, μήτε πρὸς τοὺς τότε οἳ ἦσαν κράτιστοι, παραβάλλοντες ἐξετάζετε τὸ πρᾶγμα· μήτε πρὸς τοὺς νῦν, οἳ μηδενὸς τῶν φαυλοτάτων διαφέρουσιν· ἀλλὰ πρὸς τοὺς μέσους αὐτῶν, ἢ καὶ τοὺς ἔτι τούτων ἐλάτ-

τινας. παρὰ τοίνυν τοῖς Ἀθηναίοις κατὰ Φίλιππον, μάλιστα δ᾽ ὅτε τῆς ἡγεμονίας παρακεχωρήκασι, τῆς δ᾽ ἐλευθερίας μόνης λοιπὸν ἀντήχοντο, Λεπτίνης τις εἰσήνεγκε νόμον, ὡς χρὴ τὰς ἀτελείας ἀφελέσθαι τοὺς ἔχοντας παρὰ τοῦ δήμου· δίχα τῶν ἀφ᾽ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, καὶ μηκέτι τολοιπὸν ἐξεῖναι διδόναι μηδενὶ τὴν δωρεὰν ταύτην. τί οὖν ἔσθ᾽ ὅπως; παρεδέξαντο τὸν νόμον; οὐ μὲν οὖν, ἀλλ᾽ ἑάλω γραφῆς. φέρε τοίνυν σύμβαλε τοῦτο τὸ ἔθος, ἐκείνῳ τῷ νόμῳ, κἂν μὲν ὑμῖν κατά τι φαίνηται, φυλάξατε αὐτὸ, καὶ ποιήσατε ἰσχυρότερον πρὸς τὸ λοιπόν· ὅπερ ἐξ ἀνάγκης γένοιτ᾽ ἂν, εἰ μὴ λυθήσεται νῦν. ἐὰν δὲ πανταχῇ σκοπούμενον, χεῖρον εὑρίσκηται, μιμήσασθε τοὺς κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον Ἀθηναίους· καὶ τὸ μᾶλλον ἄτοπον τοῦτό τε λυθέντος ὑπ᾽ ἐκείνων, καὶ ὑμεῖς νῦν λύσατε. τὸ μὲν οὖν ψευδῆ τὴν πόλιν δεικνύναι, καὶ περὶ τὰς δωρεὰς ἄπιστον, καὶ τὸ τοὺς εὐεργέτας ἀδικεῖν, ἀφαιρουμένην αὐτῶν τὰς ἀμοιβὰς, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, ἐπίσης κοινὰ ἀμφοτέροις πρόσεστιν· ἀλλ᾽ ἐκεῖ μὲν οὐκ ἦν μηδὲν ὠφελῆσαι τοὺς τὴν ἀτέλειαν εἰληφότας, ἃ γὰρ ἐκτήσαντο ἐκ τῆς ἀφέσεως, εἰς ἅπαντα αὖθις ἔμεινε τὸν ἄλλον χρόνον, καὶ ἔμελλον εὐπορώτεροι δι᾽ αὐτὴν ἔσεσθαι. τοῖς δέ γε τῆς εἰκόνος ἀφαιρεθεῖσιν, ἐκ τοῦ τετιμῆσθαι πρότερον, οὐδ᾽ ὁποιονοῦν περίεστι, δίχα γε τῆς ὕβρεως καὶ ἀτιμίας; πρὸς τούτῳ δὲ, ὁ μὲν τιθεὶς τότε τὸν νόμον ἐστὶν, ὧν κατηγόρει τῶν τὴν ἀτέλειαν εἰληφότων, καὶ πονηροὺς ἀπέφαινε τοὺς πλείους, οὐ μόνον οὐκ ἀξίους χάριτος· ὥστε τοῦτ᾽ εἶναι τὸ δεινὸν, ὅτι μὴ πᾶσιν ἐγκαλῶν, πάντας ἀπεστέρει τῆς δωρεᾶς. ἐνθάδε δὲ, οὐδέν ἐστι τοῖς ἀφελομένοις εἰπεῖν τι κατ᾽ ἐκείνων· οὓς γὰρ μηδ᾽ ἴσασι, φασί, πῶς αὐτοὺς αἰτιᾶσθαι δυνατόν; ἔτι δὲ ὁ μὲν νόμος, ἐξαιρέτους τινὰς ἐποίει, τοὺς τὰ μέγιστα δοκοῦντας εὐεργετηκέναι τὴν πόλιν, τοὺς ἀφ᾽ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος· ἐνταῦθα δὲ, οὐδέν ἐστιν ἐξαίρετον. τῷ γὰρ ἀγράφως τὸ πρᾶγμα γίνεσθαι,

A *Igitur apud Athenienſes regnante Philippo, maximè verò quando imperio aliis conceſſo ſolam retinuerunt libertatẽ, Leptines quidam legem tulit, quòd oporteret immunitates auferre ab iis qui haberẽt à populo, præter Harmodium & Ariſtogitonem, atque haud amplius in poſterũ licere cuiquam hoc donum dari. Quid ergo? Num amplexi ſunt legem? Nequaquam: ſed propter hanc ſcriptam legem damnatus eſt. Age nunc comparate hanc* B *veſtram conſuetudinem illi legi: & ſi vobis aliqua conueniens videbitur, cuſtodite eam, facitéque fortiorẽ in poſterum: quòd ſanè neceſſariò fiet, niſi eam in præſentia abrogaueritis. Si verò vndique conſiderata, peior inuenta fuerit, imitemini illius temporis Athenienſes: magíſque abſurdũ quàm fuit id quod illi tunc abrogarunt, & vos nunc abrogate. Et mendacem quidem oſtendere ciuitatem, & circa dona infidelem, iniuriámque facere benefa-* C *ctoribus ablata retributione, & omnia huiuſmodi, æqualiter communia vtriſque ſunt; ſed illic quidem qui habuerant immunitates, non carebãt compẽdio. Quod enim ea ex remiſſione acquiſierãt, in omne illis reliquũ deinceps remãſit tẽpus, ditioréſq; ex ea erãt futuri. His verò quib. auferũtur imagines, ex eo quòd prius ſũt honorati, nihil planè ſupereſt preter cõtumeliã, ignominiãque. Ad hæc, ille qui tũc legem tulit, accuſauit eos qui acceperant* D *immunitatem: malóſque eorũ multos eſſe probauit, non ſolum non beneficiis dignos; vt illud ſolum fuerit intolerandum, quod non omnibus reprehenſis, omnes tamen dono priuabat. Hîc autem, auferentes nihil habent quod dicant aduerſus illos: quos enim ne norunt quidem (vt aiunt) quomodo eos poſſent culpare? Præterea lex quoſdam excepit, eos nempe qui maximis ciuitatem videbantur affeciſſe beneficiis, Harmodij & Ariſtogitonis poſteros: hîc verò nihil eſt exceptũ. Nam quum res fiat abſque ſcriptura,*

& neque ſecundum legem, neque ſecundũ decretũ, de nullo prorſus eſt interdicta: & quibuslibet contingere poteſt, circa quoſcunque prætori viſum fuerit. Atqui lex intoleranda facere videbatur, auferẽs populi poteſtatem, vt neque de cætero tale donum decernere liceret. Et quanto ſatius erat prohibere à principio, ne populus quid donaret, (ſi non profuit ciuitati) omitterétque beneficia collocare, quàm auferendi ea vni dare poteſtatem? Quum enim turpe ſit (quod nemo poterit negare) auferre aliquid ab illis qui acceperunt: ſecundum legem quidem id ſemel factum eſt; ſecundum conſuetudinem verò ſemper cõtingit. Et ſanè ſi graue videtur, aliquã auferre ciuitati poteſtatem: vos quoque eam aufertis, eo quòd nõ firma cuſtoditis quæ dedit. Cuicunque enim vos tribuitis honorem, non amplius in veſtra eſt poteſtate, vt eum retineat: ſed vnius in hominis iuriſdictione id ſitum eſt, nempe prætoris. Atqui peius eſt, conſuetudine quid non eſſe in veſtra poteſtate, quàm ſi eſſet prohibitũ legibus. Hi enim non ſpoliati ſunt quodammodo hac poteſtate, quod ne facerent, ſemetipſos lege prohibuerunt: ſed voluntariè deſtiterunt, vtilitatis gratia. In conſuetudine verò, neque hoc dicere licet quod ſemetipſos priuarũt eo, quo de neque iudicauerunt, neque deliberarunt. Et illic quidem conſolationem quandam habebant ex æqualitate & cõmunitate rei, omnibus ſimiliter ablatis immunitatibus. Apud vos autem illi quẽ caſus obtulerit, imago aufertur, & frequenter meliori. Præterea illic lex aufert ab habente, non vt alter eam accipiat: apud vos verò huius gratia fit, quod omni ex parte moleſtius eſt, quàm dũtaxat ſpoliari. Et quidem illud nõ ignoratis vtique, quanto grauius ſit pati quid propter aliũ, quàm propter ſeipſum. Igitur ex lege quidem id euenit, vt ne quidã haberent immunitates, propter quos vt indignos dicebat & cæteros reſtituere debere:

A καὶ μήτε κατὰ νόμον, μήτε κατὰ ψήφισμα, περὶ οὐδενὸς ὅλως ἀπείρηται· καὶ ἐπὶ πᾶσι τοῖς συμβῆναι δυνατόν ἐστιν, ἐφ' ὅτῳ ποτὲ ἂν δόξῃ τῷ στρατηγῷ. καὶ μὴν ὅ γε νόμος δεινὸν ἐδόκει ποιεῖν, ἀφαιρούμενος τοῦ δήμου τὴν ἐξουσίαν· ὥστε μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι ψηφίσασθαι τὴν δωρεὰν ταύτην. καὶ πόσῳ κρεῖττον τὴν ἀρχὴν κωλῦσαι τι διδόναι τὸν δῆμον, εἰ μὴ συνέφερε τῇ πόλει, καταλιπόντα τὸ χαρίζεσθαι, τοῦ ἀφαιρεῖσθαι B ταῦτα ἐφ' ἑνὶ ποιήσασθαι; αἰσχροῦ γὰρ ὄντος, ὡς οὐδ' ἂν εἷς ἀντείποι, τοῦ ἀφαιρεῖσθαι τοὺς λαβόντας τι· κατὰ μὲν τὸν νόμον τοῦτο ἅπαξ ἐγίνετο· κατὰ δὲ τὸ ἔθος, ἀεὶ συμβαίνει. καὶ μὴν εἰ δοκεῖ δυσχερὲς τὸ ἀφαιρεῖσθαί τινας ἐξουσίας τὴν πόλιν, καὶ ὑμεῖς ἀφαιρεῖσθε τὴν ἐξουσίαν, τὸ φυλάττειν βέβαια τὰ δοθέντα τοῖς λαβοῦσιν. ὅτῳ γὰρ ἂν ὑμεῖς δῶτε τὴν τιμὴν, οὐκ ἔτ' ἔστ' ἐφ' ὑμῖν τὸ ἐᾶν ἔχειν αὐτήν· ἀλλ' εἷς ἀνὴρ ἀεὶ τού- C του κύριος, ὁ στρατηγῶν. καί τοι χεῖρόν ἐστι τὸ, ἔθει μὴ ἐφ' ὑμῖν εἶναι, τοῦ κατὰ νόμον κεκωλυμένου. οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἀφῄρηνται τὴν ἐξουσίαν τούτου τρόπον τινά, ὃ πράττειν ἑαυτοὺς νόμῳ κεκωλύκασιν· ἀλλ' ἀπέστησαν ἑκόντες, διὰ τὸ συμφέρον. ἐπὶ δὲ τοῦ ἔθους, οὐδὲ τοῦτό ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι αὑτοὺς παρ' ἄρα ἀφῄρηνται τοῦθ' ὑπὲρ οὗ μήτε ἔκριναν, μήτε ἐβουλεύσαντο. καὶ μὴν ἐκεῖ γε παραμυθίαν τινὰ εἶχον, τὸ τοῦ πράγματος D ἴσον καὶ κοινὸν, ἁπάντων ὁμοίως ἀφαιρουμένων τὰς ἀτελείας. παρ' ὑμῖν δὲ ὃς ἂν τύχῃ, τῆς εἰκόνος ἀφῄρηται, καὶ πολλάκις βελτίων. ἔτι δὲ ἐκεῖ μὲν, οὐχ ἵνα ἄλλος λάβῃ, τὸν ἔχοντα ἀφῃρεῖτο ὁ νόμος· παρ' ὑμῖν δὲ τούτου χάριν γίγνεται, ὃ τῷ παντὶ λυπηρότερόν ἐστι, τοῦ μόνον ἀποστερεῖσθαι. καὶ μὴν ἐκεῖνό γε οὐδ' ἀγνοεῖτε δήπουθεν, ὅσῳ δοκεῖ χαλεπώτερον τὸ δι' ἄλλον τι πάσχειν, τοῦ δι' αὑτόν. οὐκοῦν ἐκ μὲν τοῦ νόμου συνέβαινεν, ἵνα μή τινες ἔχωσι τὰς ἀτελείας, περὶ ὧν, ὡς ἀναξίων, ἔλεγεν ἀποδοῦναι τοὺς λοιπούς

ἐκ δὲ τοῦ παρ᾽ ὑμῖν ἔθους, ἵν᾽ ἄλλοι λάβωσι, τοὺς ἔχοντας ἀποστερεῖσθαι γίγνεται. τῷ παντὶ δὲ τοῦτο, τοῖς πάσχουσι βαρύτερον. εἰ τοίνυν ἐφ᾽ ὧν μάλιστα ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἐπὶ τούτων βούλοιτό τις ἰδεῖν, τίνας ἀδικεῖ τοῦτο τὸ ἔθος, καὶ τίνας ἔμελλε λυπήσειν ἐκεῖνος ὁ νόμος, ἀφελὼν τοὺς μὴ μόνον ἔχοντας ἀτέλειαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς εἰκόνος τετυχηκότας· οὕτω σκοπείτω τοὺς λοιποὺς ἑκατέρων. οὗτοι μὲν γὰρ, τρόπον τινὰ, οὐδὲ ἔπαθον οὐδέν· ὃ γὰρ εἰλήφεισαν ἐν προσθήκης μέρει, τοῦτ᾽ ἀπώλλυον, τῆς μείζονος δωρεᾶς αὐτοῖς τηρουμένης. ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων, ἴσως ἂν γένοιτο ὁ λόγος· ἀλλ᾽ ἔστι μὲν δῆλον καὶ αὐτόθεν, οἶμαι, τὸ πρᾶγμα. ὅσῳ γὰρ τὸ τῆς εἰκόνος μεῖζον καὶ τὸ τῆς ἀτελείας, τοσούτῳ κρείττονες οἱ τούτου τετυχηκότες. ἔτι δ᾽ ἂν οὕτως γένοιτό γε ὁ λόγος. ἀλλ᾽ ἔστι μὲν δῆλον καὶ αὐτόθεν, οἶμαι, τὸ πρᾶγμα φανερώτερον. ἡ μὲν γὰρ ἀτέλεια τοὺς λαβόντας εὐπορωτέρους ποιεῖ, καὶ οὗτοι μάλιστα ἐπιθυμοῦσιν αὐτῆς, οἵτινες ἂν ὦσι περὶ χρήματα ἐσπουδακότες· ἡ δὲ εἰκὼν, τὸ σεμνὸν μόνον ἔχει καὶ τὸ τῆς τιμῆς. ὅσῳ δὴ πάντες εἴποιμεν ἂν κρείττους, τοὺς προῖκα καὶ δόξης μᾶλλον ἕνεκεν αἱρουμένους εὖ τινας ποιεῖν, τῶν ἐπ᾽ ἀργυρίῳ καὶ διὰ κέρδος· τοσούτῳ φαίην ἂν ἔγωγε, οὐ μόνον ἀμείνους ἀνθρώπους ἀδικεῖν τοῦτο τὸ ἔθος, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ βελτιόνων ὑμᾶς κωλύειν εὖ πάσχειν, ἤπερ ἐκείνους ὁ νόμος. ἀλλ᾽ ἔγωγε ἀπορῶ, τί δήποτε οὐχὶ καὶ νόμον τίθεσθε ἐπὶ τούτῳ, καθ᾽ ὃν ἔσται τὸ λοιπὸν, εἴπερ ὑμῖν ἀρέσκει. νὴ Δί᾽, αἰσχύνην γὰρ οὐ μικρὰν ἔχει, νόμος τοιοῦτος ἐν τῇ πόλει κείμενος. εἶτα ὃ γράφειν αἰσχρὸν ἡγεῖσθε, τοῦτο ποιεῖν οὐκ αἰσχρόν ἐστι; καὶ πόσῳ κρεῖττον μὴ χρῆσθαί τισι τῶν φαύλως γεγραμμένων, ἢ ποιεῖν; ἢ ποτέρους ἂν εἴποις βελτίους; τοὺς οὕτως ἔχοντας πρὸς τὰ ἄτοπα, ὥστε ἀπέχεσθαι καὶ δεδομένων, ἢ τοὺς οὐ συγκεχωρημένα πράττοντας; ἀλλ᾽ ἔγωγε φαίην ἂν, ὁμολογουμένου τοῦ μηδαμῶς δεῖν μηδὲν

A *ex veſtra autem conſuetudine eã ob cauſam ſpoliantur habentes, vt alij accipiãt. hoc verò omni modò grauius eſt patientibus. Proinde ſi circa quos maximè neceſſarium eſt, circa eos quis vult videre, quibusnam iniuriam faciat hæc conſuetudo, & quos contriſtatura erat illa lex, auferens non ſolum immunitatem ab habentibus, verùm etiã imaginem ab iis qui ſunt nacti, ita conſideret reliquos vtrorumque. Hi enim quodãmodo nihil paſſi ſunt: quod enim acceperunt tanquam* B *auctariũ, id perdiderũt, maiore illis dono reſeruato. Circa alios verò fortaſſe eadem videtur ratio. Cæterũ res manifeſta (opinor) eſt etiam inde. Quanto enim donum imaginis præſtat munerum vacationi, tãto ſunt meliores qui id ſunt adepti. Præterea inde quoque res clarè perſpici poteſt. Immunitas enim accipientes facit ditiores: & hi maximè eam concupiſcunt, qui fuerint circa pecunias ſtudioſi: imago* C *verò, honeſtatem ſolam in ſe habet, & honorem. Quãto igitur omnes diceremus eſſe meliores, qui gratis ob vnámque gloriam quibuſdam malunt benefacere, quã pro argento & lucri cauſa: tanto auſim ego dicere non ſolùm meliores homines ab illa conſuetudine iniuria affici, verùm etiam à melioribus vos prohiberi beneficia percipere, id quod illi lege prohibentur? Cæterum anceps animi ſum, cur non & legem tandem hac de re feratis, iuxta quàm in poſterum agatis, ſi qui-* D *dem ita veſtra eſt ſententia? At per Iouem, haud paruam haberet turpitudinem talis lex in ciuitate lata. Itane ergo id quod ſcribere putatis turpe, facere turpe non eſt? Et quanto melius, non vti quibuſdam vitioſè ſcriptis, quàm facere? Aut vtros diceres eſſe meliores? eóſne, qui ita ſunt animati erga abſurda, vt etiam ſi permiſſa ſint, ab eis abſtineant, an eos qui non conceſſa faciunt? Verum ego dicerem, id quod in confeſſo eſt, nequaquam quidem quicquam*

*iniquum aut indecens faciundum: apud
quos tamẽ tale aliquid lege fiat, minus re-
prehendi poſſe, quàm ſi fiat ex cõſuetudi-
ne. Primùm enim lex certis finita eſt limi-
tib. neque deterior fieri poteſt: neque enim
ſcriptis auferre licet, & adiicere: cõſuetu-
do verò ſi fuerit vitioſa, neceſſe eſt in dies
eã vitioſiorẽ fieri, eo quòd non eſt cõpre-
henſa, neque definita. Dico autẽ hoc ideo
ſcilicet, quòd hæc conſuetudo ſtatim (vt
aiũt) initium ſumpſit à cõtritis ſtatuis, ne-
que iã in ſuis ſtãtibus gradibus. His enim
abuſos eſſe prætores, reparantes eas, &
quodãmodo denuo alias faciẽtes. Deinde
quod reliquũ erat, integris quidẽ, ſed non
habẽtibus inſcriptiones, inſcriptiones affi-
xerunt: & poſtremò iã etiã inſcriptis qui-
buſdam, & admodum vetuſtis. Verũ ſi-
quidẽ erit, quod aiunt, quòd tandẽ neceſſe
ſit nullum reſtare diſcrimẽ. Nam in aliis
iã ita res habet: in ſumptib. in ornatus ne-
glectu, in delitiis. Et nũquã malarũ quic-
quã conſuetudinũ inuenietis ſtabile atq;
firmũ, donec vndiquaque prohibeatur. Eo
enim quòd in dies appoſitionẽ ſuſcipit, fer
méque caret redargutione, nemóque faci-
lè cernit quanto hoc illo ſit deterius, ad
omnia procedit. quemadmodum (opinor)
& hulcera quædam, & morbi, qui in dies
naturaliter incrementum capiunt. Acce-
dit huc & illud, quod qui lege quid fa-
ciunt rerum malarum, non id quaſi tale
faciunt, ſed in errorem perducti: qui ve-
rò vitioſa faciunt conſuetudine, vniuerſi
ſanè dicere poſſent, eos ſcientes volen-
tes delinquere ea, quæ ſcripta eſſe neque
ipſis quidem congrua videantur. Non
ergo ideo quòd antea cœpit, multúmque
temporis durauit, propterea minus conue-
uenire vobis exiſtimetis, illa negligere.
Nihil enim minus notantur turpitudine
qui talia cuſtodiunt, quàm qui primum
ſuſceperũt: ſed è diuerſo magis, quod pri-
mum factũ eſt, latere potuit tum viuen-
tes, præſertim quum adhuc obſeruaren-
tur hi qui facerẽt. Quod autem à multis

A ἄδικον πράττειν μηδὲ ἀπρεπές· παρ'
οἷς ἂν νόμῳ γένηται τὸ τοιοῦτον, ἧττον ἂν ἔ-
χειν κατηγορεῖν, ἢ παρ' οἷς ἂν κατὰ ἔ-
θος. πρῶτον μὲν γὰρ, ὁ νόμος ῥητός ἐστι,
οὐκ ἄν ποτε γένοιτο χείρων· οὐ γάρ
ἐστιν οὔτε ἀφελεῖν, οὔτε προσθεῖναι τοῖς
γεγραμμένοις· τὸ δέ γε ἔθος, ἂν ᾖ φαῦ-
λον, ἀνάγκη καὶ φαυλότερον ἀεὶ γίγνε-
σθαι, τῷ μὴ κατειλῆφθαι, μηδὲ ὡρί-
σθαι. λέγω δ' οἷον εὐθύς, τοῦτό φασι τὴν
ἀρχὴν λαβεῖν ἀπὸ τῶν συντετριμμέ-
B νων, καὶ οὐδὲ ἐφεστώτων ἐπὶ ταῖς βάσεσι·
τούτοις γὰρ ἀποχρῆσθαι τοὺς στρατηγοὺς
ἐπισκευάζοντας, καὶ τρόπον τινὰ ἐξ ἀρχῆς
ποιοῦντας ἑτέρους. εἶθ' ὅσον λοιπὸν, τοῖς
ὑγιέσι μὲν, οὐκ ἔχουσι δὲ ἐπιγραφὰς,
ἐπιγράφεσθαι· καὶ τὸ λοιπὸν, ἤδη καὶ
τῶν ἐπιγεγραμμένων ἐνίας τῶν σφόδρα
παλαιῶν. ἔστω γὰρ ὃ λέγουσιν ἀληθές, ὡς
ὕστερον ἀνάγκη μηδεμίαν εἶναι διάκρι-
σιν. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων οὕτως ἔχει,
δαπάνης, ἀκοσμίας, τρυφῆς. οὐδέποτε
C τῶν λεγομένων ἐθῶν οὐδὲν εὑρήσετε ἱστάμε-
νον οὐδὲ διαμένον, ἕως ἂν παντάπασι
κωλυθῇ. διὰ γὰρ τὸ δέχεσθαι πρόσθε-
σιν ἀεὶ, καὶ τὸ παρὰ μικρὸν ἀνεξέλεγ-
κτον εἶναι, καὶ μηδενὶ φαίνεσθαι ῥᾳδίως,
ὅσῳ τοῦτο ἐκείνου κάκιον, ἐπὶ πλεῖον πρόει-
σιν. ὥσπερ, οἶμαι, καὶ τῶν ἑλκῶν ἔνια καὶ τῶν
νοσημάτων, ὅσα ἐξάπλωτος αὔξεσθαι
φύσιν ἔχει. πρὸς τοῦτο δὲ, κἀκεῖνό ἐστιν,
οἱ μὲν νόμῳ τι πράττοντες τῶν πονηρῶν,
οὐχ ὡς τοιοῦτον αὐτὸ πράττουσιν, ἀλλὰ
D ἐξηπατημένοι· τοὺς δὲ ἔθει φαῦλα ποι-
οῦντας, ἅπαντες ἂν φαῖεν εἰδότας ἁ-
μαρτάνειν, ἅ γε μηδ' αὐτοῖς ἐπιτήδεια
εἶναι γεγράφθαι δοκεῖ. μὴ τοίνυν εἰ πρό-
τερον ἤρξατο καὶ χρόνος πλέον γέγο-
νε, διὰ τοῦτο ἔλαττον ὑμῖν νομίζητε
προσήκειν αὐτῶν ἀμελεῖν. οὐδὲν γὰρ
ἧττον αἰσχύνην ὀφλοῦσιν οἱ φυλάττον-
τες τὰ τοιαῦτα, τῶν * παραδεξαμέ- γρ. παραδεδωκότων
νων· ἀλλὰ τοὐναντίον μᾶλλον, πρό-
τερον γινόμενον οὐδὲ λαθεῖν ἀδύνατον τοὺς
τότε, καὶ ταῦτα φυλαττομένων ἔτι
τῶν τοιούτων· τὸ δὲ ὑπὸ πολλῶν

συμβαῖνον, ἀνάγκη μηδένα ἀγνοεῖν. ἄλλως τε παντελῶς ἀνῄρηται ὑμῖν τῆς προφάσεως ταύτης, οἵγε περὶ αὐτοῦ τούτου κάθησθε κρίνοντες. ὥσπερ οὖν εἰ καὶ ἄρξασθαί τινος ἔδει τῶν καλῶν ὑμᾶς, οὐκ ἂν ὠκνεῖτε, ἀλλὰ τοῦτο ὁμοίως εὐλόγως ἔχει, καὶ λῦσαί τι τῶν φαύλων δέῃ. μὴ τοίνυν ὁ χρόνος ὠφελείτω τὸ ἔθος, εἴπερ ἐστὶ μοχθηρόν· ὡς πάλαι νομίζω πεποιηκέναι φανερόν. οὐ γὰρ εἰ πολὺν χρόνον ἔβλαψεν ὑμᾶς, ἀλλὰ τοῦτο οἶμαι προσήκειν αὐτῷ, μηδέποτε παύσασθαι βλάπτον. οὐδὲ γὰρ ἄνδρα μοχθηρὸν ἐκ πολλοῦ λαβόντες, ἀφήσετε τοῦ χρόνου χάριν, ὃν διῆλθε πονηρὸς ὤν. οὐδέ γε εἴ τις νόσον ἰάσασθαι δύναιτο ἐνοχλοῦσαν πάλαι, φείδοιτ' ἂν, ἐξ ἀρχῆς ὑγιαίνειν. οἶμαι δὴ ὑμᾶς, εἴ τις θεῶν φανερὸν ποιήσειεν ὑμῖν, τὸ μέλλον αὖθις ποτὲ λυπήσειν τὴν πόλιν, πάντως φυλάξεσθαι τοῦτο, ἐν ὑμῖν γε ὄν· εἶτα τοῦ μὲν ἑτέροις βλάψοντος οὐκ ἀμελήσετε, ἐπειδὴ μετὰ ταῦτά ἐστι· τὸ δὲ ὑμᾶς αὐτοὺς τὰ μέγιστα ἀδικοῦν ἐάσετε, εἰ πρότερον ἤρξατο; τουτὶ μὲν οὖν παντελῶς εὔηθες, εἴ τις οἴεται μηδέποτε δεῖν κωλῦσαι τὸ συνήθως μὲν, ἀτόπως δὲ γινόμενον. ἀξιῶ δ' ὑμᾶς, ἐκεῖνο ἐνθυμηθῆναι μᾶλλον, ὅτι πολλῶν ὄντων κατὰ τὴν πόλιν, ἐφ' οἷς ἅπασιν εὐλόγως σεμνύνεσθε, πρῶτον μὲν τῶν νόμων, καὶ τῆς εὐταξίας τῆς περὶ τὴν πολιτείαν, ἐφ' οἷς καὶ μάλιστα φιλοτιμεῖσθε· ἔπειτα, οἶμαι, καὶ τῶν τοιούτων, ἱερῶν, θεάτρων, νεωρίων, τειχῶν, λιμένων· τὰ μὲν, πλοῦτον ἐμφαίνει καὶ μεγαλοψυχίαν, καὶ τὸ μέγεθος τῆς πρότερον δυνάμεως· τὰ δὲ καὶ τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν· οὐδενὸς ἧττον ἥδεσθε ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν ἀνδριάντων. εἰκότως. οὐ γὰρ μόνον κόσμον φέρει τὸ τοιοῦτον, ὥσπερ ἄλλο τι τῶν ἀναθημάτων, ἀλλὰ καὶ τὴν ἰσχὺν τῆς πόλεως οὐχ ἥκιστα ἐπιδείκνυσι καὶ τὸ ἦθος. οὔτε γὰρ εὖ πάσχουσιν ὑπὸ πολλῶν

A vſuuenit annis, nemo id ignoret neceſſe eſt. Atque alioqui prorſus hic vobis ablatus eſt prætextus, qui de hoc ipſo ſedetis iudicaturi. Quemadmodũ igitur, ſi quid vobis rerum honeſtarũ auſpicandum foret, non vtique cunctaremini: quare ſimiliter vos conuenit eſſe affectos, ſi quid vitioſarum abrogandum eſt. Ne ergo conſuetudini tẽpus ſuffragetur, ſi quidem eſt flagitioſa: vt mihi iam olim videor demõſtraſſe. Non enim, ſi longum tempus vos B damno affecit, ideo opinor illi cõuenire, vt nunquã damno afficere deſinat. Neque enim ſi hominẽ flagitioſum à longo tempore comprehẽditis, dimittitis eũ temporis gratia, quòd vixit flagitiis dans operam. Neque, ſi quis morbũ ſanare poſſet olim moleſtum, ad ſanitatem denuo redire ſuperſedeat. Arbitror vos autẽ, ſi quis deorũ vobis planum faceret, futurum vt poſtea aliquando ciuitas perturbaretur: omnino illud prouiſuros, quãtum in vobis eſt: de- C inde nõ neglecturos quod aliis ſit nociturũ, quia his conſequens eſt. Ergóne id ſinetis, quod vos ipſos in maximis iniuria afficit, ideo tantum quòd ſuperioribus tẽporibus incæpit? Hoc quidem omnino ſtolidum eſt, ſi quis id putat nunquam prohibendum, quod conſuetò quidem: abſurdè autem fit. Rogo autem vos, id potius cogitetis, quòd quum multa ſint in ciuitate, quorum omnium gratia iure gloriamini: primùm quidem leges, & D diſciplina circa rempublicam, ob quæ præcipuè vobis placetis: deinde (opinor) huiuſmodi, templa, theatra, naualia, mœnia, portus, quæ partim quidem diuitias oſtendũt & magnanimitatem, prioríſque magnitudinem potentiæ, partim autem pietatem erga Deos: non minus lætemini tamen ſuper multitudine ſtatuarũ, atque id meritò. Non enim ſolum huiuſmodi ornatum adfert, ſicut alia diis conſecrata donaria; ſed etiam ciuitatis fortitudinem maximè declarat, & mores. Neque enim homines contempti à multis

beneficia percipiunt, neque volunt, neque fortaſſe poſſunt multos honorare. Præterea & hoc ineſt. non enim ſolum, quod plurimæ apud vos ſint ſtatuæ, id accidit: verùm (opinor) etiam ideo, quòd quum Romani ſæpius vndique ſupellectilẽ tẽplorum palatiorúmque acceperint, nunquam eorum quidpiam mouerint quæ apud vos ſunt. Quum & Nero, tãtum deſiderium ſtudiumq; circa hoc habens, vt ne iis quidẽ quæ in Olympia abſtinuerit, neque iis quæ Delphis erant, licet præ cæteris omnibus illa templa honoraſſet, prę terea quoque plurimas ex Athenienſium arce tranſtulerit, multas quoque ex Pergamo, quum illud fanum ſibi competeret: (de illis enim quæ fuerunt apud alios, quid opus eſt dicere? eas duntaxat quæ apud vos erant, intactas dimiſerit: tantámque oſtenderit erga vos beneuolẽtiam & honorem, vt totam ciuitatem iudicaret ſanctiorem, quàm præcipua templa. Noſtis enim quot Craton ſolus illi miſerit, orbẽ ferme omnem peragrãs huius gratia, neque vicum vllũ præteriens, atque tandem etiam huc venerit. Quum autem vos, vt par erat, contriſtaremini, ſpectãdi gratia ſe dixit adeſſe. Neque enim ſe habere poteſtatem quicquam eorũ attingendi, quæ hic eſſent. Proinde, præter communem aſpectus ornatum, aliam etiam vobis gloriã acquirit imaginum multitudo. Amicitiæ enim erga duces, atque illius erga vos reuerentiæ, teſtimonia atque demonſtrationes hæ ſunt. Ergóne Romani quidem & Nero hoc modo ea quæ apud vos ſunt ſeruauerunt, & veneranda iudicarunt: vos autem non cuſtodietis? Et Nero quidem imperatorum vehementiſſimus, & plurimum ſibi tribuẽs, & ad omnem potentiã omnia minora exiſtimans, nullius abſtulit imaginem eorum qui apud ſolos Rhodios erant honore affecti: ipſi autem vos auferetis? Et quãto melius erat & hîc idem factum eſſe? Apud alios enim manẽt honoratorum nomina, & inſcriptio-

A οἱ τυχόντες, οὔτε θέλουσιν, οὔτε ἴσως δύνανται πολλοὺς τιμᾶν. ἔτι δὲ κἀκεῖνό ἐστιν. οὐ γὰρ μόνον διὰ τὸ πλείστους εἶναι παρ' ὑμῖν ἀνδριάντας, τοῦτο συμβέβηκεν· ἀλλ', οἶμαι, καὶ διὰ τὸ Ῥωμαίους πολλάκις πανταχόθεν εἰληφότας κατασκευὴν ἱερῶν καὶ βασιλείων, μηδέποτε κινῆσαι τῶν παρ' ὑμῖν μηδέν. ὅπου καὶ Νέρων, τοιαύτην ἐπιθυμίαν καὶ σπουδὴν περὶ τοῦτο ἔχων, ὥστε μηδὲ τῶν ἐξ Ὀλυμπίας ἀποσχέσθαι, μηδὲ τῶν
B ἐκ Δελφῶν· καί τοι πάντων μάλιστα τιμήσας ταῦτα πάντα ἱερά· ἔτι δὲ τοὺς πλείστους τῶν ἐκ τῆς ἀκροπόλεως Ἀθήνηθεν μετενεγκεῖν, καὶ τῶν ἐκ Περγάμου πολλοὺς, αὐτῷ προσήκοντας ἐκείνου τοῦ τεμένους· περὶ μὲν γὰρ τῶν παρ' ἄλλοις τί δεῖ λέγειν; τοὺς παρὰ μόνοις ὑμῖν εἴασε· καὶ τοσαύτην ἐπεδείξατο εὔνοιαν καὶ τιμὴν ἅμα πρὸς ὑμᾶς, ὥστε τὴν πόλιν ἅπασαν ἱερωτέραν κρῖναι, τῶν πρώτων ἱερῶν. ἴστε
C γὰρ ἃ Κράτων ἧκε μόνος, τὴν οἰκουμένην σχεδὸν ἅπασαν περιελθὼν τούτου χάριν, καὶ μηδὲ κώμην παρεὶς μηδεμίαν, ὡς κἀνθάδε ἧκε. λυπουμένων δ' ὑμῶν, ὅσπερ εἰκὸς, κατὰ θέαν ἔφη παρεῖναι. μηδὲ γὰρ ἔχειν ἐξουσίαν μηδενὸς ἅψασθαι τῶν ἐνθάδε. τοιγαροῦν δίχα τοῦ κοινοῦ τῆς ὄψεως κόσμου, καὶ δόξαν ὑμῖν ἑτέραν περιποιεῖ τὸ τῶν εἰκόνων πλῆθος. τῆς γὰρ πρὸς τοὺς ἡγεμόνας φιλίας, καὶ τῆς παρ' ἐ-
D κείνῳ ἐντροπῆς, ἀπόδειξις φαίνεται ταῦτα. εἶτα Ῥωμαῖοι μὲν καὶ Νέρων, οὕτω τὰ παρ' ὑμῖν ἐτήρησαν, καὶ σεμνὰ ἔκριναν· ὑμεῖς δὲ οὐ φυλάξετε; καὶ Νέρων μὲν ὁ τῶν βασιλέων σφοδρότατος, καὶ πλεῖστον αὑτῷ διδοὺς, καὶ πρὸς ἅπασαν ἐξουσίαν πάντ' ἐλάττω νενομικὼς, οὐδενὸς ἀφείλετο τὴν εἰκόνα τῶν παρὰ μόνοις Ῥοδίοις τιμηθέντων· αὐτοὶ δὲ ὑμεῖς ἀφαιρεῖσθε; καὶ πόσῳ κρεῖττον ἦν κἀνθάδε ταὐτὸν γεγονέναι; παρὰ μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις μένει τὰ τῶν τιμηθέντων ὀνόματα, καὶ τὰς ἐπιγραφὰς

οὐδεὶς ἂν ἀπαλείψειεν· ὑμεῖς δ' ὥσπερ
τι κακὸν πεπονθότες, ὑπ' αὐτῶν ἐκ-
χαράττετε. καίτοι φαίη τις ἄν, εἰ καὶ
παρὰ τῶν βασιλέων ἀπεστεροῦντο, μηδὲ
οὕτως ἀδικεῖσθαι τοὺς ἄνδρας. οὐ γὰρ ὡς
δώσοντες ἑτέροις, ἀλλὰ κόσμου δεόμε-
νοι μετέφερον, ὥστ' οὐδεὶς ἂν αὐτῶν ἀ-
φῄρει τὸ ὄνομα. οὐδ' αὖ χεῖρον ἀπήλλατ-
τον, ἀντὶ Μεγάρων καὶ Ἐπιδαύρου καὶ τῆς
Ἀνδρίων ἢ Μυκηναίων ἀγορᾶς, ἐν τοῖς
Ῥωμαίων ἱεροῖς ἀνακείμενοι. ταῦτα φή
τις βέλτιον, ἢ τό γε καθ' ὑμᾶς οὕτως αὐ-
τῶν ἠφανίσθαι τὰς τιμάς; οὐδὲν γὰρ ὑπῆρχεν
ἁμάρτημα ὑμέτερον, οὐδ' αὐτοὶ τοὺς εὐερ-
γέτας αὐτοὶ ἑαυτῶν ἠδικεῖτε, καὶ τοὺς ἥ-
ρωας· ἀλλ' εἴπερ ἄρα συνηδίκησθε αὐ-
τοῖς. καὶ μὴν εἴ τις ὑμῶν πύθοιτο, εἰ καὶ
δόξει γελοιότερον, τί δήποτε οὔθ' ὑμεῖς,
οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς πηλίνους ποιεῖσθε τὰς εἰ-
κόνας τῶν κριθέντων ἀξίων εἶναι τῆς δω-
ρεᾶς ταύτης; εὐχερέστερον δήπουθεν ὄν, καὶ
μηδεμίαν, ἢ παντελῶς μικρὰν δαπά-
νην ἔχον; φαίητ' ἂν οἶμαι· οὐ διὰ τὸ μὴ
ὑβρίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ διαμένειν, εἰ
δυνατόν, εἰσαεὶ τὰς τιμὰς τῶν ἀγαθῶν
ἀνδρῶν. νῦν τοίνυν ἐπίστασθε, τοὺς ἀνδριάν-
τας ὑμῖν ἅπαντας, κηρίνων ὄντας ἀσθενεστέ-
ρους. οὐ γὰρ εἰ τὸν ἥλιον φέρουσι, τοῦτο δεῖ
σκοπεῖν. ὑπὸ γὰρ τῆς κολακείας τῆς πρὸς
ἑτέρους διαφθείρονται, καὶ τῷ δεῖνι, δι' ἣν
δήποτε αἰτίαν, οὐκέτ' εἰσὶν οἱ πρότερον.
πολὺ δὴ χείρων ἡ τοιαύτη διαφθορά. τό-
τε μὲν γὰρ ἤλεγχεν ἄν, ἡ τῆς ὕλης ἀ-
σθένεια, νυνὶ δὲ ἡ κακία τῆς πόλεως φαί-
νεσθαι δοκεῖ. τοιγαροῦν ὁμοίως δίδοτε τοὺς
ἀνδριάντας, ὥσπερ ἢ τὰς κόρας* ταύτας
ὠνούμενοι τοῖς παισίν. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι δι-
δόασιν οὕτως, ὥστε λυπεῖσθαι μετ' ὀλί-
γον συντριβέντων. ἆρα ἀγνοεῖτε τὴν
προσοῦσαν αἰσχύνην τῷ πράγματι;
καὶ πόσον γέλωτα ὀφλεῖτε δημοσίᾳ ψευ-
δόμενοι; καὶ ταῦτα φανερῶς οὕτως; ἐν γοῦν
τοῖς ψηφίσμασι γράφετε, σταθῆναι δεῖν εἰ-
κόνα τοῦ δεῖνος. πῶς, εἴποι τις ἂν ὑμῖν,
ἄνδρες Ῥόδιοι, στῆναι γράφετε τὴν ἑστῶ-
σαν, ἐὰν οὕτω τύχῃ, πρὸ πεντακοσίων

* τὰ παρὰ τῶν κηροπλάθων λέγεται γύψινα πλαττόμενα ἀνδριαντά-εια

A nes nemo deleuit: vos autem tãquam ali-
quid ab illis mali perpeſsi eraditis. Atqui
& hoc dicere quis poſsit, quòd ſi ab im-
peratoribus eſſent ablatæ, nõ adeo iniuria
affectos videri viros. Non enim tãquam
aliis daturi, ſed ornatu indigentes trãſtu-
lerunt, ita vt nullus eorum nomen abſtu-
lerit: neque illis in deterius ceſsit tranſla-
tio, pro Megaris enim, & Epidauro, &
Andriorum ac Mycenenſiũ foro, in Ro-
manorum templis conſecratæ ſunt. Hæc
B quis non dicat melius eſſe, quàm quod per
vos ita eorum deſtruuntur honores? Nul-
lum enim in vobis fuiſſet delictum: neque
ipſi veſtros ipſorum benefactores iniuria
affeciſſetis, & Heroas, ſed ſimul cum illis
vobis facta eſſet iniuria. Verùm ſi quis
vos interroget, etiam ſi videatur ridiculũ,
cur tandem neque vos neque alius vllus
fictiles feceritis imagines illis, quos hoc
cenſuiſtis dono dignos, quod vtique faci-
lius eſt, & nullos aut valde paruos poſtu-
C lat ſumptus? diceretis (opinor) non ſolũ,
vt ne illi contumelia notarentur, ſed etiã
vt manerẽt, ſi fieri poſsit, in ſempiternum,
bonorum virorum honores. Nunc ergo
ſcitote, ſtatuas vobis vniuerſas cereis eſſe
infirmiores. Non enim quòd ſolem ferũt,
conſiderãdum eſt. Ob adulationem enim
erga alios corrumpuntur, atque certo cui-
dam ob qualemcũque cauſam [inſcribũ-
tur] & iam non ſunt illæ quæ fuerũt an-
tea. Longè igitur deterior talis eſt corru-
D ptio. Tunc enim argui poterat materiæ
fragilitas, nunc autẽ ciuitatis malitia ap-
parere videtur. Quapropter ſimili modo
datis ſtatuas, quo puppas iſtas pueris dãt
ementes. Nam & illi ita dant, vt paulo
poſt ob confractas contriſtentur. Num
ignoratis, quãta inſit huic rei turpitudo?
& quantũ excitetis riſum publicitus mẽ-
tientes, & hoc ita manifeſtè? In decretis
enim ſcribitis, erigi oportere certi cuiuſdã
imaginẽ. Quomodo (dicat vobis aliquis)
viri Rhodij, ſcribitis erigi oportere, quæ
iam erecta eſt ante annos fortaſſe quin-

gentos? Mulieres ſibi pueros ſupponẽtes, iudicatis eſſe prauas, & intolerãdũ quid facere exiſtimatis, quòd mendaciis vtuntur: vos autem non verecundamini, hoc facientes circa imagines, dicentéſque ſtatuas illorum eſſe quorum nõ ſunt: præſertim quum vos non prætereant ſcommata, quæ iaciũtur aduerſus ciuitatẽ? Multi enim aiunt, Rhodiorum ſtatuas ſimiles eſſe hiſtrionibus. Quemadmodum enim illi in ſcenam prodeunt alia atque alia ſumpta perſona, ita veſtras ſtatuas aliam aliàs ſũmere perſonam: vt modicum abſit, quin ideo erectæ ſint, vt alias perſonas repreſentent. Eundem enim nunc quidem eſſe Græcum, nunc verò Romanum, rurſus autem fortaſſe Macedonem aut Perſam. Atque hæc ita perſpicuè in quibuſdam, vt qui videat, confeſtim agnoſcat. Veſtitus enim, & calceatus, & alia ſimilia, mendacium arguunt. Et ſexcenta prætermitto quæ fiunt: vt, quod hominis valde ſenis imagini, iuuenis cuiuſdam nomen inſcribitur: admirabili quodam (opinor) à vobis inuento dono, ſi vnà cum honore etiam ætatem datis. Et rurſum, quòd athletæ cuiuſdam ſtatua erigitur, quæ hominis eſt valde imbecillis, & corpore mediocri. Nam quòd certus quidã apud vos videtur equitans, aut cum hoſtibus congrediens, aut exercitũ producens, homo qui nunquam ſuis ipſius pedibus terram attigit, atque à ferentiũ humeris deſcendit, nihil eſt fortaſſe abſurdi: verùm quòd certus quidam apud vos ſtat cæſtibus pugnans, [qui & corpore ſit tenui & imbecillo, cæſtúmque nunquam attigerit, planè ridiculum eſt.] Et hæc dico, non (per Iouem) odium mihi à vobis aſciſcere volens, neque infamare ciuitatem: ſed vt nihil ſe indignum, neque alienũ ab alia diſciplina & republica facere videatur. Et mihi ſanè videtur, quòd meritò huc prouectus ſim, propter beneuolentiam erga omnes Grecos, non ſolùm propter eã quã habeo erga vos: vt ſi quid haberem recti, etiam hîc apud vos dicerem & ſignificarem.

A ἐστίν; εἶτα τῶν γυναικῶν τὰς ὑποβαλλομένας παιδία, πονηρὰς κρίνετε, καὶ δεινόν τι ποιεῖν ἡγεῖσθε καταψευδομένας· αὐτοὶ δὲ οὐκ αἰσχύνεσθε τοῦτο ποιοῦντες ἐπὶ τῶν εἰκόνων; καὶ τοὺς ἀνδριάντας ὧν οὐκ εἰσὶ τούτων εἶναι λέγοντες, καὶ ταῦτα οὐκ ὄντες ἀνήκοοι τῶν κατὰ τῆς πόλεως σκωμμάτων; Φασὶ γοῦν πολλοὶ, τοὺς Ῥοδίων ἀνδριάντας, ὁμοίους εἶναι τοῖς ὑποκριταῖς. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνον ἕκαστον, ἄλλοτε ἄλλον εἰσιέναι, καὶ τοὺς ἀνδριάντας ὑ-

B μῖν, ἄλλοτε ἄλλα λαμβάνειν πρόσωπα, καὶ μικροῦ δεῖν, ὑποκρινομένους ἑστάναι. τὸν γὰρ αὐτὸν, νῦν μὲν εἶναι Ἕλληνα, νῦν δὲ Ῥωμαῖον· πάλιν δ' ἂν οὕτω τύχῃ Μακεδόνα, Πέρσην. καὶ ταῦτ' ἐπ' ἐνίων οὕτως, ὥστε τὸν ἰδόντα εὐθὺς εἰδέναι. καὶ γὰρ ἐσθὴς καὶ ὑπόδεσις, καὶ τοιαῦθ' ἕτερα * τὸ ψεῦδος ἐλέγχει. καὶ μυρία ἐῶ τῶν γιγνομένων· οἷον, τὸ πολλάκις ἀνδρὸς σφόδρα γέροντος εἰκόνι, νέου τινὸς τὸ ὄνομα ἐπιγράφειν· θαυμαστήν

C τινα, οἶμαι, δωρεὰν εὑρηκότων ὑμῶν, εἰ μετά γε τῆς τιμῆς, καὶ τὴν ἡλικίαν δίδοτε. καὶ πάλιν ἀθλητοῦ τινος ἀνδριάντα ἑστάναι, ὡς ὄντα ἀνθρώπου παντελῶς ἀσθενοῦς καὶ μετρίου τὸ σῶμα. τὸ μὲν γὰρ ἱππεύοντα τὸν δεῖνα ὁρᾶσθαι παρ' ὑμῖν, ἢ πολεμίοις συνεστῶτα, ἢ στράτευμα ἐκτάσσοντα ἄνθρωπον, οὐδὲ πώποτε τῆς γῆς ἁψάμενον τοῖς αὑτοῦ ποσὶν, καὶ ἀπὸ τῶν ὤμων καταβαίνοντα τῶν φερόντων, οὐδὲν ἴσως ἄτοπον· ἀλλ' ὁ δεῖνά γε ἕστηκε

D πυκτεύων παρ' ὑμῖν* καὶ λέγω ταῦτα, μὰ τὸν Δία, οὐκ ἀπεχθάνεσθαι βουλόμενος ὑμῖν, οὐδὲ διασύρων τὴν πόλιν· ἀλλ' ὅπως μηδὲν ἀνάξιον ἑαυτῆς, μηδὲ ἀλλότριον τῆς ἄλλης εὐκοσμίας καὶ τῆς πολιτείας φαίνηται ποιοῦσα. καί μοι δοκεῖ τις ἂν, εἰκότως παραχθῆναι, διὰ τὴν πρὸς ἅπαντας εὔνοιαν τοὺς Ἕλληνας, οὐ μόνον διὰ τὴν πρὸς ὑμᾶς· εἴ τι ἀγαθὸν ἐνθάδε ἔχοιμι, καλῶς εἰπεῖν καὶ μηνῦσαι.

* κο. ψεύσματα

A πρότερον μὲν γὰρ, ἐκ πολλῶν συνειστήκει τὸ κοινὸν ἀξίωμα, καὶ πολλοὶ τῆς* Ἑλλάδος ἦρξαν· ὑμεῖς Ἀθηναῖοι, Λακεδαιμόνιοι, Θηβαῖοι, χρόνον τινὰ Κορίνθιοι, τὸ παλαιὸν Ἀργεῖοι. νυνὶ δὲ τὸ μὲν τῶν ἄλλων, οὐδέν ἐστιν. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν, ὅλως ἀνῄρηνται καὶ ἀπολώλασιν· οἱ δὲ ἀσχημονοῦσι, πράττοντες οἷα ἀκούετε, καὶ πάντα τρόπον τὴν παλαιὰν δόξαν ἀφανίζοντες, οἰόμενοι τρυφᾶν, οἱ ἀνόητοι· καὶ κέρδος ἀριθμοῦντες, τὸ μηδένα κωλύειν αὐτοὺς ἁμαρτάνοντας. B λοιποὶ δὲ ὑμεῖς ἐστε, καὶ γὰρ μόνοις ὑμῖν ὑπάρχει, τὸ δοκεῖν ὄντως τινὰς γεγονέναι, καὶ μὴ τελέως καταπεφρονῆσθαι. διὰ μὲν γὰρ τοὺς οὕτω χρωμένους ταῖς ἑαυτῶν πατρίσιν, ὡς ἀληθεύοντες ἔνιοι λέγουσιν, οὐδὲν ἐκώλυε πάλαι, Φρυγῶν πάντας ἢ Θρᾳκῶν ἀτιμοτέρους γεγονέναι τοὺς Ἕλληνας. ὥσπερ οὖν οἰκίας ἠρημωμένης εὐδαίμονος καὶ μεγάλης, ὅταν εἷς ἔτι λοιπὸς ᾖ διάδοχος, ἐν ἐκείνῳ πάντα ἐστὶ, κἂν οὗτος C ἁμαρτάνῃ τι καὶ ἀκούῃ κακῶς, τὴν ὅλην δόξαν ἀφανίζει τῆς οἰκίας, καὶ πάντας καταισχύνει τοὺς πρότερον· οὕτω τὰ ὑμέτερα νῦν ἔχει πρὸς τὴν Ἑλλάδα. μὴ γὰρ οἴεσθε προεστάναι αὐτῆς, ἄνδρες Ῥόδιοι, μὴ οἴεσθε. τῶν γὰρ ζώντων ἔτι καὶ τῶν αἰσθανομένων τιμῆς ἢ ἀδοξίας, ἐστὶ πρώτους εἶναι. τὰ δὲ ἐκείνων οἴχεται, καὶ πάντα τρόπον αἰσχρῶς καὶ ἐλεεινῶς διέφθαρται· καὶ οὐδὲ ἐπινοῆσαι λοιπόν ἐστι τὴν ὑπεροχὴν D καὶ τὴν λαμπρότητα τῶν πάλαι, εἴς γε τοὺς ἄνδρας ὁρῶντα. ἀλλ᾽ οἱ λίθοι μᾶλλον ἐμφαίνουσι τὴν σεμνότητα καὶ τὸ μέγεθος τῆς Ἑλλάδος, καὶ τὰ ἐρείπια τῶν οἰκοδομημάτων. ἐπεὶ αὐτούς γε τοὺς ἐνοικοῦντας καὶ τοὺς πολιτευομένους, οὐκ ἂν εἴποι τις οὐδὲ Μυσῶν ἀπογόνους. ὥστε ἔμοιγε δοκοῦσι, τῶν οὕτως οἰκουμένων, αἱ τελέως ἠρημωμέναι πόλεις κρεῖττον ἀπαλλάττειν. ὑγιὴς γὰρ ἡ τούτων μνήμη μένει. καὶ τὸ ὄνομα δι᾽ οὐδὲν ἐξυβρίζεται τῶν πρότερον καλῶν. ὥσπερ,

*γ. τὴν Ἑλλάδα ἦρξον.

A *Antea enim ex multis conſtabat communis autoritas, & multi Græciæ imperauerũt: vos, Athenieñſes, Lacedæmonij, Thebani, aliquod tempus etiã Corinthij, antiquitus Argiui. Nunc verò aliorũ autoritas nulla eſt. Partim enim eorũ quidam prorſus deſtructi ſunt & perierunt, partim verò inhoneſtè ſe gerũt, faciẽtes qualia auditis, atq; omni modo veterẽ obſcurantes gloriam, putantes ſe verſari in delitiis, ſtulti: próque lucro numerãtes, quod* B *nemo eos prohibeat delinquere. Reliqui autem vos eſtis, inque vobis ſolis conſiſtit, vt videantur inter Græcos clari extitiſſe viri, neque omnino contemptui habitos. Propter eos ſiquidem qui ita ſua vtuntur patria, vt verè quidam dicunt, nihil obſtitit olim, quo minus omnes Græci Phrygibus & Thracibus contemptiores eſſent habiti. Quemadmodum igitur domo felici & magna exhauſta, quando vnus adhuc ſuperſtes eſt ſucceſſor, in eo ſunt* C *omnia: & ſi quid is delinquit, & malè audit, totam obſcurat domus gloriã, omnéſque dedecore afficit ſuperiores: ita etiã veſtræ res habent erga Græciam. Nolite enim putare, ô viri Rhodij, quenquam illorum illius tenere principatũ, nolite putare. Eorum enim qui adhuc viuunt, gloriámque & ignominiã ſentiunt, eſt principatum tenere. Res autem illorum interierunt, & omni modo turpiter miſerabilitérque ſunt corruptæ: & ne cogitare* D *quidem de cætero licet excellentiam ſplẽdorémque priorum geſtorum, ſi quis homines inſpiciat. Cæterum lapides magis declarant grauitatem magnitudinémque Græciæ, & ruinæ ædificiorum. Quoniam eos qui nunc inhabitãt, & rempublicam gerunt, ne Myſorum quidem quis poſteros dixerit. Quare mihi videntur ciuitates funditus euerſæ melius agere, quàm quę ita habitantur. Illarum enim integra adhuc manet memoria, noménq; ex prioribus rebus honeſtis adeptum, ob nullum facinus cõtumelia afficitur. Quemadmo-*

dum (puto) & mortuorum corpora ſublata eſſe vt nemo videat, melius omni ex parte eſt quàm videri putreſcẽtia. Et hæc fortaſſe plura quàm par ſit, mihi venêre in mentem, recordanti totius conditionis. Illud autem vobis planum facere volebã, quòd ſoli relicti ſitis ex Græcis, quos quis admonere audeat, & pro quibus adhuc quis contriſtetur, ſi quid delinquere videamini. Meritò ergo attẽderetis, omniáque talia exactius expenderetis, quàm maiores veſtri. Illis enim in multis aliis ſuppetebat oſtendendæ virtutis facultas: nempe, aliis imperando, ſuccurrendóque iniuriam paſſis, auxiliaribus copiis conciliandis, ciuitatibus extruendis, vincendo hoſtes; vobis autem horum nihil facere licet. Relinquitur autem (opinor) vt vobis ipſis imperetis, & ciuitatem gubernetis, & aliquẽ honore afficiatis, & plaudatis non eo modo quo multi, & conſulatis iudicetíſque, diiſque victimas offeratis, agatíſque feſtos dies: in quibus omnibus videmini aliis meliores. Quamobrẽ & huiuſmodi vobis laudem pariunt, cognoſcũtúrque apud omnes vt nõ parua: inceſſus, cæſaries, & quòd nemo tumultuoſè vadit per ciuitatem, compellantúrque propter veſtram conſuetudinem & peregrinantes hoſpites compoſitè incedere: ſicut (puto) & homines agreſtes, quando in palæſtram aut gymnaſium veniunt, minus inconcinnè mouentur. Præterea huc accedit & veſtitus modus, vt alicui ridicula videri queat purpuræ menſura. Iam & illa manifeſtiora, quod ſpectatis cum ſilẽtio, & [poppyſmis vtimini moderatis.] Hęc omnia grauitate commendant ciuitatem, propter hæc omnia ab aliis differre videmini, in his omnibus eſtis admirationi, atque diligimini: magíſque quã portus, quàm mœnia, quàm naualia, vos ornant antiqui mores, & verè Gręci. Vnde vos quilibet, ſimulac è naui deſcẽdat, nouit, etiam ſi ſit barbarus, aut veniat è ciuitate quadam Aſſyriæ aut Ciliciæ: apud

A οἶμαι, καὶ τεθνεώτων, τὸ πάντῃ βέλτιον τὰ σώματα ἀφηρῆσθαι καὶ μηδένα ὁρᾶν, ἢ φαίνεσθαι σηπόμενα. καὶ ταῦτα μὲν ἴσως, πλείω τῶν εἰκότων ἐπῆλθέ μοι, μνησθέντι τῆς ὅλης καταστάσεως. ἐκεῖνο δ᾽ ὑμῖν ἐβουλόμην ποιῆσαι φανερὸν, ὅτι μόνοι καταλείπεσθε τῶν Ἑλλήνων, οἷς ἂν καὶ παραινέσαι τις, καὶ περὶ ὧν ἔστιν ἔτι λυπηθῆναι, δοκούντων ἁμαρτάνειν. εἰκότως ἂν οὖν προσέχοιτε αὐτοῖς, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἐξετάζοντες ἀκριβέστερον τῶν προγενομένων. ἐκείνοις μὲν γὰρ
B ἐν πολλοῖς ὑπῆρχεν ἑτέροις ἡ τῆς ἀρετῆς ἐπίδειξις· ἐν τῷ προεστάναι τῶν ἄλλων, ἐν τῷ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις, ἐν τῷ συμμάχους κτᾶσθαι, πόλεις οἰκίζειν, νικᾶν πολεμοῦντας· ὑμῖν δὲ τοιοῦτον μὲν, οὐδὲν πράττειν ἔνεστι. καταλείπεται δ᾽, οἶμαι, τὸ ἑαυτῶν προεστάναι, καὶ τὴν πόλιν διοικεῖν, καὶ τὸ τιμῆσαί τινα, καὶ κροταλίσαι, μὴ τοῖς πολλοῖς ὁμοίως, καὶ τὸ βουλεύσασθαι, καὶ τὸ δικάσαι, καὶ τὸ τοῖς θεοῖς θῦσαι, καὶ τὸ ἄγειν ἑορτήν· ἐν οἷς ἅπασιν ἔστι βελτίους
C τῶν ἄλλων φαίνεσθαι· τοιγάρτοι καὶ τὰ τοιαῦτα ὑμῶν ἐπαίνου τυγχάνει, καὶ γιγνώσκεται παρὰ πᾶσιν, οὐχ ὡς μικρά· τὸ βάδισμα, ἡ κουρὰ, τὸ μηδένα σοβεῖν διὰ τῆς πόλεως, ἀναγκάζεσθαι δὲ διὰ τὴν ὑμετέραν * συνήθειαν, καὶ τοὺς ἐπιδημοῦντας ξένους καθεστῶτας πορεύεσθαι· (γ. ἀσθένειαν) καθάπερ, οἶμαι, καὶ τοὺς ἀγροίκους ἰδεῖν ἔστιν, ὅταν εἰς παλαίστραν ἢ γυμνάσιον ἔλθωσιν, ἧττον ἀρρύθμως κινουμένους. ἔτι πρὸς τούτοις, τῆς ἐσθῆτος ὁ τρόπος, ὡς ἂν
D τινι γελοῖον φανῆναι τῆς πορφύρας τὸ μέτρον. τὰ φανερώτερα ἤδη, τὸ μετ᾽ ἡσυχίας θεωρεῖν, ὁ ποππυσμός. ταῦτα πάντα σεμνὴν τὴν πόλιν ποιεῖ· διὰ ταῦτα, τῶν ἄλλων διαφέρειν δοκεῖτε· ἐπὶ τούτοις ἅπασι θαυμάζεσθε, ἀγαπᾶσθε· τῶν λιμένων, τῶν τειχῶν, τῶν νεωρίων, μᾶλλον ὑμᾶς κοσμεῖ τὸ ἐν τοῖς ἔθεσιν ἀρχαῖον, καὶ Ἑλληνικόν. τὸ παρ᾽ ὑμῖν μὲν ὅταν τις γένηται, εὐθὺς αὐτὸν ἀποβάντα εἰδέναι, κἂν τύχῃ βάρβαρος ὤν, ὅτι πάρεστιν εἴς τινα πόλιν τῆς Ἀσυρίας, ἢ τῆς Κιλικίας· παρ᾽

A ἄλλοις δὲ ἂν μή τις ἀκούσῃ τοῦ τόπου τὸ ὄνομα. φέρε, εἰπεῖν, ὅ τι καλεῖται; Λύκειον ἢ Ἀκαδημίαν μηδὲν διαφέρειν. τίνος οὖν χάριν παυόμενος ἤδη λέγω, καί τι δηλῶσαι βουλόμενος· ὅτι τοσούτῳ μᾶλλον ὑμᾶς φιλοτιμεῖσθαι δεῖ, καὶ μηδὲν παραπέμπειν τῶν γιγνομένων. κἂν οὕτως ἔχητε ἐν ἅπασιν οἷς πράττετε, ἴσως οὐδὲν δόξετε κακίους εἶναι τῶν προγόνων. τὸ γὰρ ἐν τοιαύτῃ καταστάσει διαφυλάττειν ἑαυτοὺς, καὶ μένειν ἐπὶ τοῦ τῆς ἀρετῆς σχήματος, θαυμαστὸν ἔμοιγε δοκεῖ. B καθάπερ, οἶμαι, καὶ τῶν πλεόντων ἰδεῖν ἔστι, χειμῶνος μὲν ἐπιπεσόντος, ἢ σφοδροῦ τοῦ πνεύματος, μηδὲ τοὺς ἀσελγεστάτους αὐτῶν αἰσχρόν τι ποιοῦντας, ἀλλὰ πρὸς μόνῳ τῷ πλεῖν ὄντας· ἐν δὲ τῇ γαλήνῃ, καὶ τῶν ναυτῶν καὶ τῶν ἐπιβατῶν ἐπιπολάζουσαν τὴν ὕβριν, κἂν μὴ ὦσιν ἀκόλαστοι· τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον καὶ ἐν πολέμοις εἴωθε, καὶ τοὺς φαυλοτέρους ἐγείρειν καὶ κρατεῖν· ἐν τοσαύτῃ δὲ εἰρήνῃ καὶ ῥαθυμίᾳ τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν, εἰς μηδεμίαν αἰσχύνην μη- C δὲ ἀταξίαν ὑπενεχθῆναι.

alios verò ſi non quis audiat loci nomen. Age (inquiunt) quid vocatur? & nulla eſt inter Lycæum Academiámque differentia. Cuius igitur gratia iam finem faciẽs, hoc ego dico, & planum facere volo: Quòd tanto magis vos decus quærere oporteat, nihílque leuiter trãſmittere eorum quæ fiunt. Et ſi hoc modo in omnibus quæ facitis, fueritis animati, nihil fortaſſe maioribus veſtris videbimini deteriores. In tali enim rerum ſtatu ſemetipſos cuſtodire, manerēque in virtutis habitu, videtur mihi ſanè admirandum. Quẽadmodum (puto) in nauigantibus videre licet, quòd tempeſtate irruente, aut vento vehementi, ne laſciuiſsimi quidem inter eos quicquam turpe faciant, ſed dũtaxat ad nauigandum aduertunt animum: in tranquillitate verò, & nautarum & vectorum palàm conſpiciuntur procacitates, tametſi non ſint libidinoſi. Simili, opinor, modo & in bellis euenire ſolet, quòd & ignauiores excitentur & antecellant: in tanta autem pace & ſocordia optimorum virorum, in nullã turpitudinem aut confuſionem deduci, non eſt quorumuis, ſed ſingulari virtute præditorum.

ΠΡΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΣ. λβʹ.

AD ALEXANDRINOS. XXXII.

ἎΡΑ γε βούλοισθ' ἂν, ὦ ἄνδρες, σπουδάσαι D χρόνον σμικρὸν καὶ προσέχειν, ἐπειδὴ παίζοντες ἀεὶ διατελεῖτε, καὶ οὐ προσέχοντες; καὶ παιδιᾶς μὲν καὶ ἡδονῆς καὶ γέλωτος, ὥστ' εἰπεῖν, οὐδέποτε ἀπορεῖτε· καὶ γὰρ αὐτοὶ γέλοιοί ἐστε καὶ ἡδεῖς, καὶ διακόνους πολλοὺς τούτων ἔχετε· σπουδῆς δὲ ὑμῖν τὴν πᾶσαν ἔνδειαν ὁρῶ οὖσαν. καίτοι τινὲς ἐπαινοῦσιν ὑμᾶς, ὡς σοφούς τε καὶ δεινοὺς, ὅτι τοσαῦται μυριάδες ἀνθρώπων, ἅμα καὶ τὰ δέοντα ἐννοεῖτε, καὶ ταχὺ φθέγγεσθε, ὅ,

NVNQVID tandem velletis (ô viri) pauliſper ſeria agere, & attendere: quandoquidem ludendo ſemper ætatem tranſigitis, nulli rei animum ſeriæ aduertẽtes? Ludi ſanè & voluptatis & riſus (vt dicam quod res eſt) nũquam vlla vobis eſt penuria: nam & ipſi ridiculi eſtis, & iucundi, & multos horum habetis miniſtros; rerũ autem ſeriarum magna vos video laborare penuria. Quanquam ſunt qui vos laudent tanquam ſapientes & acutos, quòd tot hominum millia pariter & quæ oportet cogitetis, citóque proloquamini quic-

quicquid cogitaueritis: ego verò magis vos laudarem, ſi tardè proloqueremini, & modeſtè taceretis, rectéque cogitaretis, quod & nunc facietis, quò ad illam laudem acquiratis aliam maiorem, nouámque & honeſtiorem: quòd quum tot ſitis numero, ſermonib. tamen habitis vtilibus omnes tenueritis ſilētium: & ad hoc oſtenderitis, quòd non ſolùm idonei ſitis cogitata proloqui, ſed etiam audita intelligere. Choreæ hæc quidem laus eſt, ſimul loqui poſſe, (imo ne choreæ quidem, cur enim omnes defraudentur melodia?) populi verò, bene auſcultare. Nunc eo delicto, quo Atheniēſes olim, delinquitis. Quum enim illis reſpondiſſet Apollo, ſi vellent bonos viros in ciuitate prouenire, vt optimum quod eſſet puerorum auribus inſererent; illi aliud animaduertentes, aurum inſeruerunt, Dei videlicet reſponſo non intellecto. Hoc enim puellas magis decebat, & Lydorum aut Phrygū pueros. Porrò Græcorum pueris, præſertim Deo præcipiente, haud aliud congruebat, quàm eruditio & ſermo, quæ nactos meritò bonos efficiunt viros, & ciuitatū ſeruatores. Illi igitur malè vſi ſunt puerorum auribus, vos autem veſtris ipſorū adhuc peius. Populi enim auditorium eſt theatrum: hoc autem aliquid honeſtum, aut honorabile vobis, nunquam aut admodum rarò ingreditur. Nam muſicorū ſonitibus inſtrumentorum tumultúque ſemper plenum eſt, & ſcurrilitate & ſcōmatibus, auri nulla ex parte ſimilibus. Quapropter rectè dixi, vos ſeriarum rerū laborare inopia. Neque enim ipſi ſtudioſi eſtis, neque qui vobiſcum agunt cōſuetudinem, & frequenter ad vos ingrediuntur;

Mimi, ſaltatórque frequens, luſiſſe choréis
Optimus, atque equites celeres, & qui citò magnum
Diſsidium ſoliti rixáſque citare cruentas,

A τι ἂν ἐννοήσητε· ἐγὼ δὲ μᾶλλον ἂν ὑμᾶς ἐπῄνουν, βραδὺ μὲν φθεγγομένους, ἐγκρατῶς δὲ σιγῶντας, ὀρθῶς δὲ διανοουμένους, ὃ καὶ νῦν ποιήσατε· ἵνα κτήσησθε πρὸς ἐκείνῳ τῷ ἐπαίνῳ, καινὸν ἕτερον μείζονα καὶ σεμνότερον· ὅτι τοσοῦτοι ὄντες, λόγων χρησίμων γιγνομένων ἅπαντες ἐσιωπήσατε, καὶ πρὸς τούτῳ ἐδείξατε, ὅτι οὐ μόνον ἐστὲ ἱκανοὶ νοήσαντες εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀκούσαντες νοῆσαι. χοροῦ μὲν γὰρ ἔπαινος, τὸ ἅμα εἰπεῖν· B μᾶλλον δὲ οὐδὲ τοῦτο, τί γὰρ ἂν κοινῇ πάντες ἀποτυγχάνωσι τοῦ μέλους; δήμου δέ, τὸ καλῶς ἀκοῦσαι. νῦν μὲν γὰρ ἁμαρτάνετε, τὸ Ἀθηναίων ποτὲ ἁμάρτημα. τοῦ γὰρ Ἀπόλλωνος εἰπόντος, εἰ θέλουσιν ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐν τῇ πόλει γενέσθαι, τὸ κάλλιστον ἐμβάλλειν τοῖς ὠσὶ τῶν παίδων· οἱ δὲ τηρήσαντες τὸ ἕτερον, χρυσίον ἐνέβαλον, οὐ συνέντες τοῦ θεοῦ. τοῦτο μὲν γὰρ κόραις μᾶλλον ἔπρεπε, καὶ παισὶ Λυδῶν, ἢ Φρυγῶν· Ἑλλήνων δὲ παισί, καὶ ταῦτα θεοῦ C προστάξαντος, οὐκ ἄλλο ἥρμοζε ἢ παιδεία καὶ λόγος, ὧν οἱ τυχόντες εἰκότως ἂν ἄνδρες ἀγαθοὶ γίγνονται, καὶ σωτῆρες τῶν πόλεων. ἐκεῖνοι μὲν οὖν κακῶς ἐχρήσαντο τοῖς ὠσὶ τῶν παίδων, ὑμεῖς δὲ τοῖς αὑτῶν κάκιον. δήμου γάρ ἐστιν ἀκοὴ τὸ θέατρον· εἰς τοῦτο δὲ καλὸν ἢ τίμιον οὐδὲν ὑμῖν, ἢ σπανίως ποτὲ εἰσέρχεται. κρουμάτων δὲ ἀεὶ μεστόν ἐστι καὶ θορύβου καὶ βωμολοχίας καὶ σκωμμάτων, οὐδὲν ἐοικότων χρυσῷ. διὰ τοῦτο οὖν ὀρθῶς ἔφην, ἀπορεῖν ὑμᾶς σπουδῆς. οὔτε γὰρ αὐτοὶ σπουδαῖοι D ἐστέ, οὔτε οἱ ὑμέτεροι συνήθεις, καὶ πολλάκις εἰς ὑμᾶς εἰσιόντες·

Μῖμοι τ᾽ ὀρχησταί τε χοροιτυπίῃσιν ἄριστοι,
Ἵππων τ᾽ ὠκυπόδων ἐπιβήτορες, οἵ κε τάχιστα
Ἤγειραν μέγαν οἶκον ἀπαιδεύτοισι θεαταῖς,

Νηπιάχοις, ξυνὸν δὲ κακὸν πολίεσσι φέρουσι.

τοῦτο γὰρ ἀεὶ ὁρᾶτε, καὶ περὶ τοιαῦτα ἐστὲ, ἀφ' ὧν νοῦν μὲν, ἢ φρόνησιν, ἢ δικαίαν διάθεσιν, ἢ πρὸς θεοὺς εὐσέβειαν, οὐκ ἔστι κτήσασθαι· ἔριν δὲ ἀμαθῆ, καὶ φιλοτιμίαν ἄμετρον, καὶ κενὴν λύπην, καὶ χαρὰν ἀνόητον, καὶ λοιδορίαν, καὶ δαπάνην. λέγω δὲ ταῦτα οὐκ ἀποτρέπων, οὐδὲ καταλύειν κελεύων τὰς τοιαύτας ψυχαγωγίας, καὶ ἀπάτας τῆς πόλεως· μαινοίμην γὰρ ἄν· ἀλλ' ἀξιῶν ὑμᾶς, ὥσπερ τούτοις ἑτοίμως καὶ συνετοὺς αὑτοὺς παρέχετε· οὕτω καὶ λόγου χρηστοῦ ποτὲ ἀκοῦσαι, καὶ τὴν ἐπὶ τῷ συμφέροντι δέξασθαι παρρησίαν· ἐπεὶ καὶ τοὺς Ἀθηναίους, ὧν μικρῷ πρότερον ἐμνήσθην, οὐ πάντας εὑρήσομεν ἁμαρτάνοντας· ἀλλὰ τοῦτό γε ἐκεῖνοι, καὶ πάνυ καλῶς ἐποίουν, ὅτι τοῖς ποιηταῖς ἐπέτρεπον, μὴ μόνον τοὺς κατ' ἄνδρα ἐλέγχειν, ἀλλὰ καὶ κοινῇ τὴν πόλιν, ἐς ὅ, τι μὴ καλῶς ἔπραττον. ὥστε σὺν πολλοῖς ἑτέροις, καὶ τοιαῦτα ἐν ταῖς κωμῳδίαις λέγεσθαι· Δῆμος πυκνίτης, δύσκολον γερόντιον, ὑπόκωφον, καὶ τί δ' ἐστ' Ἀθηναῖος. ὁ πρᾶγμα ἀνώμοτον. καὶ ταῦτα ἤκουον ἑορτάζοντες, καὶ δημοκρατούμενοι, καὶ οὐ μόνον τῶν σφετέρων πολιτῶν, εἴ τινα ἤθελον πρὸς ὀργὴν ἀπολέσθαι, τῶν ταῦτα λεγόντων κύριοι καθεστηκότες, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἄρχοντες· καὶ ἐξὸν αὐτοῖς, εἰ ἐβούλοντο, μηδὲν ἀηδὲς ἀκούειν. ὑμῖν δὲ οὔτε χορός ἐστι τοιοῦτος, οὔτε ποιητὴς, οὔτε ἄλλος οὐδεὶς, ὃς ὑμῖν ὀνειδιεῖ μετ' εὐνοίας, καὶ φανερὰ ποιήσει τὰ τῆς πόλεως ἀρρωστήματα. τοιγαροῦν ὅταν ποτὲ φαίνηται τὸ πρᾶγμα, προθύμως δέχεσθαι χρὴ, καὶ τότε νομίζειν ἑορτὴν ἄγειν. ἀλλὰ μὴ βαρύνεσθε, καὶ ἄρα δυσωπεῖσθε ἐξειπεῖν, ἡνίκα παύσεται; καὶ πότε εἴσεισι θαυματοποιὸς, ἢ λῆρος, ἢ τοιοῦτος ἕτερος;

A Vrbibus ignariſque ferunt damnúmque malúmque.

A τοῦ πλείονος, ὥσπερ ἐν ἁρμονίᾳ κρατοῦντος; εἰ δὲ ἐκ τῆς ἀκοῆς δέοι τεκμαίρεσθαι περὶ τῶν ἀνθρώπων, ὥσπερ Ὅμηρός φησι περιιόντα τὸν Ὀδυσσέα τῇ αὑτοῦ οἰκίᾳ, μὴ περιμεῖναι θεάσασθαι τοὺς μνηστῆρας ἑστιωμένους, ἀλλ' εὐθὺς εἰπεῖν πρὸς τὸν Εὔμαιον,* ὡς αὐτὸν ἡ κιθάρα περιήνεγκε, γιγνώσκειν ὅτι πολλοὶ ἐν αὐτῇ δαῖτα τίθενται· καὶ πάλιν ἐκ τῆς νήσου τῶν Κυκλώπων ἀκούοντα τῶν τε προβάτων βληχωμένων, καὶ αὐτῶν τῆς φωνῆς, ὡς ἄν, οἶμαι, νεμόντων, νοεῖν ὅτι ποιμένων τινῶν B ἐστὶν ἡ χώρα. Φέρε, καὶ ὑμᾶς εἴ τις ἐκ τοῦ φερομένου ἤχου πόρρωθεν εἰκάζοι, οἵους ἀνθρώπους ὑπολάβοι εἶναι, καὶ τί πράττειν; οὐ γὰρ ἱκανοί ἐστε, οὔτε βουκολεῖν, οὔτε ποιμαίνειν. καὶ πότερον ὑμᾶς Ἀργείων ἀποίκους, ὡς λέγετε, φήσει τις, ἢ μᾶλλον ἐκείνων Ἀραδίων; καὶ πότερον Ἕλληνας, ἢ Φοινίκων τοὺς ἀσελγεστάτους; ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι μᾶλλον προσήκειν ἀνδρὶ σώφρονι ἐν τοιαύτῃ πόλει, κηρὸν ἀλεῖψαι τοῖς ὠσίν, ἢ εἰ τὰς Σειρῆνας παρα- C πλέων ἐτύγχανεν. ὅπου μὲν γὰρ ὑπῆρχε θανάτου κίνδυνος, ὅπου δὲ ἀσελγείας, ὕβρεως, τῆς ἐσχάτης διαφθορᾶς. καὶ πρόσεστιν οὐδεμία τέρψις, οὐδ' ἱστορία δήπου. πρότερον μὲν οὖν ἡ παραίνεσις τῶν ἀμεινόνων ἐκράτει, νῦν δ', ὡς ἔοικε, τῶν χειρόνων. θαυμάσαι δ' ἄν τις τὴν αἰτίαν τοῦ ζηλοῦν αὐτὸ τοὺς πλείους ἔνθα δή, καὶ συνηθέστερον ἀεὶ γίγνεσθαι προβαῖνον. ὥσπερ Ἰωνική τις ἐκράτησεν ἁρμονία, καὶ Δώριος, καὶ Φρύγιος ἄλλη, καὶ D Λύδιος· οὕτω νῦν ἡ τῶν Ἀραδίων κρατεῖ μουσική, καὶ τὰ Φοινίκων ὑμῖν κρούματα ἀρέσκει, καὶ τὸν ῥυθμὸν τοῦτον ἐξαιρέτως ἠγαπήκατε, ὥσπερ ἕτεροι τὸν σπονδεῖον. ἢ καὶ γένος τι πέφηνεν ἀνθρώπων ταῖς ῥισὶν εὔμουσον, ὥσπερ τοὺς κύκνους φασὶ τοῖς πτεροῖς; ἔπειτα τῶν λιγυφώνων τρόπον ὀρνέων, τέρπουσιν ἀλλήλους ἔν τε ταῖς ὁδοῖς καὶ παρὰ τὰ ξυμπόσια, μηδὲ δεόμενοι λύρας, μηδὲ αὐλῶν. ἀρχαῖα δὴ ταῦτα, καὶ σκληρὰ ἔτι καὶ ἀγροίκου τινὸς μουσικῆς ὄργανα.

*ἴσ. ἵνα ὡς

manifeſtum, [quòd ille magis audiretur] ſicut in harmonia, qui præualeret? Si verò ex auditu coniicere oporteret de hominibus, quemadmodũ Homerus ait; Vlyſſem, quum ſuas præteriret ædes, non expectaſſe dum videret procos conuiuantes: ſed ſtatim dixiſſe ad Eumæum, quum cithara illis circumferretur, ſe cognoſcere, quòd multi diſcumberent in conuiuio: & rurſum ex inſula Cyclopum, audientem oues balantes, & illorum vocem, vt qui paſcentes animaduerteret: dixiſſe, regionem illam paſtorum quorundam eſſe. Age ſi quis & de vobis ex ſublato ſono eminus coniecturam faciat, qualesnam vos eſſe homines & quid rerũ agere ſuſpicabitur? Neque enim ad boues, neq; ad oues paſcendas idonei eſtis. Vtrũ vos Argiuorum colonos (vt dicitis) quiſpiã exiſtimabit, an magis illorum Aradiorũ? & vtrum Græcos, an Phœnicum libidinoſiſſimos? Ego ſanè exiſtimo, in tali ciuitate, homini modeſto magis conuenire, cera aures obturare, quàm ſi præter nauigaret Sirenas. Hic enim mortis ſubeſſet periculũ: illic vero laſciuiæ, procacitatis, & extremæ corruptelæ. Nulla quoque adeſt oblectatio, neque narratio vſquam. Antea quidem meliorum obtinebat admonitio, nunc verò (vt veriſimile eſt) deteriorũ. Demirari autem quis poſſit, quæ tandem cauſa ad huius æmulationẽ adducat indies plures hîc veſtrum, magiſque ſemper in conſuetudinẽ habeat temporis proceſſu. Quemadmodum Ionica quædam obtinuit harmonia, & Dorica, & Phrygia, alia, & Lydia: ita nunc Aradiorum muſica obtinet, & Phœnicũ vobis ſoni placent: atque hanc conſonantiam eximiè diligitis, ſicut alij ſpondaicam. An vnquã quoddam hominũ genus apparuit quod naribus bene caneret, quemadmodum cygnos facere aiunt alis? Deinde ita vocaliũ more auium oblectãt ſe mutuò in viis & circa ſympoſia, nulla indigentes lyra, neque tibiis. Nimis priſca ſunt hæc, & duræ adhuc & ruſticæ muſicæ organa,

At nunc alius floret modus longè melior, bladiórque quã barbitorũ. Proinde paulo poſt & chorũ ad hoc canticũ puerorũ & virginũ cõſtituemus, ſtudioſè edoctũ. At quòd moleſtè feratis hæc audientes, clarè ſcio: & prædixi, vos ſermones non libẽter eſſe accepturos. Vos autẽ me fortaſſe de aſtris & terra dicturũ putaſtis. Et veſtrũ quidã mihi iraſcũtur, ciuitatémque aiũt à me iniuria affici: eos autẽ qui faciunt, nõ reprehendunt. Quidã autem fortaſſe derident, quod de nulla re meliore, repererim quid dicerem. Ego autem & medicos video nonnunquam attingere ægrotos non ea parte qua volunt, neque corporis pulcherrima: multóſque noui ex his qui curabantur indignatos fuiſſe, attacta parte corporis malè affecta. Ille verò laniat eã, ſecátque, parui pendẽs illum clamantem. Non igitur omittam de his dicere, priuſquã vehementer morſum ſentiatis. Porrò admodum infirmum pharmacũ vobis eſt hæc oratio, multóque inferius quàm par eſt. Age verò, per Herculem quæſo, & Perſea, & Apollinem & Mineruam, alióſque quos colitis Deos: reſpõdete mihi expeditè, num quis veſtrûm talem vellet habere vxorem, [quæ tali quidem narium ſono aßiduè ſtrepat,] verbo autem appelletur citharıſtria, aut tibicina, aut poëtria, aut alio ſimiliter nomine ab aliis pro more ſtudiis indito? Et ne ob id indignemini, neq; moleſtè feratis. Hoſce enim ſermones res ipſa ſuppeditat, volẽti de ipſa dicere: nõ ego ipſe inuenio. Mulieri vtique huiuſmodi cohabitare nemo veſtrũ, vellet, neque (opinor) pro quingentis talentis. An quis talem ſibi optaret filiam? An matrẽ denique? Et quomodo nõ difficile foret talem habere, eiúſque ſenectuti præbere alimenta? Honeſtum enim videlicet hoc, & ſeniores magis decet: eſto. Igitur quũ de tali vxore, vel filia, ne audire quidem ſuſtineatis: talem autem inhabitare ciuitatem, talémque patriã, non intolerãdum vobis videtur? Et præſertim

A νῦν δὲ ἕτερος ἄλλος ἀνθεῖ, βαρβίτων κρείττων καὶ περσιωέστερος. οὐκοῦν μετ᾽ ὀλίγον χρόνον, καὶ χορὸν ὑπὸ τὸ μέλος τοῦτο στησόμεθα παίδων καὶ παρθένων ἐπιμελῶς ἐκδιδάξαντες. ἀλλ᾽ ὅτι μὲν ἄχθεσθε ἀκούοντες, σαφῶς οἶδα· καὶ προεῖπον, ὅτι τοὺς λόγους ἀποδέξεσθε οὐχ ἡδέως. ὑμεῖς δ᾽ ἴσως με περὶ ἄστρων καὶ γῆς ἐδοκεῖτε διαλέξεσθαι. καὶ τινὲς μὲν ὑμῶν ὀργίζονται καί φασί με ὑβρίζειν τὴν πόλιν, τοὺς δὲ αὐτὰ ποιοῦντας οὐκ αἰτιῶνται. τινὲς B δὲ ἴσως καταγελῶσιν, εἰ περὶ μηδενὸς κρείττονος εὗρον εἰπεῖν· ἐγὼ δὲ ὁρῶ καὶ τοὺς ἰατροὺς ἔσθ᾽ ὅτε ἁπτομένους, ὧν οὐκ ἂν ἤθελον, οὐχὶ τῶν καλλίστων τοῦ σώματος· καὶ πολλοὺς οἶδα τῶν θεραπευομένων ἀγανακτοῦντας, ὅταν ἅπτηται τοῦ πεπονθότος. ὁ δὲ πολλάκις ἀμύττει τοῦτο, καὶ τέμνει βοῶντος. οὐκοῦν ἀνήσω περὶ τούτου λέγων, πρὶν ἂν σφόδρα δηχθῆτε. καίτοι πάνυ ἀσθενοῦς φαρμάκου τυγχάνετε τοῦ λόγου τούτου, καὶ πολὺ ἐλάττονος, ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν. ἄγε δή, C πρὸς τοῦ Ἡρακλέους, καὶ τοῦ Περσέως, καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ τῶν ἄλλων θεῶν, οὓς τιμᾶτε, ἀποκρίνασθέ μοι προθύμως· εἴ τις ὑμῶν ἐβούλετο γυναῖκα τοιαύτην ἔχειν, λόγῳ δὲ ὥσπερ κιθαρίστρια καλεῖται γυνή, καὶ νὴ Δία, αὐλητρὶς, ἢ ποιήτρια, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων, οὕτως τὴν ἄν τις συνήθως ὀνομάσειεν. ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου, καὶ μὴ δυσχεραίνετε, μηδὲ ἄχθεσθε. τοὺς γὰρ λόγους τούτους, αὐτὸ παρέχει τὸ πρᾶγμα, τῷ βουλομένῳ περὶ αὐτοῦ D λέγειν, οὐκ ἐγὼ πόθεν ἀνευρίσκω. γυναικὶ μὲν δὴ τοιαύτῃ ξυνοικεῖν, οὐδεὶς ἂν ἐθελήσειεν ὑμῶν, οὐδὲ ἐπὶ πεντακοσίοις ταλάντοις, οἶμαι. θυγατέρα δὲ ἔχειν ἕλοιτο ἄν; ἀλλά, νὴ Δία, μητέρα. πῶς οὐ χαλεπὸν τοιαύτην ἔχειν, καὶ γηροβοσκεῖν. σεμνὸν γὰρ δηλονότι, καὶ πρεσβυτέροις πρέπον μᾶλλον· εἶεν. οὐκοῦν ἐπὶ μὲν γυναικὸς ἢ θυγατρὸς οὐδ᾽ ἀκούοντες ἀνέχεσθε, πόλιν δὲ τοιαύτην καὶ πατρίδα οἰκεῖν, οὐ δεινὸν ὑμῖν δοκεῖ; καὶ ταῦθ᾽

οὗ τί πάντη χαλεπώτερον, οὐ τοιαύτην (A) οὖσαν ἐξ ἀρχῆς, ἀλλὰ τὴν αὐτοὶ ποιεῖτε. καίτοι μητρόπολις ὑμῶν ἐστὶν ἡ πόλις, ὥστε καὶ τὴν σεμνότητα καὶ τὸ ἀξίωμα ἔχει τὸ τῆς μητροπόλεως· ἀλλ' ὅμως οὔτε τοῦ ὀνόματος, οὔτε τῆς ἀρχαιότητος, οὔτε τῆς δόξης φείδεσθε. τί ἂν, οἴεσθε· εἰ καθάπερ εἰκός ἐστι, καὶ φασὶ τοὺς οἰκιστὰς ἥρωας, ἢ θεοὺς, πολλάκις ἐπιστρέφεσθαι τὰς αὑτῶν πόλεις, τοῖς ἄλλοις ὄντας ἀφανεῖς, ἔν τε θυσίαις καί τισιν ἑορταῖς δημοτελέσιν· ἔπειθ' ὁ ἀρχηγὸς ὑμῶν Ηρακλῆς παραγένοιτο, ἤτοι (B) πυρᾶς οὔσης, ἣν πάνυ καλὴν αὐτῷ ποιεῖτε, σφόδρα γε ἂν αὐτὸν ἡσθῆναι τοιαύτης ἀκούσαντα φωνῆς; οὐκ ἂν εἰς Θρᾴκην ἀπελθεῖν μᾶλλον ἢ Λιβύην, καὶ τοῖς Βουσίριδος, ἢ τοῖς Διομήδους ἀπογόνοις θύουσι παρεῖναι; τί δὲ ὁ Περσεύς; οὐκ ἂν ὄντως ὑπερπτῆναι δοκεῖ τὴν πόλιν; καὶ τί δεῖ μεμνῆσθαι θεῶν. ἀλλὰ Ἀθηνόδωρος ὁ πρώην γενόμενος, ὃν ἠδεῖτο ὁ Σεβαστός, ἆρα οἴεσθε, εἴπερ ἔγνω τοιαύτην οὖσαν τὴν πόλιν, προέκρινεν ἂν τῆς μετ' (C) ἐκείνου διατριβῆς τὴν ἐνθάδε; πρότερον μὲν οὖν, ἐπ' εὐταξίᾳ καὶ σωφροσύνῃ διαβόητος ἦν ὑμῶν ἡ πόλις, καὶ τοιούτους ἂν ἔφερεν ἄνδρας· νῦν δὲ ἐγὼ δέδοικα, μὴ τὴν ἐναντίαν λάβῃ τάξιν, ὥστε μετὰ τῶνδε καὶ τῶνδε ὀνομάζεσθαι. καίτοι πολλὰ τῶν νῦν ἔτι μενόντων ὅπως δήποτε, ἐμφαίνει τὸ σῶφρον, καὶ τὸ αὐστηρὸν τῆς τότε ἀγωγῆς, ὧν ἐστι τὸ περὶ τὴν ἐσθῆτα τῶν γυναικῶν, τὸ τοῦτον τὸν τρόπον κατεστάλθαι, καὶ βαδίζειν· ὥστε μηδὲν ἐν αὐτῶν (D) μέρος ἰδεῖν, μήτε τοῦ προσώπου, μήτε τοῦ λοιποῦ σώματος, μηδὲ αὐτὰς ὁρᾶν ἔξω τῆς ὁδοῦ μηδέν. καίτοι, τί δύναιντο τοιοῦτον ἰδεῖν, οἷον ἀκούουσιν. τοιγαροῦν ἀπὸ τῶν ὤτων ἀρξάμεναι τῆς διαφθορᾶς, ἀπολώλασιν αἱ πλείους. ἡ γὰρ ἀσέλγεια, καὶ δι' ὤτων, καὶ δι' ὀφθαλμῶν, πανταχόθεν εἰσδύεται. ὥστε τὰ μὲν πρόσωπα κεκαλυμμένα βαδίζουσι, τῇ ψυχῇ δ' ἀκαλύπτῳ καὶ σφόδρα ἀναπεπταμένῃ. τοιγαροῦν ὀξύτερον βλέπουσιν ἑνὶ τῶν ὀφθαλμῶν, ὥσπερ οἱ γεωμέτραι. καὶ τοῦτο μὲν ἔκδηλόν ἐστι τὸ τῶν ῥινῶν. ἀνάγκη δὲ καὶ τὰ

(quod omni ex parte peius eſt) quæ non talis fuerit ab initio, ſed quam vos ipſis talem redditis? Et ſanè metropolis veſtra eſt ciuitas, vt & grauitatē autoritatémque metropoleos habeat: attamen neque nomini, neque vetuſtati, neq; gloriæ parcitis. Quid ergo ſi (quemadmodum veriſimile eſt, aiúntque conditores heroas vel Deos ſæpenumero ſuas ipſorum adire ciuitates, non conſpicuos aliis, ad ſacrificia adque quoſdam feſtos toti populo dies) quādo dux veſter Hercules adueniat, ad rogum quem illi ſanè pulchrum facitis, num putatis eum valde lætaturū talibus vocibus auditis? Nónne mallet. abire hinc in Thraciam, aut Libyam, & intereſſe Buſiridis aut Diomedus nepotib. ſacrificantibus? Quid verò Perſeus? Nónne reuera ſuperuolaturus vrbem videtur? Et quid opus eſt meminiſſe deorum? Quin Athenodorum, qui ante hæc tempora vixit, quem reuerebatur Auguſtus quoque; num putatis, ſiquidem talem iam factā noſſet ciuitatem, prælaturum illi cum eo conuerſationi, hāc in hac vrbe fuiſſe? Antea quidem ob diſciplinā & modeſtiā diuulgata veſtra erat ciuitas, & tales protulit viros: nunc autē metuo ne diuerſum ſortiatur ordinem, vt cum his aut illis nominetur. Et ſanè multa adhuc vtcunque manentia, declarant modeſtiā veteris & auſteritatem diſciplinæ: vt eſt illud, quod circa mulierum veſtitum obſeruatur, vt ita modeſtè ſint cultæ, & incedāt, vt nulla earum pars conſpicua ſit, neque faciei, neque reliqui corporis, neque quicquam ipſæ videant extra viam. Atqui, quidnā tale videre poſſunt, quale audiūt? Quapropter ab auribus incœpta corruptione, perierunt cōplures. Laſciuia enim & per aures & oculos vndiq; ingreditur. Itaq; facie quidem tecta incedunt, animo verò detecto, & valde patulo. Quare acutius vno tuentur oculo, quemadmodum geometræ. Et ſanè, quod per nares ſit, perapertum eſt. Neceſſe eſt autem hanc taliū conſo-

Vide Not

A conſonantiam & alia ſequi. Ne putetis enim, quemadmodum alij morbi ſæpius partes ſolùm quaſdam inuadunt, vt manus vel pedes aut faciē, ita quoque apud vos indigenam quendam morbū naribus incidiſſe: neque quemadmodum Lemniis mulieribus iratam Venerem aiūt corrupiſſe axillas: ita & hic exiſtimetis cōplurium corruptas eſſe nares ira ex diuina, atque ita talē emittere vocem: ſed eſt indicium extremæ procacitatis & ſocordiæ, B rerúmque contemptus omnium honeſtarum, quódque nihil exiſtimetur eſſe turpe. Aio igitur, quòd ij, qui hoc faciunt, ſimiliter etiam loquantur & incedāt, & tueantur. Si verò nihil tam manifeſtum facere poſſunt per oculos, vt conuertantur vniuerſi, aut artem eò nondum perduxerunt, nihilo moderatius in aliis tamen ſunt affecti. Deinde iraſcimini Aegeenſibus & Adanenſibus, quum vos conuitiis proſcindunt: eos autem ex veſtris ciuibus, qui illis, quòd vera dicant, teſtimoniū C perhibent, non eiicitis è ciuitate. Neſcitis, quòd rerum quid infandarum & præter naturam facere, ſuſpicionem duntaxat plurimarum faciat, & nemo quicquam videat ex vulgo, ſed in tenebris latentes & clam impiè agāt infelices: hæc autem intemperantiæ ſymbola, de moribus indicium faciunt, déque affectu: nempe vox, intuitus, habitus: quinetiam ea quæ videntur eſſe parua, & nullo in numero, vt tō- D ſura, deambulatio, oculorum commutatio, collíque inclinatio, ſermocinatio manibus ſupinis. Ne exiſtimetis enim tibiarum modulationes atque ſonos cantúſq; partim quidem virilem declarare animū, partim verò muliebrem: motus autem & actiones nihil referre, quales ſint, neque vllum eſſe in his indicium. Porrò ego ſermonem vobis quendam narrare volo, quē fortaſſe & aliàs audiuiſtis. Aiunt enim veniſſe in ciuitatem quandam, acutum quendam ex iis, quibus illud eſt ſtudium, vt ſtatim cuiuſque mores norint, & enar-

A ἀλλὰ ἀκολουθεῖν τῷ τοιούτῳ ῥυθμῷ. μὴ γὰρ οἴεσθε, ὥσπερ ἑτέρῳ πολλάκις εἰς ἔνια μέρη κατασκήπτει, χεῖρας, ἢ πόδας, ἢ πρόσωπον· οὕτω καὶ παρ' ὑμῖν ἐπιχώριόν τι νόσημα ταῖς ῥισὶν ἐμπεπτωκέναι· μηδ' ὥσπερ Λημνίων ταῖς γυναιξὶ τὴν Ἀφροδίτην ὀργισθεῖσαν, λέγουσι διαφθεῖραι τὰς μασχάλας, κἀνθάδε νομίζετε, τῶν πλειόνων διεφθάρθαι τὰς ῥῖνας, ὑπὸ δαιμονίου χόλου, κἄπειτα τοιαύτην φωνὴν ἀφιέναι πόθεν; ἀλλ' ἐστὶ B σημεῖον τῆς ἐσχάτης ὕβρεως καὶ ἀπονοίας, καὶ τοῦ καταφρονεῖν τῶν καλῶν ἁπάντων, καὶ μηδὲν αἰσχρὸν ἡγεῖσθαι. φημὶ δὴ διαλέγεσθαι τούτους ὁμοίως, καὶ βαδίζειν καὶ βλέπειν. εἰ δὲ μηδὲν ἔκδηλον οὕτω ποιεῖν διὰ τῶν ὀμμάτων δύνανται, ὥστε ἐπιστρέφειν ἅπαντας· ἢ μηδέπω τὴν τέχνην ἐπὶ τοσοῦτο προσαγηόχασιν, οὐδὲν ἐπιεικέστερον τ' ἄλλα ἔχουσιν. εἶτ' ἄχθεσθε τοῖς Αἰγεῦσι, καὶ τοῖς Ἀδανεῦσιν, ὅταν ὑμᾶς λοιδορῶσι, τοὺς C δὲ ἐκείνοις μαρτυροῦντας ὡς ἀληθῆ λέγουσι, τῶν ὑμετέρων πολιτῶν, οὐκ ἐξελαύνετε τῆς πόλεως; οὐκ ἴστε, ὅτι μὲν ποιεῖν τι τῶν ἀπορρήτων, καὶ τῶν παρὰ φύσιν, ὑποψίαν τῶν πλείστων μόνον ἔχει, καὶ οὐδεὶς ἑώρακεν οὐδὲν τῶν πολλῶν· ἀλλ' ἐν τῷ σκότει που καὶ κρύφα λανθάνοντες, ἀσεβοῦσιν οἱ κακοδαίμονες· τὰ δὲ τοιαῦτα ξύμβολα τῆς ἀκρασίας μηνύει τὸ ἦθος, καὶ τὴν διάθεσιν· ἡ φωνή, τὸ βλέμμα, τὸ σχῆμα, ἤδη καὶ ταῦτα δο- D κοῦντα σμικρὰ, καὶ ἐν μηδενὶ λόγῳ κουρά, περίπατος, τὸ τὰ ὄμματα ἀναστρέφειν, τὸ ἐγκλίνειν τὸν τράχηλον, τὸ ταῖς χερσὶν ὑπτίαις διαλέγεσθαι. μὴ γὰρ οἴεσθε αὐλήματα μὲν καὶ κρούματα, καὶ μέλη, τὰ μὲν ἐμφαίνειν τὸ ἀνδρεῖον, τὰ δὲ τὸ θῆλυ· κινήσεις δὲ καὶ πράξεις μὴ διαφέρειν, μηδ' εἶναι μηδένα ἐν τούτοις ἔλεγχον. ἀλλ' ἐγὼ βούλομαι τινὰ λόγον ὑμῖν εἰπεῖν, ὃν ἴσως καὶ ἄλλοτε ἀκηκόατε. τῶν γὰρ ἐνθάδε δεινῶν τινὰ λέγουσιν, εἰς τινὰ πόλιν τῶν αὐτὸ τοῦτο ἔργον πεποιημένων, ὥστε εὐθὺς εἰδέναι τὸν τρόπον ἑκάστου, καὶ διη-

γεῖσθαι τὰ προσόντα, καὶ μηδενὸς ὅλως ἀποτυγχάνειν· ἀλλ' ὥσπερ ἡμεῖς τὰ ζῶα γιγνώσκομεν ὁρῶντες, ὅτι τοῦτο μέν ἐστι πρόβατον, εἰ τύχοι, τοῦτο δὲ κύων, τοῦτο δὲ ἵππος, ἢ βοῦς· οὕτως ἐκεῖνος τοὺς ἀνθρώπους ἠπίστατο ὁρῶν, καὶ λέγειν ἠδύνατο, ὅτι οὗτος μὲν ἀνδρεῖος, οὗτος δὲ δειλὸς, οὗτος δὲ ἀλαζὼν, οὗτος δὲ ὑβριστὴς, ἢ κίναιδος, ἢ μοιχός. ὡς οὖν θαυμαστὸς ἦν ἐπιδεικνύμενος, καὶ οὐδαμῆ διημάρτανε· προσάγουσιν αὐτῷ σκληρόν τινα τὸ σῶμα, καὶ συνώφρυν ἄνθρωπον, αὐχμῶντα, καὶ φαύλως διακείμενον, καὶ ἐν ταῖς χερσὶ τύλους ἔχοντα, φαιόν τι καὶ τραχὺ περιβεβλημένον ἱμάτιον, δασὺν ἕως τῶν σφυρῶν, καὶ φαύλως κεκαρμένον· καὶ τοῦτον ἠξίουν εἰπεῖν, ὅς τις ἦν. ὁ δὲ ὡς πολὺν χρόνον ἑώρα, τελευταῖον ὀκνῶν μοι δοκεῖ τὸ παριστάμενον λέγειν, οὐκ ἔφη ξυνιέναι, καὶ βαδίζειν αὐτὸν ἐκέλευσεν. ἤδη δὲ ἀποχωρῶν πτάρνυται· κἀκεῖνος εὐθὺς ἀνεβόησεν, ὡς εἴη κίναιδος. εἶτα ἐπὶ ἀνθρώπου μὲν ὁ πταρμὸς ἐξήλεγξε τὸν τρόπον, καὶ πρὸς τὰ ἄλλα πάντα ἴσχυσε τὸ μὴ λαθεῖν· πόλιν δὲ οὐκ ἂν ἕν τι τούτων διαβάλοι, καὶ δόξης ἀναπλήσειε πονηρᾶς· καὶ ταῦθ' ὅπου μὴ δεῖται δεινοῦ τοῦ συνήσοντος, τίνος ἐστὶ τὸ σημεῖον; ἀλλ' ἔγωγε πυθοίμην ἡδέως τῶν ἐμπείρων, τίνι τοῦτο ἔοικεν; ἢ τί βούλεται δηλοῦν; οὔτε γὰρ κλωσμὸς, οὔτε ποππυσμὸς, οὔτε συριγμός ἐστιν· ἢ τίνος ἐστὶν οἰκεῖον ἔργου, καὶ πότε μάλιστα γιγνόμενον; οὔτε γὰρ νέμουσιν οὕτως, οὔτε ἀροῦσιν, οὔτε κυνηγοῦσιν· ἀλλ' οὐδὲ αὐτῶν ἐστιν ἡ φωνή. πότερον οὖν ἀσπαζομένων ἀλλήλους, ἢ καλούντων, ἢ φιλοφρονουμένων· ἀλλ' ὥσπερ ὑμέναιος ἴδιόν τι μέλος ἐστὶν ἀρχαῖον ἐπὶ τῶν γαμούντων, οὕτως καινὸς οὗτος εὕρηται ῥυθμὸς ἄλλης τινὸς ἑορτῆς. ἀλλ' ἀπελεύσεσθε ἀγανακτοῦντες, καὶ λεληρηκέναι με φάσκοντες, εἰ τοσούτους λόγους μάτην διεθέμην, καὶ πρὸς οὐδὲν τῶν χρησίμων. μηδεμίαν γὰρ ἐκ τούτου βλάβην ἀποβαίνειν, μηδὲν χεῖρον οἰκεῖσθαι τὴν

A *rare poſſint animi affectus, nulláq; prorſus in re aberrent: ſed quemadmodũ nos animalia ex aſpectu cognoſcimus, quod hoc eſt ouis, (ſi res ferat) illud autem canis, hoc verò equus, aut bos: ita ille homines ex aſpectu norat, poterátque dicere quòd hic quidem eſſet fortis, ille verò timidus: hic petulans, ille ſuperbus, aut cinædus, aut adulter. Vt igitur ſpecimine artis exhibito admirationi fuit, & nuſquam aberrauit: adducunt illi quendam*

B *corpore durum & ſupercilis iunctis hominem, ſquallẽtem, maléque diſpoſitum, callóſque habentem in manibus, fuſcum quoddam & aſperum indutum veſtimẽtum, piloſum vſque ad pedis plantam, & vitioſè tõſum: deque hoc rogabãt, vt pronunciaret. Ille verò, vt longo tempore inſpexerat, tandem cunctatus opinor quicquam ex tempore dicere, ſe neſcire dixit, iuſſitque illum abire. Qui quum recederet, ſternuit, tũ ille ſtatim exclamauit, eſſe*

C *cinædum. Itáne ergo hominis mores ſternutatio redarguit, valuitque eo vt fallere non poſſet: ciuitatem autem nullum horũ calũnia onerare queat, opinionéque praua impleat: præſertim vbi nõ acuto interprete eſt opus, quid cuiuſque iudicium & ſignum ſit? Cæterùm ego libẽter audirem ex peritis, cui rei hoc quod facitis ſimile ſit, & quidnam ſignificare velit (nõ enim ſclopus eſt, neque poppyſmus, neque ſibilus) & cuius nam operis ſit proprium, &*

D *quando præcipuè fiat? Neque enim ſic paſcunt, neque arant, neque venantur: quin neque illorum eſt vox, qui ſe mutuò ſalutant, aut vocant, aut beneuolè cõpellant: ſed quemadmodum Hymenæus peculiare quoddam canticum eſt vetuſtum in nuptiis: ita noua hec inuenta eſt conſonantia, alterius cuiuſdam diei feſti. Verùm abibitis indignãtes, méque nugas effutiiſſe dicentes, quòd tantum ſermonem fruſtra compoſuerim, adque nihil, quòd ex vſu futurum ſit Nullum enim ex his damnum emergere, neque peius habitari*

ciuitatem. Porrò apud Græcos antea intolerandum viſum eſt, muſicam immutare: & vociferabantur omnes contra eos, qui aliam conſonantiam introducerent, magiſque varios facerent cantus, quaſi per eos Græcia corrumperetur in theatro. Sic illi vehementer cuſtodiebãt aures: & tantam exiſtimabãt auditum habere virtutem, quòd effœminaret animos, & modeſtiæ officia iniuria afficerentur, ſi vel paulũ remitteretur harmonia. Quapropter aiunt Lacedæmonios, poſtquam Timotheus ad eos venit, iam inſignis & potens in muſica, & citharam illi abſtuliſſe, & ſuperfluas incidiſſe chordas. Et vos igitur, viri Tarſenſes, imitemini Lacedæmonios, exſcindite ſuperfluũ ſonum. Vetus ait fabula, Circen pharmacis mutaſſe homines in ſues & lupos: & nos credere dedignamur Homero dicenti,

Odyſ. 9. Vocéſque ſuûm, capita exhibuere,
 piloſque,
Et corpus. —

Mentem autem (ait ille) manſiſſe ſolidã; horum autem mens prima diſperiit, & corrupta eſt. Quinetiam haud ita atrox foret, ſi homines interdum ouium acciperent vocem, neque ſi boum, neque ſi hinniant, neque ſi latrent, quemadmodum Hecubam poëtę aiunt ſuper omnia acerba tandem ab Erinnybus factam eſſe

—— Terribilem canem.
Eámque canis edere è buccis truces
Audiuimus voces, & Idæi incolæ
Et Tenedij, ſaxoſa quique Thraciæ
Patriæ meæ chariſsimæ habitamus
 loca.

Haud ita, inquam, hoc prodigium eſſet atrox atque abominabile, quàm cũ quis vir, virique characterem habens, vocémque propriam, & ſigna naturæ ſuæ haud extinguere valens, neque ſi omnia faciat: ſemet obuoluens, tegénſque, vt fures res furtiuas ſolent, ab Erinnybus quibuſdam verberatus quidem, ſed non immutatus, & omni modo ſemet infringens, omnia

A πόλιν. παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησι πρότερον, δεινὸν ἐδόκει τὸ μετακινεῖν τὴν μουσικὴν, καὶ κατεβόων πάντες τῶν ῥυθμὸν εἰσαγόντων ἕτερον, καὶ τὰ μέλη ποικιλώτερα ποιούντων, ὡς διαφθειρομένης τῆς Ἑλλάδος ἐν τοῖς θεάτροις. οὕτω σφόδρα τὰ ὦτα ἐφύλαττον, καὶ τηλικαύτην ἡγοῦντο δύναμιν τὴν ἀκοὴν ἔχειν· ὥστε θηλύνειν τὴν διάνοιαν, καὶ ἀδικεῖσθαι τὰ τῆς σωφροσύνης, εἰ παρὰ μικρὸν ἐνδοίη τὸ τῆς ἁρμονίας. τοιγαροῦν φασὶ Λακεδαιμο-

B νίους, ἐπειδὴ Τιμόθεος ἧκε παρ᾽ αὐτοὺς, λαμπρὸς ὢν ἤδη, καὶ δυναστεύων ἐν τῇ μουσικῇ, τήν τε κιθάραν αὐτὸν ἀφελέσθαι, καὶ τῶν χορδῶν τὰς περιττὰς ἐκτεμεῖν. καὶ ὑμεῖς, ἄνδρες Ταρσεῖς, μιμήσασθε τοὺς Λακεδαιμονίους, ἐκτέμετε τὸν περιττὸν φθόγγον. ὁ παλαιὸς μῦθος φησὶ, τὴν Κίρκην μεταβάλλειν τοῖς φαρμάκοις, ὥστε σῦς καὶ λύκους ἐξ ἀνθρώπων γίγνεσθαι· καὶ ταῦτα ἀπιστοῦμεν Ὁμήρου λέγοντος.

Οἱ δὲ συῶν μὲν ἔχον κεφαλὰς, φωνήν τε,
C τρίχας τε, Καὶ δέμας.

ἀλλ᾽ ἐκεῖνος μὲν τὸν νοῦν μένειν φησὶν ἔμπεδον, τούτων δὲ ὁ νοῦς πρῶτος ἀπόλωλε, καὶ διέφθαρται. καὶ μὴν οὐχ οὕτω δεινόν ἐστιν, εἰ ἄνθρωποι μεταξὺ προβάτων φωνὴν λάβοιεν, οὐδ᾽ εἰ βοῶσιν, οὐδ᾽ ἂν χρεμετίζωσιν, οὐδ᾽ ἂν ὑλακτῶσιν, ὥσπερ τὴν Ἑκάβην οἱ ποιηταὶ λέγουσιν, ἐπὶ πᾶσι τοῖς δεινοῖς, τελευταίαν ποιῆσαι τὰς Ἐριννύας,

—χαροπὴν κύνα,
D Χάλκεον δέ οἱ γναθμῶν ἐκ πολιᾶν φθέγ-
 γομένας
Ὑπακουόμεν Ἰδέοις Τένεδός τε περιῤῥυτά
Θρηΐκιοί τε φίλαι ἔμοιγε πέτραι.

οὐχ οὕτω, φημὶ, τοῦτ᾽ εἶναι τὸ τέρας δεινὸν, οὐδ᾽ ἀποτρόπαιον, ὡς ὅταν ἀνήρ τις ὢν, καὶ τὸν χαρακτῆρα ἔχων τὸν αὐτὸν, καὶ τὴν φωνὴν τὴν ἑαυτοῦ, καὶ τὰ σημεῖα τῆς φύσεως, μὴ δυνάμενος ἀνελεῖν, μηδ᾽ ἂν ἅπαντα ποιῆται περιστέλλων, καθάπερ φώρια κλέπτης, ὑπὸ Ἐριννύων τινῶν τυπτόμενος, μὴ διαστρεφόμενος, καὶ πάντα τρόπον διακλώμενος, πάντα

βούλεται ποιεῖν, καὶ μηδὲν ὡς πέφυκε· κἄπειτα Πρωτέως τινὸς δίκην ἀλλάττων καὶ μεταθεὶς αὐτὸν, ἐξεύρῃ φωνὴν ἀφιέναι, μήτε ἀνδρὸς, μήτε γυναικὸς, μήτε ἄλλου τινὸς ζώου * μικρὰν, καὶ ἀνδρόγυνον μιμούμενος, μηδὲ χαμαιτυπείων αὐτὸ τοῦτο χαμαιτυποδόσιν· ἀλλὰ τοῦ αἰσχίστου ἔργου καὶ τῆς ἀσελγοῦς πράξεως ὥσπερ ἂν φθεγγόμενος· καὶ ταῦτα μεθ' ἡμέραν ἐκφωνοῦσιν, ὄντος ἡλίου, πολλῶν παρόντων. οὐχ οὕτω δεινὸν ἦν, εἰ τὰς βύρσας τῶν βοῶν ἕρπειν, οὐδὲ τὸ μυκᾶσθαι τὰ κρέα. ποῖος οὖν Ὅμηρος, ἢ τίς Ἀρχίλοχος ἱκανὸς τὰ κακὰ ταῦτα ἐξᾶσαι. δοκεῖ γὰρ ἔμοιγε, νὴ τὸν Ἡρακλέα, γενναίου τινὸς καὶ τραγικοῦ δεῖσθαι ποιητοῦ, τὸ τῶν ἀνθρώπων, ὅς τις δυνήσεται κατασχεῖν, ἢ ἀνακόψαι τοσαύτην φοράν. ὡς ἤδη μανίᾳ τὸ γινόμενον ἔοικεν αἰσχρᾷ καὶ ἀπρεπεῖ. καὶ τοῦτο τὸ νόσημα τῆς ἀπρεπείας καὶ ἀναισχυντίας κύκλῳ περιιὸν, ὑμᾶς ἐπὶ πάντα ἄγει τὸ λοιπὸν καὶ ἔργα, καὶ φωνάς, καὶ σχήματα· καὶ πάντως ἅπτεται καὶ καθικνεῖται μέρους, ποδῶν, χειρῶν, ὀμμάτων, γλώττης. οὐκοῦν ἡμῶν ὄφελος οὐδὲν, οὐδὲ τῆς ἀνειμένης ταύτης καὶ ἀσθενοῦς παραμυθίας, ἀλλὰ μᾶλλον Στέντορος τινὸς χρεία φθεγγομένου χάλκεον ἢ σιδήρεον, ὃς ἐμβοήσεται μεῖζον καὶ σαφέστερον. ὁρᾶτε γὰρ οἷ προεῖσι. γενείων δὲ πρῶτον εὑρέθη κουρὰ, καὶ τοῦτο ἐδόκει μέτριον τὸ μὴ σφόδρα καθιέναι, μηδ' ἐπὶ πλέον· ἀλλὰ πράως ἐπανορθοῦν τὴν φύσιν. οὐκοῦν ὁ τοιοῦτος, ἐδόκει πολλοῖς ἐπιδέξιος. εἶτα ἐξύρων μέχρι τῶν παρειῶν, οὐδὲ τοῦτό πως δεινόν· ἀλλ' ὅμως ὁ κωμικὸς, καὶ τοῦτον ἐκέλευσε κατακαῦσαι, ἐπὶ φαλήτων συκίνων ἑκκαίδεκα. πλὴν εἶχον εὐειδῆ τὰ πρόσωπα καὶ παιδικὰ παρ' ἡλικίαν. καὶ τῆς ἄχνης ταύτης ἀπηλλαγμένων, εἶτα τοῦτο λοιπὸν, ἐπὶ τὰ σκέλη, καὶ τὸ στέρνον· ἵνα καὶ τἄλλα ὅμοια παισὶν ὦμεν. εἶτα μέχρι τῶν βραχιόνων, εἶτα ἐπὶ τὰ αἰδοῖα μετέβαν, ἢ καὶ τὸ ἥβαν δοκεῖ περιττόν. σκώπτεται δὴ καὶ καταγελᾶται παρὰ τοῖς σοφοῖς

γ. μιαρὰν,

A velit facere, & nihil vt fert natura; & deinde Protei modo ius immutet, ſeque transferēs inueniatur vocem emittere neque viri neque mulieris, neque alterius animantis paruam, ſemiuirum imitatus, neque ipſis lupanaribus cōuenientem, ſed turpiſsimi operis laſciuique actus ſigna ſono emiſſo edat; atque hoc interdiu, ſole lucente, multiſque præſentibus. Non tā intolerandum foret, ſi boum tergora ſerperent, & carnes mugirēt. Qualis igitur B Homerus, aut quis Archilochus, hæc mala carminibus exprimere valeāt? Videtur mihi enim (per Herculem) hoc hominum facinus, valde generoſo & tragico opus habere poëta, qui vel inhibere, vel reſecare tātum queat impetum. Nam res iam turpi indecentique ſimilis eſt inſaniȩ, Et ipſe hic morbus indecentiæ impudentiæque in gyro perambulās, ad omnia de cætero ducit opera & voces & habitus, omnéſque attingit & penetrat partes; pedes, manus, oculos, linguam denique. C Ex nobis ergo nulla vobis poteſt eſſe vtilitas, neque ex hoc remiſſo debilique conſilio; ſed Stentore quodam opus eſſet, qui ſonū emitteret æreum, vel ferreum, vocéque inclamaret & maiore, clarioréque. Videte enim quò res tandē progrediantur. Barbarum primùm inuenta eſt tonſura, & videbatur moderatum eſſe, ne valde promitterētur, neque nimium, ſed leniter corrigeretur natura. Talis ergo à multis habitus eſt homo dexter. Deinde radebant D vſque ad genas. Neque hoc fortè intolerandum; attamen Comicus & hunc iuſſit igni tradere, ſuper ſedecim ficulnis faſciculis. Verumtamen facies habebāt formoſas, & pueriles præter ætatem. Mox ab hac lanugine liberati, proceſſerunt ad crura & pectus, vt etiam in aliis partibus pueris ſimiles eſſemus. Deinde vſque ad brachia, deinde vſque ad pudenda tranſierunt, vt pubes etiam videretur ſuperflua. Cauillis ergo inceſsitur, deridetúrque naturæ artificium apud ſapientes iu-

ueneſque, tãquàm priſcum quoddam, & oppidò ſtultum & inutile, quod corpori ſuperflua præbuerit. Quid enim vobis opus erat vnguibus? Quid pilis? Quin etiã ne manibus quidem & pedibus fortaſſe? Pudenda ſolùm nobis debuerat facere, & ventres, & cibũ proponere, aliáque quibus frui poſſemus. Quapropter nos ipſi reſecamus, & barbam & pubem auferimus, quæ virorum ſunt propria. Si verò alia poſſemus à mulieribus accipere, tum videlicet omnino eſſemus felices: nõ vt nunc, inopes, ſed integri quidam, & ſecundum naturam ſemiuiri.

A καὶ νέοις, ἡ τῆς φύσεως τέχνη, καθάπερ ἀρχαία τις οὖσα καὶ σφόδρα εὐήθης, καὶ ἀχρεῖα περιττὰ προσθεῖσα τῷ σώματι. τί γὰρ ὑμῖν ὀνύχων ἔδει; τί δαὶ τριχῶν; ἀλλ' οὐδὲ χειρῶν ἴσως, οὐδὲ ποδῶν; αἰδοῖα μόνον ὑμᾶς ἔδει ποιῆσαι, καὶ γαστέρας, καὶ τροφὴν παραθεῖναι, καὶ τἄλλα ὧν ἐστιν ἀπολαύειν. τοιγαροῦν, αὐτοὶ περικόπτομεν ἑαυτούς, καὶ τὰ μὲν γένεια, καὶ τὴν ἥβην ἀφαιρούμεθα, ἃ τῶν ἀνδρῶν ἴδια ἐστίν. εἰ δὲ ἦν δυνατὸν παρὰ τῶν γυναικῶν προσ-
B λαβεῖν ἕτερα, δηλονότι παντελῶς, τότ' ἂν ἦμεν εὐδαίμονες· οὐ καθάπερ νῦν ἐνδεεῖς ὄντες, ἀλλ' ὁλόκληροί τινες καὶ κατὰ φύσιν ἀνδρόγυνοι.

TARSICA ALTERA. Oratio XXXIIII.

NON me præterit (ô viri Tarſenſes) legibus receptum eſſe & apud vos & apud alios, vt ciues accedant & conſulant, non quilibet, ſed noti & locupletes, inſuper & qui benè publica munera obierunt. Neque enim fortaſſe rationi conſentaneum eſt, quum locupletum ſubſtãtiæ ſitis participes, non illorum etiam frui conſilio, qualecunque tandem ſit. Atqui quum citharœdos audire vultis, aut tibicines, aut ſpectare athletas, non vocatis diuites, neque ciues, ſed eos qui ea & ſciãt & poßint: atq; hoc non vos ſoli, ſed omnes huiuſmodi faciũt. Porrò ne illud quidem me latet, quòd tali habitu vtentes, à multis more quodam Cynici appellẽtur: eóſque non ſolùm à ſe nihil differre putant, neque idoneos ad conſulẽdum de rebus, verum etiam ne ſobrios quidem eſſe prorſus, ſed homines inſanos quoſdã & miſeros. Ad mordendum autem cauillis, adque deridendum nonnulli hoſce habẽt: & ſæpe nec ſilere illis permittunt, nedum eos dicentes perferant. Præterea aiũt vos

ΤΑΡΣΙΚΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ. λόγος λδ'.

Οὐκ ἀγνοῶ μέν, ὦ ἄνδρες Ταρσεῖς, ὅτι νομίζεται καὶ παρ' ὑμῖν καὶ πα-
C ρὰ τοῖς ἄλλοις, τοὺς πολίτας παριέναι καὶ συμβουλεύειν, οὐ τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ τοὺς γνωρίμους, καὶ τοὺς πλουσίους, ἔτι δὲ τοὺς καλῶς λελειτουργηκότας. οὐ γὰρ εὔλογον ἴσως, τῆς μὲν οὐσίας τῆς τῶν πλουσίων μετέχειν ὑμᾶς τὸ μέρος, τῆς δὲ διανοίας μὴ ἀπολαύειν, ὁποία ποτ' ἂν ᾖ. καίτοι κιθαρῳδῶν γε ὁπόταν ἀκούειν ἐθελήσητε, ἢ αὐλητῶν, ἢ ἀθλητὰς θεωρεῖν, οὐ καλεῖτε τοὺς πλουσίους, οὐδὲ τοὺς πολίτας, ἀλλὰ τοὺς
D ἐπισταμένους καὶ δυναμένους· οὐχ ὑμεῖς μόνον, ἀλλὰ πάντες οἱ τοιοῦτοι. οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο λανθάνει, ὅτι τοὺς ἐν τούτῳ τῷ σχήματι, συνήθες μέν ἐστι τοῖς πολλοῖς Κυνικοὺς καλεῖν· οὐ μόνον δὲ οὐδὲν οἴονται διαφέρειν αὐτῶν, οὐδ' ἱκανοὺς εἶναι περὶ πραγμάτων, ἀλλὰ τὴν ἀρχὴν οὐδὲ σωφρονεῖν ἡγοῦνται, μαινομένους δὲ τινας ἀνθρώπους, καὶ ταλαιπώρους εἶναι. σκώπτειν δὲ καὶ καταγελᾶν ἔνιοι τούτων ἔχουσι, καὶ πολλάκις μηδὲ σιγῶσιν ἐπιτρέπειν, οὐχ ὅπως λεγόντων ἀνέχεσθαι. ἔτι δὲ φασὶν ὑμᾶς

A ἐν τῷ παρόντι καὶ λίαν προσωξύνθαι πρὸς τοὺς φιλοσόφους, καὶ καταρᾶσθαί γε, οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ οἷς αὐτῶν. πάνυ μὲν εὐλαβῶς καὶ μετρίως τοῦτο ποιοῦντας, ὅτι μὴ κοινῇ μετὰ πάντων ἐβλασφημεῖτε, ὅτε οἱ ἐνθάδε ἡμάρτανον. ἐκεῖνο δὲ ἴσως ἀγνοοῦντες, ὅτι εἴπερ κατηρᾶσθε, οὐ τοῖς φιλοσόφοις. οὐ γάρ ἐστιν οὐδεὶς φιλόσοφος τῶν ἀδίκων καὶ πονηρῶν, οὐδὲ τῶν ἀνδριάντων, ἂν περ ᾖ γυμνότερος. οἱ δὲ δὴ τὴν πατρίδα βλάπτοντες, καὶ συνιστάμενοι κατὰ τῶν πολιτῶν, B πόρρω που δοκοῦσιν εἶναί μοι τούτου τοῦ ὀνόματος.* ὅτι ποτ' ἂν ἐλπίσας καὶ τί βουληθεὶς παρελήλυθα, τοιοῦτος ὢν, ἐν καιρῷ τοιούτῳ. μανίας γὰρ τοῦτο ἀληθινῆς. ὅτι μηδενὸς αὐτὸς δεόμενος παρ' ὑμῶν, ἀλλὰ τῆς ὑμετέρας ὠφελείας ἕνεκα ἐσπούδακα. ἐὰν οὖν μὴ ἀνάσχησθέ μου, δηλονότι ὑμᾶς αὐτοὺς οὐκ ἐμὲ ζημιώσετε. καί τοι οὐ προσήκει γε ὑμῖν, ἕνα με ἡγεῖσθαι, καὶ τῷ ὄντι μαίνεσθαι, δι' αὐτὸ τοῦτο ἀκοῦσαι. μὴ γὰρ οἴεσθε, C ἀετοὺς μὲν καὶ ἱέρακας προσημαίνειν ἀνθρώποις τὸ δέον, καὶ τὴν παρ' αὐτῶν τούτων συμβουλὴν πιστὴν εἶναι, διὰ τὸ αὐτόματον καὶ τὸ θεῖον· ἄνδρα δὲ ἀφιγμένον οὕτως καὶ μηδαμόθεν ὑμῖν προσήκοντα, μὴ κατὰ τὸ δαιμόνιον ἥκειν ἐροῦντα καὶ συμβουλεύσοντα. καίτοι τὰ μὲν τῶν οἰωνῶν εἰκάζειν δεῖ, τῶν δὲ ὑπ' ἐμοῦ λεγομένων, ἔστιν ἀκούσασι συνιέναι, καὶ σκέψασθαι ἐὰν ἄρα σαφῶς ᾖ τι χρήσιμον. βούλομαι δὲ, D ἐπεὶ τῶν τοιούτων ἐμνήσθην, ἐν Φρυγίᾳ τι συμβὰν εἰπεῖν, ἵν' εὐθὺς ἐντεῦθέ μου καταγελᾶν ἔχοιτε. ἀνὴρ Φρὺξ ἐπὶ κτήνους ἐβάδιζεν· ὡς δὲ ἐθεάσατό τινα κορώνην, οἰωνισάμενος· οἱ γὰρ Φρύγες τὰ τοιαῦτα δεινοί· λίθῳ βάλλει, καί πως τυγχάνει αὐτῆς. πάνυ οὖν ἥσθη, καὶ νομίσας εἰς ἐκείνην τετράφθαι τὸ χαλεπὸν, ἀναιρεῖται, καὶ ἀναβὰς

in preſenti nimis eſſe irritatos contra philoſophos, eóſque deuouiſſe, non quidem omnes, ſed veſtros. Et ſanè cautè admodum & moderatè à vobis factũ eſt, quòd non communiter omnes maledictis deuouiſtis, quum ſoli hi qui hîc ſunt, peccaſſent. Illud autem fortaſſe ignoratis, quòd ſi quos deuouiſtis, non philoſophos deuoueritis. Neque enim vllus iniquorum & prauorũ philoſophus eſt, tametſi ſit (quòd aiunt) ſtatua nudior. Qui ergo nocuerũt patriæ, aduerſúſque ciues fecerunt coitionem, procul mihi ab hoc videntur nomine abeſſe. [At verò admiramini fortaſſe,] quid tandem ego ſperans, mihique quærens, huc aduenerim, & tali habitu, talique tempore. Vera enim hoc inſaniæ ſignum videri queat. [Hoc autem ſcire debetis,] quòd nõ huius gratia, vt mihi à vobis aliquid petã, ſed veſtræ vtilitatis cauſa hoc conatus ſim. Si igitur me non ſuſtinueritis, manifeſtum eſt, quòd non me, ſed vos ipſos damno afficietis. Proinde neque etiam vos decet, vt vnum me ex his putetis, qui reuera mente capti ſint, atque ideo [nõ] audiendũ. Ne exiſtimetis enim, aquilas quidem & vultures antea ſignificare hominibus quid oporteat facere, illorúmque conſilium haberi fidele, eo quòd vltro & diuinitus dari videatur: virum autem ita aduenietem, nulláque ex parte ad vos pertinentem, non diuino venire cõſilio, & ad dicendum, adque conſulendum. Quãquam auguria coniecturis indigent: quæ autem à me dicentur, audiẽtibus vobis licebit intelligere, & conſiderare num manifeſtè quid adferam vtile. Volo autem vobis, quandoquidem talium mentionem feci, id quod in Phrygia accidit, narrare, vt iam inde mei deridẽdi occaſionem habeatis. Homo Phryx, iumẽto inſidens iter faciebat: Vt autem conſpexit cornicem, augurium faciens (ſunt autem Phryges in talibus acuti) lapide petit, & fortè eã percuſsit. Valde ergo gauiſus eſt, & exiſtimans in illius caput verſum eſſe quod portendebatur mali, occidit, & iumento

A *conſcenſo equitabat. Illa autem modico*
facto interuallo, cõmouit ſe, & palpita-
uit: vnde iumentum conſternatum, excuſ-
ſit hominem, cadénſque humi fregit crus.
Ille igitur hoc deceßit modo, quũ ingratè
accepiſſet datũ ſymbolũ. Ego mihi verò
videor tutius deliberaſſe quã cornix, ad-
que homines multo venire gratiores quã
Phryx ille fuit. Nam ſi vobis videar nũ-
gari, haud vtique lapidibus me petetis, nec
tumultũ excitabitis. Age igitur, quoniam
B *tacetis, & ſuſtinetis primũ quidem illud,*
niſi antè liquidè noſtis, demõſtrabo, quòd
animo indigeatis in præſentia, réſq; veſtrę
eiuſmodi ſint, quæ cõſilio opus habeant,
multáque prouidẽtia. Deinde quòd nemo
vos facilè poßit quid in iis fieri oporteat,
admonere, partim quidẽ propter ignorã-
tiã, quid cõducat: partim autem quòd aut
vos aut alios metuant, & ſua ipſorũ nõ-
nulli magis fortaſſè conſiderãt. Præterea,
quæ mea ſit de iis ſententia, & quibusnã
C *factis circa res præſentes, & quo pacto*
in vniuerſum præſidens ciuitati, vobis in
omne reliquũ deinde tẽpus conducere pu-
tem. Vobis enim (viri Tarſenſes) obtigit,
vt primi ſitis in hac gente, non ſolũ quòd
maximam omnium in Cilicia inhabitetis
ciuitatem, & metropolim ab initio: verũ
etiam quòd Cæſarem ſecundum, ſuper
omnes optimè vobis habuiſtis volẽtem &
familiarem. Infortunium enim quòd ci-
uitati illius cauſa acciderat, meritò eum
D *vobis beneuolũ fecerat: vtque daret ope-*
ram, quò maiora in vos ſua apparerent
beneficia, quàm calamitates propter illũ
acceptæ. Quapropter omnia quæ quis
amicis reuera & ſociis, & tantam oſten-
dentibus alacritatem præſtaret: ea & ille
vobis præſtitit: terras, leges, honorem, po-
teſtatémque fluminis & maris circa eã:
vnde citò maior effecta eſt ciuitas, licet
ab expugnatione haud ità longo inter-
uallo. Quemadmodum qui magno ali-
quo decumbunt morbo, citò autem exur-
gentes ſufficientem nanciſcuntur curam,

A ἠλαύνετο. ἡ δὲ μικρὸν διαλιποῦσα ἀ-
νέσφηλε· τὸ δὲ κτῆνος πτοηθὲν ἀποβάλ-
λει τὸν ἄνδρα, καὶ ὃς πεσὼν, κατάγνυσι
τὸ σκέλος. ἐκεῖνος μὲν οὖν οὕτως ἀπήλ-
λαξεν, ἀχάριστος γενόμενος περὶ τὸ σύμ-
βολον. ἐγὼ δὲ πολύ μοι δοκῶ τῆς κορώ-
νης ἀσφαλέστερον βεβουλεῦσθαι, καὶ πρὸς
εὐγνωμονεστέρους ἄνδρας ἥκειν τοῦ Φρυγός.
ἐὰν γὰρ ὑμῖν δοκῶ φλυαρεῖν, οὐδήπου
λίθοις βαλεῖτέ με, ἀλλὰ θορυβήσετε. φέ-
ρε οὖν, ἐπεὶ σιωπᾶτε καὶ ὑπομένετε,
B πρῶτον μὲν ἐκεῖνο εἰ μὴ σαφῶς ἴστε, ἐ-
πιδείξω· ὅτι δεῖσθε γνώμης ἐν τῷ πα-
ρόντι, καὶ τοιαῦτα ὑμῶν τὰ πράγμα-
τά ἐστιν, ὥστε βουλῆς ἄξια εἶναι, καὶ πολ-
λῆς προνοίας. ἔπειθ᾽ ὅτι μηδεὶς ὑμῶν
δύναται ῥαδίως τούτων τὸ δέον παραι-
νέσαι· οἱ μὲν ἀγνοίᾳ τοῦ συμφέροντος, οἱ
δέ τινες καὶ δουλείᾳ τῇ πρὸς ὑμᾶς ἢ τῇ
πρὸς ἑτέρους, καὶ τὸ αὐτῶν ἴσως μᾶλ-
λον ἔνιοι σκοποῦντες. ἔπειτα ἣν αὐτὸς ἔ-
χω γνώμην περὶ τούτων, καὶ τί πρά-
C ξας ἂν, ὑμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος, καὶ πῶς
καθόλου προϊστάμενος τῆς πόλεως εἰς
ἅπαντα, καὶ τὸν αὖθις οἴομαι συνοίσειν
χρόνον. ὑμῖν γὰρ, ἄνδρες Ταρσεῖς, συμ-
βέβηκε μὲν, πρώτοις εἶναι τοῦ ἔθνους, οὐ
μόνον τῷ μεγίστην ὑπάρχειν τὴν πό-
λιν τῶν ἐν τῇ Κιλικίᾳ, καὶ μητρόπολιν
ἐξ ἀρχῆς· ἀλλ᾽ ὅτι καὶ τὸν δεύτερον Καίσα-
ρα, ὑπὲρ πάντας ἔσχετε οἰκείως ὑμῖν διακ-
είμενον. τὸ γὰρ δι᾽ ἐκεῖνον ἀτύχημα τῇ
πόλει συμβὰν, εἰκότως αὐτὸν εὔνουν ὑμῖν
ἐποίει· καὶ σπουδάζειν, ὅπως μείζονες ὑμῖν
D φανήσονται τῆς δι᾽ αὐτὸν συμφορᾶς, αἱ
παρ᾽ αὐτοῦ χάριτες. τοιγαροῦν, ἅ τις ἂν,
φίλοις ὄντως καὶ συμμάχοις καὶ τηλι-
καύτην προθυμίαν ἐπιδειξαμένοις, κἀ-
κεῖνος ὑμῖν παρέσχε, χώραν, νόμους, τι-
μὴν, ἐξουσίαν τοῦ ποταμοῦ, τῆς θαλάτ-
της τῆς κατ᾽ αὐτήν· ὅθεν ταχὺ μείζων
ἐγένετο ἡ πόλις καὶ διὰ τὸ μὴ πολύν
τινα χρόνον διελθεῖν, τὸν ἀπὸ τῆς ἁλώ-
σεως. καθάπερ οἱ μεγάλῃ μὲν νόσῳ χρη-
σάμενοι, ταχὺ δ᾽ ἀνασφήλαντες, ἐπιτύ-
χωσιν ἱκανῆς τῆς μετὰ ταῦτα ἐπιμελείας,

A πολλάκις μὲν δ' ἐκτήσατε. καὶ μὴν τά γε ἐφεξῆς, ὡς οὐκ οἴεταί τις, ὤνησε τὴν πόλιν, τὸ δόξαι τινὰς τῶν ἡγουμένων βιαίους, καὶ τούτους ἐπεξελθεῖν ὑμᾶς. πρὸς μέν γε τὸ φανῆναί τινας ὄντας, καὶ μὴ μόνον ἑαυτοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις βοηθῆσαι· καὶ νὴ Δία, ὥς τε τοὺς αὖθις ὀκνηροτέρους ἐξαμαρτάνειν, συνήνεγκε τὸ δίκην ἐκείνους ὑποσχεῖν· ἄλλως δὲ τὴν πόλιν ἐπίφθονον ἐποίησε, καὶ δυσχερεστέρους ὑμᾶς δοκεῖν φύσει, καὶ ῥᾳδίως αἰτιᾶσθαι. τὸ γὰρ πολλάκις ἐγκαλεῖν, ἤδη ποτὲ ἔδοξε τοῦ συκοφαντεῖν B σημεῖον, ἄλλως τε ὁπόταν περὶ ἡγεμόνων ὁ λόγος ᾖ πρὸς ἡγεμόνας. οὐ γὰρ τῷ πλέον τι πάσχειν, ἀλλὰ τῷ μὴ ἐθέλειν ἄρχεσθαι, τὴν ἀπέχθειαν ὑπονοοῦσι γίγνεσθαι. πάλιν τοίνυν ἕτερον πρᾶγμα συμβὰν ὑπὲρ ὑμῶν, τρόπον τινὰ ὅμοιον τούτῳ γέγονε. οἱ γὰρ Αἰγαῖοι φιλοτιμίαν ἀνόητον ἐπανελόμενοι πρὸς ὑμᾶς, τὸ περὶ τὰς ἀπογραφὰς ἐξαμαρτάνοντες, αὐτοὶ μὲν ἔπταισαν· ἔτι δὲ μᾶλλον τὸν καθ' ὑμῶν φθόνον, καὶ τοιαύτην τινὰ ἡσυχῆ διαβο- C λὴν εἰργάσαντο πρὸς τὴν πόλιν, ὡς ἐπαχθῆ καὶ βαρεῖαν ταῖς ἄλλαις. καὶ ταῦτα μὲν ἐκ τοῦ πρότερον χρόνου. τὰ δὲ νῦν, οἵ τε Μαλλῶται διαφέρονται πρὸς ὑμᾶς, αὐτοὶ μὲν ἅπαντα ἀδικοῦντες καὶ θρασυνόμενοι· τῷ δὲ ἀσθενεῖς εἶναι, καὶ πολὺ ἥττους ἀεί, μᾶλλον τὴν τῶν ἀδικουμένων τάξιν ἀεὶ λαμβάνοντες. οὐ γὰρ ἃ ποιοῦσιν ἔνιοι σκοποῦσιν, ἀλλὰ τίνες ὄντες· οὐδὲ τοὺς ἀδικοῦντας, ἢ βιαζομένους ἐθέλουσιν ἐξετάζειν πολλάκις, ἀλλ' D οὓς εἰκὸς βιάζεσθαι τῷ δύνασθαι πλέον. εἰ γοῦν ὑφ' ὑμῶν ἐπράχθη τι τοιοῦτον, οἷον ὑπ' ἐκείνων νῦν γέγονε, πορθεῖν ἂν δοκεῖτε τὰς πόλεις, καὶ ἀποστάσεως ἀρχὴν καὶ πολέμου, καὶ στρατοπέδου δεῖν ἐφ' ὑμᾶς. οὐκοῦν δεινὰ πάσχομεν, ἐρεῖ τις εἰ τούτοις μὲν ἔξεστι ποιεῖν, ὅτι ἂν ἐθέλωσι, καὶ τοῦτο ἀπολαύουσι τῆς ἐρημίας τῆς ἑαυτῶν· ἡμεῖς δὲ κινδυνεύσομεν, ἐὰν μόνον κινηθῶμεν. ἔστω δεινὸν καὶ ἄδικον. ἀλλ' οὐκ εἴ τι μὴ δίκαιον πέ-

A poſtea frequenter fiunt habitiores. Porrò ea quæ deinceps accidunt, non quantum quis putet, profuerũt ciuitati: quòd nempe præfectorum quidam fuerunt violenti, eóſque vos puniuiſtis. Hoc enim eò quidem profuit, vt videremini eſſe aliqui: & non ſolum vobis ipſis, ſed etiam alijs ſuppetias ferre poſſe: & per Iouem, vt deinde illi ad delinquendum pigriores eſſent, contulit quòd dederũt pœnas. alioqui verò ciuitatem inuidioſam reddidit, vtque B videremini natura moroſiores eſſe, & ad querimonias prompti. Sæpius enim accuſare iam olim habitum eſt ſignum calumniæ, maximè quando de præfectis ad pręfectos querela defertur. Inimicitias enim fieri ſuſpicãtur, non inde quòd ſubditi aliquid iniuriæ ſint paßi, ſed quòd imperio ſubeſſe nolint. Rurſus alia res accidit pro vobis, quodammodo huic non dißimilis. Aegæenſes enim ſtulta aduerſum vos ſuſcepta æmulatione, circa publicas tabulas C deliquerunt: ac ipſi quidem cauſa ceciderunt, adhuc autem magis inuidiam cõtra vos, & talem quandã occultè calumniã contra ciuitatẽ excitarunt, quaſi moleſtã alijs & grauẽ. Et hæc quidẽ ex ſuperiori tempore. In præſenti verò Malotæ vobiſcũ dißidẽt, ipſi quidẽ iniurioſi & audaces in omnib. quia verò imbecilles ſunt, multóq; ſemper inferiores, in eorũ habẽtur potius ordine qui iniuriã patiuntur. Quidã enim nõ cõſiderãt quæ faciãt, ſed qui ſint: D neque iniuriã facientes, neque violentiã paſſos volũt examinare plerũq; ſed quib. veriſimile ſit iniuriam fieri ab ijs qui plus valent. Si igitur à vobis tale quid factum eſſet, quale ab illis nũc factum eſt, vaſtare videremini ciuitates, & defectionis præbere principium, & belli, & exercitu aduerſum vos opus eſſe. Ergo intolerãda patimur, dicet aliquis, ſi illis quidem licet facere quodlibet, atque ita ſua fruuntur ſolitudine: nos autem ſi dũtaxat moueamur, in periculo ſumus? Eſto ſanè intolerãdũ & iniquũ. Sed nõ, ſi quid iniqui ſo-

A *let fieri, vos aduerſus illud inſtituta contentione, aliquo abſurdo irretire oportet, ſed magis prouidere & cauere. Quod enim hîc accidit, ſimile eſt ei quòd accidit circa athletas, quando minor contra lõgè maiorem pugnat. Huic enim nihil licet præter legẽ: quinetiã ſi quid inuitus delinquat, flagris cæditur: illũ verò nemo, omnia facere quæ poteſt, videt. Quare & illic modeſti viri officium eſt & in veritate melioris, virtute ſuperare. Has autẽ cupiditates, ſi vos prudentes fueritis,* B *[planè amittetis,] iuſtóque potius & æquo, ciuitatíſque magnitudine ſuperabitis inuidẽtes: ira autem & indignatione commoti nihil facietis. Sed de his quidem poſtea, ſicut (opinor) & propoſui. Nunc, autem reliqua oratione proſequar, maiori cum conſideratione, qua præſens tempus indigere aio. Malotenſiũ enim inimicitia & ſeditio, minus vos debẽt cõtriſtare. Quòd autẽ Solenſes & Adanenſes, & alij quidam* C *fortaſſe ſimiliter ſunt affecti, nihilque moderatius, ſed grauantur, & malè dicunt, magíſque quàm alij obtemperare nolunt: ſuſpicionem facit, ne Aegæenſes quidem forſan, neque Malotas prorſus iniquè iraſci: neque hos quidem inuidia, illos verò cupiditate plura habendi à vobis alienari: ſed fortaſſis eſſe aliquid circa ciuitatẽ in cauſa, eámque aliquo modo iniuriam facere, & moleſtam eſſe inferioribus. Hæc enim non ſunt quidem* D *vera, ſed tamen vos tanquam vera damno affecerũt. Age verò, etiam erga pratorem quomodo res veſtræ habeant, cogitate. Antea quidem ſuſpicio tantum ſuberat, quòd non admodum iucundè eſſetis affecti, attamen & ille rem gratè vobis geſſit, & vos illi: nihilque palàm emerſerat; nuper autem exacerbati, videbamini ſuccubuiſſe. Dicite, quidnam & ille compulſus ſit, ſcripſeritque ira commotus, fecerítque quod non etiã antea? [Dicite] herclè. At per Iouem, propter ipſam ciuitatem, & mutua inter vos negotia,*

ψυχῇ γίνεσθαι, δεῖ πρὸς τοῦτο φιλονεικοῦντας αὐτοῖς περιβάλλει ἀτόπῳ τινί, μᾶλλον δὲ προορᾶν καὶ φυλάττεσθαι. τὸ γὰρ συμβαῖνον, ὅμοιόν ἐστι τῷ περὶ τοὺς ἀθλητάς, ὅταν ἐλάττων πρὸς πολὺ μείζω μάχηται. τῷ μὲν γὰρ οὐδὲν ἔξεστι παρὰ τὸν νόμον, ἀλλὰ κἂν ἄκων ἁμάρτῃ τι, μαστιγοῦται· τὸν δὲ οὐδεὶς ὁρᾷ πάνθ' ἃ δύναται, ποιοῦντα. τοιγαροῦν κἀκεῖ σωφρονοῦντος ἀνδρός ἐστι, καὶ ταῖς ἀληθείαις κρείττονος, τῇ δυνάμει περιεῖναι. τὰς δὲ πλεονεξίας ταύτας ἐὰν ὑμεῖς ἔχητε νοῦν, τοῖς δικαίοις περιέσεσθε, καὶ τῷ μεγέθει τῆς πόλεως τῶν φθονούντων· πρὸς ὀργὴν δὲ οὐδὲν οὐδὲ ἀγανακτοῦντες δράσετε. καὶ περὶ μὲν τούτων αὖθις, ὥσπερ, οἶμαι, καὶ προεθέμην. νῦν δὲ καὶ τὰ λοιπὰ ἐπέξειμι διὰ πλείονος σκέψεως, ἧς φημὶ δεῖσθαι τὸν ἐνεστῶτα καιρόν. ἡ μὲν γε τῶν Μαλλωτῶν ἀπέχθεια καὶ στάσις, ἧττον ὀφείλει λυπεῖν ὑμᾶς. τὸ δὲ Σολεῖς τούτοις καὶ Ἀδανεῖς, καί τινας ἴσως ἄλλους ὁμοίως ἔχειν, καὶ μηδὲν ἐπιεικέστερον, ἀλλὰ καὶ βαρύνεσθαι, καὶ βλασφημεῖν, καὶ μᾶλλον ἑτέρων ὑπακούειν ἐθέλειν· ὑποψίαν ποιεῖ, τοὺς μηδὲ τοὺς Αἰγαίους τάχα, μηδὲ τοὺς Μαλλώτας, παντάπασιν ἀδίκως ἄχθεσθαι· μηδὲ τοὺς μὲν φθόνῳ, τοὺς δὲ πλεονεκτεῖν βουλομένους ἀλλοτριοῦσθαι πρὸς ὑμᾶς· ἀλλ' ἴσως εἶναι τὸ τοιοῦτο περὶ τὴν πόλιν, καὶ ὑβρίζειν πως, καὶ ἐνοχλεῖν τοὺς ἐλάττονας. ταῦτα γὰρ ἐστὶ μὲν οὐκ ἀληθῆ, ταῦτα δ' ὑμᾶς ὡς ἀληθῆ, βλάπτει. φέρε δή, καὶ πρὸς τὸν στρατηγὸν ὑμῶν, ὡς ἔχει λογίσασθε. πρότερον μὲν ὑποψία μόνον ὑπῆρχεν, ὡς οὐχ ἡδέως ὑμῶν διακειμένων, ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνός τε ἐπολιτεύετο πρὸς ὑμᾶς, καὶ ὑμεῖς πρὸς ἐκεῖνον, καὶ φανερὸν οὐδὲν ἦν· ἄρτι δὲ ὑμεῖς γε τὸ δοκεῖν ἐλαττοῦσθαι παροξυνθέντες. εἴπατέ τι κἀκεῖνος προσήχθη καὶ γράψαι πρὸς ὀργήν, καὶ ποιῆσαι τῶν ὅσα μὴ πρότερον; νὴ Δία. ἀλλά γε, νὴ Δία, διὰ τῆς πόλεως ὑμῶν αὐτῆς, καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους

ὑμῖν, ὡς δεῖ, πρόεισιν· οὐχ ὡς πρότερον χωρὶς μὲν ὁ δῆμος, καὶ χωρὶς ἡ βουλή· καὶ νῦν ἔτι καθ' αὑτοὺς οἱ γέροντες, διὰ τὸ συμφέρειν ἑκάστῳ δηλονότι σκοπούντων· ὥσπερ εἰ καταπλεόντων, ἰδίᾳ μὲν οἱ ναῦται τὸ συμφέρειν αὐτοῖς ζητοῖεν, ἰδίᾳ δὲ ὁ κυβερνήτης, ἰδίᾳ δὲ ὁ ναύκληρος. καὶ γὰρ εἰ πολλάκις ταῦτα λέγεται, ἀλλ' οὐκ προσήκει μὴ διὰ τοῦτο παραπέμπειν. οὐ γὰρ τὸ πρώτως ῥηθέν, οὐδ' ὃ μὴ πρότερόν τις ἤκουσε, δεῖ προθύμως ἀποδέχεσθαι· τὸ δὲ οἰκεῖον τοῖς πράγμασι, καὶ τὸ χρείαν τινὰ ἔχον. νὴ Δία, ἀλλὰ νῦν ὡμολογήκαμεν καὶ κοινῇ βουλευόμεθα. καὶ τίς ἂν ἀσφαλῆ καὶ βέβαιον ἡγήσαιτο τὴν τοιαύτην ὁμόνοιαν, τὴν ὑπ' ὀργῆς μὲν γινομένην, τριῶν δὲ οὖσαν, ἢ τεττάρων ἡμερῶν; οὐδὲ γὰρ ὑγιαίνειν ἀσφαλῶς εἴποι τις, τὸν πρὸ μικροῦ πυρέττοντα. μὴ τοίνυν μηδὲ ὑμεῖς αὐτοὺς ὁμονοεῖν λέγετε, πρὶν ἂν ὑμῖν μάλιστα μὲν, πολλαπλάσιος διέλθῃ χρόνος· εἰ δ' οὖν τοσοῦτον, ὅσον μὴ διαφέρεσθαι, μηδὲ ἐπ' αὐτὸ ποτε φθέγξασθαι, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχετε ὁρμήν· καὶ δὴ νομίζετε ἐξηρῆσθαι τὸ νόσημα τῆς πόλεως. καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἀναρμόστοις ὀργάνοις ἐνίοτε οἱ φθόγγοι συνεφώνησαν πρὸς ὀλίγον, εἶτα εὐθὺς ἀπᾴδουσιν. ὥσπερ οὖν τὸ μὲν τρῶσαί τι καὶ διελεῖν ταχὺ γίνεται, καὶ πάνυ ῥᾳδίως· τὸ δὲ συμφῦσαι καὶ συναγαγεῖν χρόνου δεῖται, καὶ προσοχῆς· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πόλεων ἔχει. τὸ μὲν διενεχθῆναι καὶ στασιάσαι πρόχειρον, καὶ διὰ μικρὰς συμβαίνει πολλάκις· τὸ δὲ καταστῆναι καὶ τὴν προσήκουσαν λαβεῖν διάθεσιν, καὶ πίστιν, μὰ Δί', οὐκ ἔστιν εἰπόντας, οὐδὲ δόξαντας, μετανοεῖν εὐθὺς ἔχειν. ἴσως μὲν γὰρ συνταραττομένοις ὑμῖν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, μεγάλης τινὸς τοῦτο δεῖται θεραπείας, μᾶλλον δὲ εὐχῆς. οὐ γὰρ ἔστιν ἄλλως, ἢ τῶν κινούντων κακῶν καὶ ταραττόντων ἀπολυθέντας, φόνου, πλεονεξίας, φιλονεικίας,

A *vobis preeſt vt oportet:non vt antea,cum ſeorſim ſua curabat plebs,& ſeparatim Senatus: atq; vt huc vſque ſui iuris ſunt ſeniores, ſua videlicet quique commoda conſiderãtes:quemadmodum ſi inter nauigantes priuatim ſibi nautæ ſua quærerent commoda, priuatim quoque gubernator,priuatim etiam nauclerus. Etenim tametſi ſæpius hæc dicuntur:haud tamē propterea cõuenit præterire ſilentio. Neque enim quod primitùs dictū eſt, neque*
B *quod quis non antea audiuit,prõptè amplectendum: ſed ſemper,quod familiare propriúmque ſit negotio, & vtilitatem aliquam adferat. At herclè nunc conſenſimus,& in commune conſultamus. Et quis tutam firmámque putet talem concordiam,quæ propter iram conciliata eſt, & tres vel quatuor durauit dies? Neque enim quis eũ tutò dixerit ſanum eſſe,qui paulò ante febri laborauit. Ne igitur vos concordes eſſe dicite prius, quàm vobis*
C *quamplurimum pretereat tempus hac in concordia:nec tantum,quo non diſſideatis,neque diuerſum loquamini, ſed vt idē appetatis:& tũ exiſtimate,ciuitatis morbum eſſe exemptum. Nam & in inſtrumentis ad concordantiam non aptatis,fit interdum vt ſoni pauliſper concordent, deinde verò ſtatim diſſonãt. Quemadmodum igitur vulnerare aliquid & diſſecare citò fit,& admodum facile,conglutinare autem & contrahere indiget tem-*
D *pore & prouectu: ita ſe etiam in ciuitatibus habet. Diſſentire & ſeditionem excitare procliue eſt,& ex minima frequēter cauſa contingit: componere verò res vt conuenientem accipiant diſpoſitionem & fidem,per Iouem non ſtatim licet habere eos qui vel dicunt vel putant ſe reſipiſcere. nã apud vos ita perturbatos forſan,immò & apud omnes alios, magna quadam hoc indiget medicina, imopotius voto. Nõ enim aliter fieri poteſt, quicquã vt malis his mouentibus ac perturbantibus abſoluti,homicidiis,auaritia,conten-*

tione(quæ oriri ſolent vbi quiſque patriæ & publica vtilitate omiſſa, ſuum priuatum quærit commodum atque incrementum) fortiter tandem conſpiretis, & publica pluris faciatis. Nam apud quos illa obtinent, aliáque his ſimilia, eos neceſſe eſt ſemper verſari in periculo, & res ob paruas concurrere & tumultuari, ſicuti in mari ventis aduerſum ſeſe præualentibus. Quandoquidem neque ſenatum ipſum putatis conſentire, neque vos populũ. Si quis ergo omnes examinet, videtur mihi ne duos quidem viros haberi in ciuitate idem ſentientes: ſed quemadmodũ quidam inſanabiles & difficiles morbi, qui per tota conſueuerunt tranſire corpora, nulláque pars ſupereſt in quam non deſcendant: ita aſperitas ipſa, & quòd parũ abſit, quin omnes alij ab alijs ſitis auerſi, permeauit ciuitatem. Vt enim ſenatum omittam, populúmque & iuuenes & ſenes, eſt multitudo non parua, tanquã extra rempublicam, quos aliqui Limurgos ſolent appellare: & interdum quidem ijs grauantur, aiúntque turbam eſſe ſuperfluam, & tumultus & confuſionis autorem: interdum verò partem eos arbitrantur eſſe ciuitatis, rurſúmque ciuitate dignatur. Quos quidem ſi vobis obeſſe putatis, & ſeditionem excitare, & perturbationem, omnino oportebat expellere, neque admittere ad cõciones. Si verò aliquo modo ciues eſſe, non ſolum ideò quòd habitent, ſed etiã complures hîc nati ſint, & nullam aliam ſciantur habere ciuitatem, neque ignominia eos vnquam affici conueniebat, neque eos à vobis abrumpere. Nunc autem neceſſitate compulſi, ſuis ſententiis publicam vtilitatem deſtituunt, opprobrio affecti, atque alieni exiſtimati. Nihil autem hoc magis noxium eſt ciuitatibus, neque quod magis ſeditionem excitet, & perniciem. Quemadmodum ſi corporibus accedat tumor, qui ſi quidem reliquo corpori eſt familiaris & agnatus, habilitatem facit, & magnitudinem: ſin

A τῷ ζητεῖν ἕκαστον αὔξειν ἑαυτὸν, καὶ τὴν πατρίδα, καὶ τὸ κοινῇ συμφέρον ἐάσαντας, συμπνεῦσαί ποτε ἰσχυρῶς, καὶ ταῦτα περιελέσθαι. ὡς παρ' οἷς ἂν ἰσχύῃ ταῦτα, καὶ τοιαῦθ' ἕτερα, τούτους ἀνάγκη τὸν ἀεὶ χρόνον ἐπισφαλεῖς εἶναι, καὶ διὰ μικρὰ συμπίπτειν, καὶ θορυβεῖσθαι· καθάπερ ἐν θαλάττῃ πνευμάτων ἐναντίως ἰσχυόντων, ἐπεί τοι μηδὲ τὴν βουλὴν αὐτὴν ἡγεῖθ' ὁμο-
B νοεῖν, μηδ' ὑμᾶς τὸν δῆμον. εἰ γοῦν τις ἐπεξίοι πάντας, δοκεῖ μοι μηδ' ἂν δύο ἄνδρας ἔχειν ἐν τῇ πόλει τὸ αὐτὸ φρονοῦντας· ἀλλ' ὥσπερ ἔνια τῶν ἀνιάτων καὶ χαλεπῶν νοσημάτων, ἃ δι' ὅλων εἴωθεν ἔρχεσθαι τῶν σωμάτων, καὶ οὐθέν ἐστι μέρος εἰς ὃ μὴ κάτεισιν· οὕτως ἡ τραχύτης αὕτη, καὶ τὸ μικρὸν δεῖν ἅπαντας ἀλλήλων ἀπεστράφθαι, διαπεφοίτηκε τῆς πόλεως. ἵνα γὰρ τὴν βουλὴν ἀφῶ, καὶ τὸν δῆμον τὲ καὶ τοὺς νέους καὶ τοὺς γέροντας, ἔστι πλῆθος οὐκ ὀλίγον,
C ὥσπερ ἔξωθεν τῆς πολιτείας· τούτους δὲ εἰώθασιν ἔνιοι, Λιμουργοὺς καλεῖν· καὶ ποτὲ μὲν βαρύνονται, καὶ φασὶν ὄχλον εἶναι περισσὸν, καὶ τοῦ θορύβου καὶ τῆς ἀταξίας αἴτιον· ποτὲ δὲ μέρος ἡγοῦνται τῆς πόλεως, καὶ πάλιν ἀξιοῦσιν. οὓς εἰ μὲν οἴεσθε βλάπτειν ὑμᾶς, καὶ στάσεως ἄρχειν, καὶ ταραχῆς, ὅλως ἐχρῆν ἀπελάσαι, καὶ μὴ παραδέχεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις. Εἰ δὲ τρόπον τινὰ πολιτείας εἶναι, τὸ μὴ μόνον οἰ-
D κεῖν, ἀλλὰ καὶ γεγονέναι τοὺς πλείους ἐνθάδε, καὶ μηδεμίαν ἄλλην ἐπίστασθαι πόλιν, οὐδὲ ἀτιμάζειν δήπου προσήκει, οὐδὲ ἀπορρηγνύειν αὐτῶν. νυνὶ δὲ ἐξ ἀνάγκης ἀφεστᾶσι, τὴν γνώμην τοῦ κοινοῦ συμφέροντος ὀνειδιζόμενοι, καὶ δοκοῦντες ἀλλότριοι. τούτου δὲ οὐθὲν ἐστὶ βλαβερώτερον ταῖς πόλεσιν, οὐδὲ ὃ μᾶλλον στάσιν ἐγείρει καὶ διαφθοράν. ὥσπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων ὁ προσφυόμενος ὄγκος, ἂν μὲν οἰκεῖος ᾖ τῷ λοιπῷ σώματι καὶ συμφυὴς, εὐεξίαν ποιεῖ καὶ μέγεθος· εἰ

B Multos enim feliciter agere, & magna conſequi, nunquam ægritudine affecerit eum qui ſapiat: maximè quum & ipſe præcipua nanciſcatur, & fortaſſis etiam illis nanciſcendi præbeat anſam. Simile enim foret, vt ſi quis vni ſibi vellet ſplẽdere ſolem, aut Iouem pluere, aut ventos flare, aut nullũ alium de fonte bibere poſſe. Attamen humaniſſimus Imperator, omniúmque prudentiſſimus mihi conceſſit pro quibus rogaueram, atque aliis itidem pro quibus illi.
C Ob quam rem igitur omnem hunc feci ſermonem, quum vos de aliis deliberetis? Quia & hanc rem ego primus attigi, multóſque hîc feci ſermones de concordia, putans hoc vtile eſſe ciuitati, & melius eſſe quàm diſſidere cum vllo hominum: maximè verò cũ ſic propinquis, vrbíque vicinis. Non ego ſanè ad illos veni, neque dixi humani quicquã ante, quàm ciuitas publicè recõciliaretur, vóſque inter vos amici fieretis. Quanquã
D decretũ miſerunt ſtatim in principio, amicè compellantes, obſecrantéſque ad ſe venirem: & mihi multa cum illis iura intercedebant, vt alij cuilibet huius ciuitatis: attamen nõ ſuſtinui pro mè cum illis humaniter congredi, ſed communiter vobiſcum illis volebam fieri amicus. Vnde me ſuſpectabant, ferebántque grauiter. Et nunc auditis compoſitionibus, amicitiáque hac inita, decretóque à vobis facto, vt vocarer, fortaſſis & huius operæ gratia (forſan enim ſperatis & me cõſorte omnia & faciliora & ſecuriora fore: quã-

quam etiam nunc fortaſſe non ſolū præ- A ſentibus, verùm etiam mihi honorem tribuatis, perpendentes & me cum aliis veſtrū eſſe ciuem) fortè alacriores facti ſunt erga vos. Tamē haud valde feſtinaui, accedere metuens, ne hoc impedimētum foret non illis, ſed quibuſdam in hac ciuitate. Ferè enim ſolent plerique homines non actis, ſed agentibus inuidere: poſtquā & ſuperiore anno hòſce ad me ſermones fecerunt illorum præfecti. Et tunc licebat B vobis à negotiis liberari: ſed ego metuebā, ne huius ciuitatis quidā difficulter & moroſè ferrent, vt ego ea conficerem; ideò & nunc quodammodo volens fui tardior. Quæcunque igitur & per me & per alios, confici poſſunt ciuitati, ea ego illis malo committi: vt ne quis aduerſetur, neque contriſtetur tortus inuidia. Quæcūque autem difficulter ab alio huius ciuitatis confici poſſunt, fortè verò & nimis difficilia ſunt, ad ea me ſemper exiſtimate intēto fore animo, dū ſpirauero. Quin C etiā quiſquis ad negotia ciuitatis alacris fuerit, atque aliquid nobis commodi adferre poterit, me primum habebit teſtimonium perhibentem, & cooperantem. Atque idipſum negotium quod rectè adminiſtratur, multo libētius laudauero, prōptiúſque, alio agente, quàm ſi ipſe conſuluiſſem. Neque enim magni fieri cupiēs, neque laudantibus indigens, neque cupiditate gloriæ, ſed beneuolentia erga vos, D volo fieri aliquid quod cōueniat. Et deos precor omnes, ſeneſcens vt quamplurimos videam me longè magis idoneos, vt commodent ciuitati. Et nunc pro his laudo & magiſtratum, & qui hoc cōſilium dedit. Omnes enim (vt breuiter dicam) inimicitiæ, omne diſſidiū cū quolibet ſuſceptum, operoſum eſt & difficile, tam ciuitati quàm priuato, quoquo modo etiā ſint affecti. Imbecilles enim multa eſt occaſio redarguere atque humiliare, ad ea quæ prius habent mala: beatis autem moleſtiam exhibere, perturbaréque illorum

A τοι καὶ νῦν, ἴσως οὐ τοῖς παροῦσι μόνον, ἀλλὰ κἀμοὶ νέμοντες τιμὴν, μετὰ τῶν ἄλλων λογιζόμενοι κἀμὲ πολίτην ὑμέτερον· τυχὸν προθυμότεροι γεγόνασι πρὸς ὑμᾶς. ὅμως δ' οὐ σφόδρα ἠπειγόμην εὐλαβούμενος, μὴ γένηται τοῦτο ἐμποδὼν οὐκ ἐκείνοις, ἀλλὰ τῶν ἐντεῦθεν τισί. σχεδὸν γὰρ εἰώθασι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, οὐ τοῖς πραττομένοις, ἀλλὰ τοῖς πράττουσι φθονεῖν. ἐπεὶ καὶ πέρυσι τοὺς λόγους τούτους πρὸς ἐμὲ ἔλεγον οἱ προεστῶτες αὐτῶν. καὶ τότε ἐξῆν ὑμῖν ἀπηλλάχθαι B πραγμάτων· ἀλλ' ὑφεωρώμην ἐγὼ μήτισι τῶν ἐντεῦθεν προσιόντες γένηται, καὶ δυσχερῶς φέρωσιν, ἐμοῦ πράττοντος αὐτά· καὶ νῦν τρόπον τινὰ ἑκὼν ἐβράδυνα. ὅσα μὲν οὖν καὶ δι' ἐμοῦ καὶ δι' ἑτέρων δυνατὰ γίνεσθαι τῇ πόλει, ταῦτα ἐκείνοις ἀξιῶ μᾶλλον ἐπιτρέπειν· ἵνα μηδεὶς ἀντιβαίνῃ, μηδὲ λυπῆται βασκαίνων. ὅσα δ' οὐ ῥᾴδιον ὑπ' ἄλλου τῶν ἐντεῦθεν πραχθῆναι· τυχὸν δὲ καὶ λίαν χαλεπὸν, ἡγεῖσθε πρὸς ἐκείνοις ἀεί με τὴν C γνώμην ἔχειν μέχρις ἂν ἐμπνέω. καὶ μὴν ὅς τις ἂν προθυμῆται τὰ περὶ τὴν πόλιν, καὶ δύνηταί τι ποιεῖν ὑμῖν συμφέρον, ἐμὲ πρῶτον ἕξει τὸν μαρτυροῦντα, καὶ συναγωνιζόμενον. καὶ δὴ αὐτὸ πρᾶγμα ὃ γίνεται ὀρθὸν, πολὺ ἂν ἥδιον ἐπαινέσαιμι, προθυμότερον ἄλλου πράττοντος, ἢ αὐτὸς εἰσηγούμενος. οὐδὲ γὰρ εὐδοκιμεῖν βουλόμενος, οὐδὲ τῶν ἐπαινούντων ἀπορῶν, οὐδ' ἐπιθυμίᾳ δόξης, ἀλλὰ τῇ D πρὸς ὑμᾶς εὐνοίᾳ, βούλομαι γίνεσθαί τι τῶν δεόντων. καὶ τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι, γηρῶν ὡς πλείστους ἐπιδεῖν ἱκανωτέρους ἐμοῦ τὴν πόλιν ὠφελεῖν. καὶ νῦν παρ' τούτου ἐπαινῶ· τόν τε ἄρχοντα καὶ τὸν εἰσηγησάμενον. πᾶσα μὲν γὰρ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἔχθρα καὶ διαφορὰ πρὸς ὁντινοῦν γινόμενον ἐργῶδες καὶ δυσχερὲς, καὶ πόλει, καὶ ἰδιώτῃ, κἂν ὁπωσοῦν τύχωσι διακείμενοι. τούς τε γὰρ ἀσθενεῖς ἱκανὸν ἐξελέγξαι καὶ ταπεινῶσαι πρὸς τοῖς οὖσι χαλεποῖς· καὶ τοὺς εὖ πράττοντας ἐνοχλῆσαι, καὶ ταράξαι τὴν φυ-

χὴν αὐτοῖς. ὅθεν οἱ νοῦν ἔχοντες, αἱροῦνται φέρειν ἐλαττούμενοι τὰ μέτρια, καὶ μὴ σφόδρα ἀκριβῶς περιέχεσθαι τῶν δικαίων, φιλονεικοῦντες ἐφ' ἑκάστῳ, καὶ μηδενὶ μηδὲν εἴκοντες, ἀεί τινας ἔχειν τοὺς ἐπιβουλεύοντας, καὶ πολεμοῦντας· καὶ τοῦτο μὲν τοῖς εὐτυχήμασι νεμεσῶντας, καὶ καθ' ὅσον οἷοί τέ εἰσιν ἐμποδὼν ἱσταμένους· τοῦτο δὲ ἂν συμβῇ τι πταῖσμα, πολλὰ δὲ ὡς ἐν ἀνθρώποις γιγνόμενα, χαίροντας, καὶ ἐπιτιθεμένους. οὐ γάρ ἐστιν οὐδεὶς ἀσθενὴς οὕτως, οὐδὲ ἀδύνατος τὴν φύσιν ἄνθρωπος ὢν πρὸς ἄνθρωπον, ὃς οὐ τυγχάνει καιροῦ τὴν δυσμένειαν ἐνδείξασθαι καὶ τὸ μῖσος, ἢ καθ' αὑτόν, ἢ σὺν ἑτέροις, καὶ λόγον τινὰ εἰπεῖν, ὃς πάντως ἐλύπησε, καὶ πρᾶγμα συνθεῖναι τὸ βλάψον. οὐδὲ γὰρ νόσημα οὐδὲν οὕτως ἀναίσθητον τοῖς ἔχουσιν, ὡς μηδέποτε βλάψαι, μηδὲ ἐμποδὼν γενέσθαι μηδεμιᾶς πράξεως, ἀλλὰ καὶ ἐγρηγορότι, κἂν βαδίζοντι· μὴ σφόδρα ἐνοχλῇ τὴν ἰσχὺν τοῦ σώματος, εἴς γε τὴν κοίτην ἀπήντησε, καὶ διασπᾷ, καὶ διαφθείρει τὸν ὕπνον. οὕτως ἔγωγέ φημι, μηδέποτε λυσιτελεῖν, μηδὲ ἀπεχθάνεσθαι, καὶ φιλονεικεῖν, μηδὲ τῇ μεγίστῃ πόλει πρὸς τὴν βραχυτάτην κώμην· ὅταν δὲ δὴ πρὸς ἀνθρώπους ἣ πόλιν οἰκοῦντας μικράν, καὶ πολιτείαν ἐξαίρετον ἔχοντας, καὶ παρὰ τοῖς ἡγεμόσι τιμήν τινα καὶ δύναμιν, ἐὰν σωφρονῶσι. δεῖ γὰρ ὑμᾶς ἀκούειν τἀληθῆ, καὶ μὴ χαλεπῶς φέρειν, ἐάν τις ἑτέρους ἐπαινεῖν βουλόμενος ὑμᾶς ὠφελῇ· τὸ δὲ μέγιστον ὁμόρους καὶ ἀστυγείτονας, καὶ μονονουχὶ καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν ὑμῖν ἐπιμιγνυμένους· τοῦτο μὲν τοῖς πλείστοις ἐπιγαμίας ὑπαρχούσης, τοῦτο δὲ πολιτῶν τινων, καὶ σχεδὸν τῶν δυνατωτάτων παρ' ἡμῖν τῶν παρ' ἐκείνοις τιμῆς τετυχηκότων, πῶς χρὴ ταύτην ἄλυπον καὶ ἀβλαβῆ τὴν ἔχθραν ὑπολαμβάνειν; καὶ μηδεὶς ὑπολάβῃ με λέγειν, ὡς ἄρα χρὴ τελείως ὑποπεσεῖν, καὶ μηδὲν ἐκείνων προαιρουμένων δίκαιον, μηδὲ ἐπιεικές, αὐτοὺς δεῖσθαι καὶ παρακαλεῖν· αἱρουμένων δὲ αὐτῶν καὶ προθυμουμένων εἰς φιλίαν

A *animum. Vnde qui ſapiunt, malunt mediocribus potiri, aliqua concedentes: quã valde accuratè adhærere iuribus, & pro re quauis contendentes, nullique nihil cedentes, ſemper quoſdam habere inſidiãtes, bellúmque inferentes: atque nunc quidem felicitatibus inuidentes, quantúmq; facere poſſunt ſeſe impedimento obiicientes: nunc verò, ſi quod accidat detrimentũ (multa autem, vt inter homines, accidũt) gaudentes & aggrediẽtes. Non enim ho-*

B *mo vllus eſt ita imbecillis aut inualidus natura, qui nõ nanciſcatur opportunitatem ad inimicitias odiúmque demonſtrãdum, vel per ſe, vel cum aliis, vel ſermonẽ aliquem dicendum qui prorſus ægritudine afficiat, negotiúmque concinnandum damnoſum. Neque enim morbus vllus ita non ab habẽtibus ſentitur, vt nunquã obſit, neque vlli impedimento ſit actioni, ſed vel vigilanti vel ambulanti obſtat: & tametſi non vehementer corporis fatigat*

C *robur, in lectum tamẽ eum comitatur, & diſtrahit atque corrumpit ſomnum. Sic ego aio nũquam prodeſſe, odio haberi & contendere, ne maximæ quidem ciuitati cum minimo vico: nedum cũ hominibus paruam inhabitantibus ciuitatem, rémque publicam habentibus peculiarem, & apud preſides honorem quendam aut potentiam, ſi ſe gerant moderatè. (Oportet enim vos audire vera, & non moleſte ferre, ſi quis alios laudans vobis proſit) &*

D *quod maximum eſt, cum finitimis & vicinis, & tantùm non ſingulis diebus inter vos verſantibus: cum quòd plurimis nuptiarum vobiſcum commercia ſint, tum quòd ciues quidam & ferè potentiſſimi apud vos, apud illos honorem ſunt conſecuti. Quomodo credendum eſt, haſce inimicitias iucundas & innoxias eſſe? Et nemo me hoc dicere ſuſpicetur, quòd prorſus ſuccumbere oporteat, atque illis nihil æqui decernentibus neque moderati, eos rogare & obſecrare: verũ quum ipſi decernant, promptíque ſint ad amicitiã, vt*

vos

vos ad eam feramini promptiores, quódque contentionem ex diſsidio ortã ad hoc transferre multò honeſtius ſit, quò nos quàm illi æquiore mẽte prędi ti videamur, magíſque pecuniam pluráque habendi cupiditatem contemnere. Non enim ita turpe eſt in operibus odioſis ſuperari, atque herclè in factis inimicis, vt in mediocritatis humanitatíſq; officiis. Qui enim in illis ſuperatur, in opinionem venire ſolet quòd ſit infirmior: qui verò in his, quòd ſit improbus & contentioſus. Quanto ergo melius eſt infirmum videri, quàm prauum: tanto etiam melius eſt, poſteriores eſſe ad pugnandum, quàm ad reconciliandum. Merito autem mihi attenderetis animum magis quàm aliis; fortè quidem & aliud, illud autem præcipuè cõſiderãtes, quòd mea priuatim nihil referat; neque vexationem aliquam, neque ſumptum mei ipſius recuſans, propterea negligam id quod vos deceat. Quòd me enim non ſitis turbaturi nolentem, neque iuſſuri vt peregrinationem ſuſcipiam, vt qui iã multum temporis apud vos verſatus ſim, perſpicuè noui. Quúmque alioqui minimè ſim ocioſus, vobis conducere puto, vt neque hoc modo peregrinationem ſuſcipiam. Sed quod dixi, ſatius puto omnibus hominibus, non vobis ſolùm, neque ſuſcipere facilè inimicitias non admodum neceſſarias: & ſi quę prius exiſtunt, deponere quouis pacto ſi fieri poſsit: damnum ex diſsidio maius exiſtimantes, detrimẽto ob compoſitionem accepto. Omnis enim (vt aiunt) pax melior bello: atque omnis amicitia longè melior vtiliórque mente præditis quàm inimicitiæ, & priuatim domibus, & publicè ciuitatibus. Quippe pax atque concordia vtentibus ſe nihil vnquam nocuerunt: inimicitiæ verò & contentiò mirum ſi non irrecuperabilia & maxima dederũt damna. Et concordię quidem & nomẽ plauſibile, & experientia optima iuxtà & vtiliſsima eſt omnibus: ſeditionis autẽ &

A ἑτοιμοτέρους πρὸς τοῦτο φέρεσθαι, καὶ
τὴν φιλονεικίαν τὴν ἐκ τῆς διαφο-
ρᾶς ἐπὶ τοῦτο μετενεγκεῖν πολὺ κάλλιον·
ὅπως αὖθις εὐγνωμονέστεροι φαινόμε-
θα, καὶ μᾶλλον καταφρονοῦντες χρη-
μάτων καὶ τοῦ πλείονος. οὐ γὰρ οὕ-
τως αἰσχρόν ἐστι λείπεσθαι τοῖς διὰ τὸ
μῖσος ἔργοις, καὶ νὴ Δία, τοῖς πρὸς ἔχ-
θραν, ὡς τοῖς ἀπὸ μετριότητος καὶ τῆς
φιλανθρωπίας. ὁ μὲν γὰρ ἐν ἐκείνοις
ἡττώμενος, κινδυνεύει λαβεῖν δόξαν ἀ-
B σθενείας· ὁ δ᾽ ἐν τούτοις, σκαιότητος καὶ
φιλονεικίας. ὅσῳ δὴ κρεῖττον ἀσθενῆ δό-
ξαι μᾶλλον ἢ πονηρόν, τοσούτῳ βέλ-
τιον ὑστέρους εἶναι μαχομένους, ἢ διαλ-
λαττομένους. εἰκότως δ᾽ ἄν μοι προσ-
έχητε τὸν νοῦν μᾶλλον ἑτέρων· τυχὸν
μὲν καὶ διὰ ἄλλο, ἔτι δὲ κἀκεῖνο σκοποῦν-
τες, ὅτι μηδὲν ἰδίᾳ μοι διαφέρει· μη-
δὲ ὄχλησιν τινὰ ὀκνῶν ἢ δαπάνην ἐ-
μαυτοῦ, διὰ τοῦτο ἀμελῶ τοῦ πρέπον-
τος ὑμῖν. ὅτι γὰρ με οὐκ ἐνοχλήσετε
C μὴ βουλόμενον, οὐδὲ κελεύσετε ἀπο-
δημεῖν, ὥσπερ ἤδη πολὺν ἔχοντα χρό-
νον παρ᾽ ὑμῖν, ἐπίσταμαι σαφῶς. ἄλ-
λως τε οὐκ ἀσχολούμενος ἐγώ, νομίζω
συμφέρειν ὑμῖν, οὐδὲ τοῦτον ἀποδημεῖν
τὸν τρόπον. ἀλλ᾽ ὅπερ ἔφην, βέλτιον ἡ-
γοῦμαι πᾶσιν ἀνθρώποις, οὐ μόνον ὑμῖν,
μήτε ἀναιρεῖσθαι ῥᾳδίως ἔχθρας, μὴ
σφόδρα ἀναγκαίας· τάς τε πρότερον
οὔσας, καταλύεσθαι παντὶ τρόπῳ, ἂν
ᾖ δυνατόν· τὴν ἐκ τοῦ διαφέρεσθαι
D τὴν βλάβην μείζονα ἡγουμένους, τῆς
περὶ τὰς διαλύσεις ζημίας. πᾶσα γάρ,
ὥς φησιν, εἰρήνη, κρείττων πολέμου·
καὶ πᾶσα φιλία πολὺ ἀμείνων καὶ λυσι-
τελεστέρα τοῖς νοῦν ἔχουσιν, ἔχθρας· καὶ
ἰδίᾳ τοῖς οἴκοις, καὶ δημοσίᾳ ταῖς πόλε-
σιν. εἰρήνη μὲν γὰρ καὶ ὁμόνοια τοῖς
χρωμένοις οὐδὲν πώποτε ἔβλαψεν· ἔχ-
θρα δὲ καὶ φιλονεικία, θαυμαστὸν εἰ μὴ
σφόδρα ἀνήκεστα, καὶ μεγάλα. καὶ τῆς μὲν
ὁμονοίας τό τε ὄνομα εὔφημον, ἥ τε πεῖρα
ἀρίστη καὶ λυσιτελεστάτη πᾶσι· στάσεως δὲ καὶ

διαφορᾶς, σκυθρωπὴ μὲν ἡ προσηγορία καὶ δυσχερής, πολὺ δὲ χείρω καὶ τὰ ἔργα καὶ σκυθρωπότερα. καὶ γὰρ εἰπεῖν ἔστι καὶ ἀκοῦσαι καὶ πολλὰ τῶν ἀβουλήτων, καὶ πρᾶξαι, καὶ παθεῖν. ἡ δὲ τῶν ἐγγὺς οὕτως καὶ ὁμόρων διαφορὰ καὶ τὸ μῖσος, οὐδὲν ἄλλο ἔοικεν, ἢ στάσει μιᾶς πόλεως· ὅπου καὶ γάμων κοινωνία πολλοῖς, καὶ συμβολαίων, καὶ τὸ ἀφικνεῖσθαι παρ' ἀλλήλους σχεδόν τι καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν, καὶ τὸ συγγενεῖς εἶναι, καὶ συνήθεις, καὶ ξένους, τρόπον τινὰ ἀλλήλοις ἅπαντας. παροικοῦσα δὲ πόλις ἐχθρὰ καὶ δυσμενής, λυπηρὸν πάντα τρόπον καὶ δυσομίλητον· ὥσπερ εὔνους καὶ φίλη, συμφέρον καὶ ἀγαπητόν. ἐνθυμεῖσθε δὲ ὅσῳ μὲν ἥδιον ἀποδημεῖν πρὸς τοὺς πέλας οἰκείως ἔχοντας, ἀλλὰ μὴ ἐχθρῶς· ὅσῳ δὲ βέλτιον τοὺς ἐπιξενουμένους ὑποδέχεσθαι χωρὶς ὑποψίας. ἐν δὲ ταῖς κοιναῖς πανηγύρεσι, καὶ θεῶν ἑορταῖς καὶ θέαις· ὅσῳ κρεῖττον καὶ σωφρονέστερον ἀναμίγνυσθαι συνθύοντας ἀλλήλοις, καὶ συνευχομένους· ἀλλὰ μὴ τοὐναντίον καταρωμένους, βλασφημοῦντας. αἱ δὲ ἐπιβοήσεις ἑκατέρου τοῦ πλήθους ἐν τοῖς σταδίοις καὶ τοῖς θεάτροις, πόσον διαφέρουσι μετ' ἐπαίνου γιγνόμεναι, καὶ πολλῆς εὐφημίας, τῶν μετὰ μίσους καὶ λοιδορίας; οὐ γὰρ ἀνθρώπων ἐπιεικῶν, οὐδὲ πόλεων σωφρόνων· μᾶλλον δὲ ἑταιρῶν ἀσχημόνων, ἀπὸ οἰκήματος ἑκατέρας οὐδὲν αἰσχυνομένων ῥῆμα ἀκόλαστον εἰπεῖν, ᾗ φησιν Ὅμηρος·

A *diſsidij, tetrica quidem & moleſta appellatio eſt, multò autem peiora ſunt facta, magiſque tetrica. Etenim dicere cõtingit & audire multa moleſta, & multa quæ nolis & facere & pati. Diſsidiũ autem tam propinquorum, atque tam finitimorum odium, nihil aliud eſſe videtur quàm vnius ſeditio ciuitatis, vbi & nuptiarum multis eſt & commerciorum ſocietas, atque alteri veniũt ad alteros propemodùm ſingulis diebus, & ſunt cognati inter ſe* B *& familiares, hoſpitéſque quodammodo omnes. Propè autem habitãs ciuitas hoſtilis atque inimica, triſtis omnino res eſt, & inſociabilis: quemadmodum beneuola & amica, cõmoda atque chara res eſt. Cogitate autem, quanto iucũdius ſit peregrinari ad in propinquo habitantes, familiariter & non hoſtiliter affectos: quantóque melius hoſpites adueniẽtes ſuſcipere abſque ſuſpicione. Atque in communibus conuentibus, & deorum* C *feriis & ſpectaculis, quanto melius modeſtiúſque ſit inter ſe miſceri ſacrificantes, ſimúlque precari, quàm è diuerſo deuouere atque malè dicere. Acclamationes autem vtriuſque multitudinis in ſtadiis & theatris, quantum differant cum laude factæ, multóque fauore, ab iis quæ cum odio atque conuiciis? Non enim hoc eſt moderatorum hominum, neque ciuitatum honeſtarum: ſed magis inhoneſtarum meretricum, quas ex* D *vtriuſque ædibus nihil pudet quodlibet verbum ſcurrile dicere, vt ait Homerus:*

Αἵτε χολωσάμεναι ἀγορῆς ἐς μέσον
  ἰοῦσαι,
Νεικεῦσ' ἀλλήλῃσι, χόλος δέ τε καὶ τὰ
  κελεύει.

Quæ lite incenſæ magna, pectúſ-
  que vorante,
Mutuò iurgantur ſæuè, ad mediúm-
  que feruntur
Vſque forum celeres, vbi veráque
  falſáque iactant:

πόσῳ δὴ ταῦτά ἐστι, τὸ μὴ πάσχειν; ὅσῳ δὴ πλείονος τὸ μὴ ποιεῖν; ποῖον δ' ἂν τοσοῦτον γένοιτο χρημάτων πλῆθος, ἢ χώρας μέγεθος,

Quanti autem æſtimandum, hæc non pati? Quanto verò pluris, non facere? Quæ autem tanta eſſe queat pecuniarum copia, aut regionis magnitudo, pro

qua non cõueniat hominibus mente prææditis, comparare quotidianum fauorem, vt decenter quidem ludi ſpectarentur, prompte verò peregrinatio ſuſciperetur? Quin etiam ea quæ ſunt in regione, & quæ ſunt in mari, quæque ſunt in montibus, ſemper vos in idem loci congregant, atque nolentes etiam cogunt mutua habere commercia: illi enim indigẽt materia quæ apud nos eſt, aliiſque multis: & nos haud quimus per alium portum nec inferre nec efferre, quæ apud nos proueniũt. Quo pacto igitur non omnium infortunatiſſimum ſit, emere vnumquemque ab hominibus non amicis, venũdareque oſoribus, naues applicare apud grauatè excipientes, ſuſcipere conuiciantes, cõuiuia interdum agere cum alieniſſimis: & ſi quis nauẽ inſcendat, manifeſtè ſcire, quòd & à gubernatore & nautis deuoueatur? Quòd autem omnium iniucundiſſimum eſt, ſemper inimicos videre præ oculis, & nauigantes, & iter facientes: atque hos ſemper plurimos in viis occurrere, prauũ & moleſtum ſignũ eſt: vt prorſus neceſſe ſit prætereũtes vel dicere, vel audire quòd mordeat. Itáque ſæpenumero mecum cogitaui hominum ruditatem, corruptionémque, quòd peioribus ſint animis quã ignobiliſſima viliſſimáq; animalia. Homines enim frequenter, quum mutuò ſe conueniunt, pugnantes conuiciantéſque recedunt. Formicæ autem ita denſæ ambulantes, nunquam vexant ſe mutuò, ſed valde manſuetè conueniunt, prætereúntque, & ſuccurrunt inuicem. Et quidem, quod nunc accidit circa noſtram ciuitatem, reuera ſanè multos tangit, vellicátque alios omnes: quòd cauſas vos ſuſcipiatis, eáſque apud vos neceſſe ſit iudicari: oportet autẽ propter hoc magis humaniter agere, neque facere voſmetipſos inuidioſos. Deinde legati ad hoc delecti negotiũ, vnde diſcedent, nónne illinc? Nónne ab inimiciſſimis huc appellent nauigantes? portúq; vtentur inimicæ ciuitatis?

A ἀνθ' οὗ προσήκει τοὺς νοῦν ἔχοντας ἀνθρώποις ἀντικαταλλάξασθαι τὴν καθ' ἡμέραν εὐφημίαν, τὸ πρεπόντως μὲν θεάσασθαι, προθύμως δὲ ἀποδημεῖν; καὶ μὴν τά γε τῆς χώρας, καὶ τὰ τῆς θαλάττης, καὶ τὰ τῶν ὀρῶν, ἐξ ἅπαντος ὑμᾶς εἰς τὸ αὐτὸ συνάγει, καὶ μὴ βουλομένους ἀναγκάζει χρήσασθαι ἀλλήλοις· ἐκεῖνοί τε γὰρ δέονται τῆς παρ' ὑμῶν ὕλης, καὶ ἑτέρων πολλῶν, καὶ ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν οὔτε εἰσαγάγεσθαι δι' ἑτέρου λιμένος, οὔτ' ἐκπέμψαι τὰ γινόμενα B παρ' ἡμῖν. πῶς οὖν οὐχ ἁπάντων δυστυχέστατον, ὠνεῖσθαι μὲν ἑκάστοις παρὰ ἀνθρώπων οὐ φίλων, ἀποδίδοσθαι δὲ τοῖς μισοῦσι, κατάγεσθαι δὲ παρὰ τοῖς βαρυνομένοις, ὑποδέχεσθαι δὲ τοὺς λοιδοροῦντας, συνεστιᾶσθαι δὲ ἐνίοτε τοῖς ἀλλοτριωτάτοις· ἐὰν δὲ πλοίου τις ἐπιβαίνῃ, σαφῶς εἰδέναι καὶ τὸν κυβερνήτην καὶ τοὺς ναύτας ἅπαντας καταρωμένους. τὸ δὲ πάντων ἀηδέστατον ὅραμα ἐχθρῶν, τοῦτο ἀείποτε ὁρᾶν, καὶ πλέοντας, καὶ βαδί- C ζοντας, καὶ τούτους ἀεὶ, πλείστους κατὰ τὰς ὁδοὺς ἀπαντᾶν· πονηρὸν καὶ δυσχερὲς σύμβολον· ὥστε πάντως εἰπόντα τι προσῆκεν, ἢ ἀκούσαντας δυσχερές. ὥστε ἔγωγε ἐνεθυμούμην πολλάκις, τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀμαθίαν καὶ διαφθορὰν, ὅτι τῶν σφόδρα ἀδόξων, καὶ φαυλοτάτων ζώων χείρους εἰσὶ ταῖς ψυχαῖς. οἱ μὲν γὰρ, ἄνθρωποι πολλάκις ἐντυχόντες ἀλλήλοις μάχονται, καὶ λοιδορηθέντες ἀπίασιν. οἱ δὲ μύρμηκες, οὕτω πυκνοὶ βαδίζοντες, οὐδέποτε ἠνώχλησαν D ἀλλήλους, ἀλλὰ πάνυ πρᾴως ἐντυγχάνουσι, καὶ παρίασι, καὶ βοηθοῦσιν ἀλλήλοις. καὶ μὴν τὸ νῦν συμβεβηκὸς περὶ τὴν ἡμετέραν πόλιν, τὸ μὲν ἀληθὲς, ἅπτεται πολλῶν, καὶ κνίζει τοὺς ἄλλους πάντας· ὅτι δὴ τὰς δίκας ὑμεῖς ἀποδέχεσθε, καὶ παρ' ὑμῖν αὐτὰς ἀνάγκη κρίνεσθαι· χρὴ δὲ δι' αὐτὸ μᾶλλον φιλανθρώπως ἔχειν, καὶ μὴ παρέχειν ἑαυτοὺς ἐπιφθόνους. αὐτίκα πρέσβεις οἱ χειροτονηθέντες ἐπὶ τοῦτο πρᾶγμα, πόθεν ἀπίασιν, οὐκ ἐκεῖθεν; οὐ παρὰ τῶν ἐχθίστων ἀναχθήσονται πλέοντες; καὶ χρήσονται τῷ λιμένι τῆς ἐχθρᾶς πόλεως;

ἢ κύκλῳ περιίασιν, ὥσπερ χαλεπῆς καὶ ἀβάτου τῆς ἐγγὺς ἡμῖν θαλάττης; ἐγὼ μὲν γάρ, καὶ τοῖς πρότερον διαφερομένοις πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας, ταῦτα ἡγοῦμαι χαλεπώτερα καὶ βαρύτερα, τοῦ λαβόντος ὅπλα καὶ βαδίζειν εἰς τὴν χώραν, ἢ προσβάλλειν τοῖς τείχεσιν, ἢ τὰ δένδρα κόπτειν, ἢ τοῖς καρποῖς πῦρ ἐνιέναι. τούτων γάρ, οἶμαι, χαλεπῶν ὄντων, τὸ πάντη χαλεπώτερόν ἐστιν, ἀφ' ὧν γίγνεται τὸ τῆς ἔχθρας, καὶ τὸ τοῦ μίσους. οὐ γάρ ἐστι φανῆναί ποτε ἀπὸ τούτου τοῦ πράγματος ὠφέλιμον οὐδὲ χρηστόν. ὅ τε γὰρ τῆς ἔχθρας καρπός, ἀπὸ πάντων πικρότατος καὶ δριμύτατος· ὥσπερ, οἶμαι, τοὐναντίον, ὁ τῆς εὐνοίας ἥδιστος καὶ λυσιτελέστατος. τὸ γὰρ μηδέποτε εἴκειν, μηδὲ παραχωρεῖν τῷ πλησίον· λέγω δέ, χωρὶς αἰσχύνης, μηδὲ τῶν μὲν τυγχάνειν αὐτούς, τὰ δὲ παριέναι τοῖς ἄλλοις· οὐκ ἀνδρεῖόν ἐστιν ὥσπερ οἴονταί τινες· οὐδὲ μεγαλόφρον, ἀλλ' ἀνόητον καὶ ἀμαθές. οὐχ ὁρᾶτε τοῦ ξύμπαντος οὐρανοῦ, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ θείων καὶ μακαρίων αἰώνιον τάξιν καὶ ὁμόνοιαν καὶ σωφροσύνην, ἧς οὔτε κάλλιον οὔτε σεμνότερον οὐδὲν οἷόν τ' ἐπινοῆσαι; πρὸς δὲ αὐτῷ λεγομένων στοιχείων, ἀέρος, καὶ γῆς, καὶ ὕδατος, καὶ πυρὸς τὴν ἀσφαλῆ καὶ δικαίαν δι' αἰῶνος ἁρμονίαν, μεθ' ὅσης εὐγνωμοσύνης καὶ μετριότητος διαμένειν πέφυκεν αὐτά τε σωζόμενα, καὶ σώζοντα τὸν ἅπαντα κόσμον; σκοπεῖτε γάρ, εἰ καί τισι δόξει μετέωρος ὁ λόγος, οὐ πάνυ τι ὑμῖν συμπαθής, ὅτι ταῦτα πεφυκότα ἄφθαρτα καὶ θεῖα, καὶ τοῦ πρώτου καὶ μεγίστου γνώμῃ, καὶ δυνάμει κυβερνώμενα θεοῦ τὸν ἅπαντα χρόνον, ἐκ τῆς πρὸς ἀλλήλους φιλίας καὶ ὁμονοίας σώζεσθαι φιλεῖ· τά τε ἰσχυρότερα καὶ μείζω, καὶ τὰ ἐλάττω δὲ δοκοῦντα. ταύτης δὲ τῆς κοινωνίας διαλυθείσης, καὶ στάσεως ἐπιγενομένης, οὐχ οὕτως ἀνώλεθρος, οὐδὲ ἄφθαρτος αὐτῶν ἡ φύσις, ὥστε μὴ ταράττεσθαι, καὶ τὴν ἀμήχανόν τε καὶ ἄπιστον, ὡς φασιν, ὑπομένειν φθοράν, ἐκ τοῦ ὄντος εἰς

A *An illis circumeundum erit, quaſi ſæuum ſit & inuium mare nobis propinquum? Ego enim, vt & antea dixi, diſsidentibus cum vicinis hæc difficiliora grauioráque puto, quàm capere arma, & incurrere in regionem, aut machinas mœnibus admouere, aut excindere arbores, aut fructibus ignem immittere. Hæc enim quum (vt opinor) acerba ſint, omni tamen ex parte acerbius eſt id, quod ex inimicitiis atque odiis prouenit. Neque enim apparet, hac* B *ex re quicquam vtile aut bonum vnquã proueniſſe. Inimicitiarum ſiquidem fructus ab omni parte amariſsimus & acerbiſsimus eſt: ſicuti opinor, è diuerſo, beneuolentiæ iucundiſsimus atque vtiliſsimus. Nunquam enim cedere, neque locũ dare proximo (dico autem, abſque turpitudine: neque eò, vt quæ nanciſcaris ipſe, aliis dimittas) non virile eſt, ſicuti putant quidam: neque magni animi, ſed ſtultum & agreſte. Non videtis vniuerſi cœli, & quæ* C *in eo ſunt diuinorum beatorúmque ſempiternum ordinem atque cõcordiam moderationémque, qua neque pulchrius neque grauius quicquam excogitari poteſt? Ad hæc, elementorum quæ dicuntur, aëris & terræ, aquæ & ignis tutam atque æquam per ſecula harmoniam, qua cum beneuolentia & mediocritate perdurare ſoleant ſalua, ſaluéntque omnem mundum? Animaduertite enim, etiã ſi quibuſdam hæc oratio de ſublimibus eſſe videa-* D *tur, neque omnino ad veſtrum affectum compoſita, quòd ea quum ſint incorruptibilia & diuina, & primi maximiq; Dei conſilio & potentia omne tempus gubernentur, ex mutua amicitia concordiáque ſaluari ament: tametſi partim ſint fortiora maioráque, partim verò minora videantur. Hac autem ſocietate conuulſa, ſuperuenientéque ſeditione, non ita interitus corruptioniſque expers illorum eſt natura, vt non conturbentur, & immenſam atque incredibilem (vt aiunt) ſuſtineant corruptionem, ab exiſtente in non*

exiſtens. Quæ enim apud ſapientes nominatur violẽtia ætheris, in quo regia maximéque propria animæ & potentiæ vis eſt, quem non fugiunt ignem nominare frequenter, terminóque definito & leniter naſcentem in quibuſdam conſtitutis temporibus cum omni amicitia cõcordiáque videbimus. Aliorum autem cupiditas & diſsidium iniquè exortum, in extremo interitus periculo eſt: qui vniuerſis nunquã cõtinget, eo quòd inter ea ſumma pax & iuſtitia exiſtat, omniáque vbique ſeruiãt correſpondeántq; ſibi, æquiſsimæ obediẽtia legi, cedentiáque. Non videtis, nunc quidem ſolem noctu excedere, daréque oriendi locum obſcurioribus aſtris: nunc autem lunę permittere, vt omnem terram illuminet, in defectu luminis melioris? Nunc verò ſidera locum dare ſoli, neque arbitrari ſe quicquam pati, aut perdere, propter illius Dei potentiam? Nunc autẽ ſolem medio interdum die tenebris obſcurari, luna intercedente, cui ipſe lumen miniſtrat: quinetiam ſæpè ab infirmiſsimis nubeculis abſcondi, aut aliqua rara circa lacus & flumina nebula ſtãte, interdum omnino excludi, interdum verò infirmum tenuémque radium tranſmittere? Ad hæc non videtis errantes ſtellas irrequieta incedere chorea, & nunquam ſibi inuicem eſſe impedimento? Rurſus ad hæc, terra quidem infimam ſortita regionem, ſubtus manet, tãquam nauis ſuſtentaculũ: aqua verò circa hanc diffuſa eſt: ſuper autem ambabus aër mollis tacitúſque vehitur; æther autem ſupremum obtinet locum, omniáque cõplectitur, diuino igne in circuitu ſuper ea circumcurrẽte? Et hæc quidem ita robuſta & magna, ſocietatem inter ſe mutuam habent, agúntque ſine inimicitiis: parua verò ita oppidula vilium hominum, gentéſque imbecilles in terræ particula habitantes, non poſſunt quieſcere, neque citra tumultum ſibi eſſe vicinæ? At volucres propè inter ſe nidos conſtruentes, non mutuò inſidiantur; neque

A τὸ μὴ ὄν. ἡ μὲν γὰρ λεγομένη παρὰ τοῖς σοφοῖς ἐπικράτησις αἰθέρος, ἐν ᾧ τὸ βασίλειον καὶ τὸ κυριώτατον τῆς ψυχῆς καὶ δυνάμεώς ὄν, οὐκ ἀποτρέπονται πῦρ ὀνομάζειν πολλάκις, ὅρῳ τε καὶ πράως γινόμενον ἔν τισι χρόνοις τεταγμένοις, μετὰ πάσης φιλίας καὶ ὁμονοίας ἔοικε συμβαίνειν. ἡ δὲ τῶν ἄλλων πλεονεξία καὶ διαφορὰ παρανόμως γινομένη, τὸν ἔσχατον ἔχει κίνδυνον ὀλέθρου, περὶ τῶν ὅλων οὔποτε ἐσομένου· διὰ τὸ πᾶσαν εἰρήνην καὶ δι-
B καιοσύνην ἐν αὐτοῖς ὑπάρχειν, καὶ πανταχοῦ πάντα δουλεύειν καὶ ξυνακολουθεῖν, εὐγνώμονι νόμῳ πειθόμενα, καὶ εἴκοντα. οὐχ ὁρᾶτε, τοῦτο μὲν ἥλιον νυκτὶ μεθιστάμενον καὶ παρέχοντα ἀνατεῖλαι τοῖς ἀφανεστέροις ἄστροις· τοῦτο δὲ σελήνην ἐῶντα καταλάμψαι τὴν ἅπασαν γῆν ἐν ἐρημίᾳ τοῦ κρείττονος φωτός; τοῦτο δὲ ἄστρα ὑποχωροῦντα ἡλίῳ, καὶ μηδὲν ἡγούμενα πάσχειν μηδὲ ἀπολλύναι, διὰ τὴν ἐκείνου τοῦ θεοῦ δύναμιν; τοῦτο δὲ αὐτὸν ἥ-
C λιον περὶ μέσην ἐνίοτε ἡμέραν ἐπισκοτούμενον, σελήνης ἐπιδραμούσης ᾗ τὸ φῶς αὐτὸς δίδωσι· πολλάκις γε μὴν, ὑπὸ τῶν ἀσθενεστάτων νεφῶν κρυπτόμενον, ἢ τινὸς ἀραιᾶς ὁμίχλης περὶ λίμνας καὶ ποταμοὺς ἱσταμένης, ὡς ἔσθ᾽ ὅτε μὲν εἴργεσθαι παντελῶς, ἐνίοτε δὲ ἀδρανῆ τὴν ἀκτῖνα καὶ λεπτὴν διαπέμπειν; τοῦτο δὲ τῶν πλανωμένων ἀστέρων τὴν ἄπαυστον χορείαν, ἃ μηδέποτε ἀλλήλοις ἐμποδὼν ἵσταται; πρὸς δὲ αὖ, γῆ μὲν τὴν κατωτάτω χώραν λαχοῦσα, ὑπομένει καθάπερ ἕρμα νεώς, ὕδωρ
D δὲ περὶ ταύτῃ κεχυμένον· ὕπερθεν δὲ ἀμφοῖν ἀὴρ μαλακός τε καὶ *εὔπνους, ὁ δὲ ἀνω- γ. ἄπνους.
τάτω καὶ ξύμπαντα ἔχων αἰθήρ, πυρὸς θείου κύκλῳ περιδραμόντος αὐτοῖς; καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἰσχυρὰ καὶ μεγάλα τὴν πρὸς ἄλληλα κοινωνίαν ἔχεται, καὶ διατελεῖ χωρὶς ἔχθρας· μικρὰ δὲ οὕτως πολίχνια τῶν ἐπιτυχόντων ἀνθρώπων ἔθνη καὶ ἀσθενῆ κατοικοῦντα ἐν μέρει τῆς γῆς, οὐ δύναται τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, οὐδὲ ἀθορύβως ἀλλήλοις γειτνιᾶν; ἀλλ᾽ ὄρνιθες ἐγγὺς ἀλλήλων ποιησάμενοι νεοττιάς, οὐκ ἐπιβουλεύουσιν αὐτοῖς, οὐδὲ

A διαφέρονται περὶ τροφῆς· οὐδὲ μύρμηκες πλησίον ὀπὰς ἔχοντες, ἐκ τῆς αὐτῆς ἅλω πολλάκις εἰσφερόμενοι σῖτον, ἀλλὰ παραχωροῦσιν αὐτοῖς, καὶ τῶν ὁδῶν ἐκτρέπονται, καὶ συνεργάζονται πολλάκις. οὐδὲ ἑσμοὶ πλείονες μελιττῶν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν νεμόμενοι λειμῶνα, τῶν ἔργων ἀμελήσαντες, περὶ τῶν ἀνθῶν τῆς δρόσου διαφέρονται. καὶ μὴν ἀγέλαι τε βοῶν καὶ ἵππων, ἀναμιχθεῖσαι πολλάκις, ἀθορύβως καὶ πρᾴως νέμονται, ὥστε μίαν ἐξ ἀμφοῖν ἀγέλην ὁρᾶσθαι. ἔτι δὲ αἰπόλια, καὶ B ποίμνια συμμιχθέντα ἐπὶ νομῆς, τὸ ἡμερεύσαντα ῥᾳδίως καὶ πρᾴως ὑπὸ τῶν νομέων διεκρίθησαν. ἄνθρωποι δὲ βοσκημάτων καὶ θηρίων χείρους, ὡς ἔοικε, τὰ πρὸς φιλίαν, καὶ τὸ κοινωνεῖν ἀλλήλοις. ἃ γὰρ ἡ φύσις ἐποίησεν εὐνοίας ἕνεκα, ταῦτα ἰδεῖν ἐστὶν ἔχθρας καὶ μίσους αἴτια γιγνόμενα. αὐτίκα ἡ πρώτη καὶ μεγίστη φιλία γονεῦσι πρὸς παῖδας.

diſsident pro eſca: neque formicæ foramina inter ſe propinqua habentes, ex eadémque area ſæpe frumenta inferentes, inter ſe pugnant, ſed cedunt mutuò, éque viis diuertunt, ſimúlq; operantur frequẽter. Neque plura apum examina vnum & idem depaſcentia pratum, neglectis operibus, pro florum rore diſsidẽt. Quinetiam armẽta boum equorũque permixta ſæpè, abſque tumultu & manſuetè paſcuntur, vt vnum ex ambobus armentum videatur. Prætereà caprarum & ouium commixti greges in paſcuis, totúmque paſtæ diem, facilè & manſuetè à paſtoribus diſcernuntur. Porrò homines pecoribus & beſtiis, vt apparet, peiores ſunt, quòd ad amicitiam attinet, mutuámque ſocietatem. Quæ enim natura fecit beneuolentiæ cauſa, ea videre licet inimicitiarum odiíque facta eſſe ſeminaria. Proinde prima maximáque parentum erga filios amicitia.

ΠΡΟΣ ΑΠΑΜΕΙΣ, περὶ Ὁμονοίας. μα΄.

C AD APAMENSES, DE CONCORDIA. 41. XLI.

ΟΤΙ μὲν ὑμεῖς, ὦ βουλὴ, καὶ τῶν ἄλλων οἱ παρόντες οἱ μετριώτατοι, πρᾴως πρὸς ἐμὲ καὶ φιλικῶς ἔχετε, δοκῶ μοι τοῦτο γιγνώσκειν. αὐτός τε γὰρ ἐμαυτὸν οἶδα περὶ πολλοῦ ποιούμενον τὴν παρ' ὑμῶν εὔνοιαν, καὶ μηδέποτε μηδὲν ἐναντίον μήτε εἰπόντα, μήτε πράξαντα· καὶ D ὑμεῖς εὐθὺς ἐμὲ ἀφικόμενον ἐτιμήσατε δημοσίῳ ψηφίσματι, πέμψαντες συνηδόμενοι τῆς καθόδου, καὶ παρακαλοῦντες ἐπιδημῆσαι πρὸς αὐτούς. καὶ ἴσως οὐδὲν ἐποιεῖτε θαυμαστόν. οὐ γὰρ μόνον αἱ λοιπαὶ πόλεις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἰσοτίμων ὑμῖν αἱ πλεῖσται σχεδὸν, ὅπου γέγονα, καὶ πολιτείας καὶ βουλῆς καὶ τῶν πρώτων τιμῶν οὐδὲν δεομένῳ μετέδωκαν, οὐκ ἀνωφελῆ, * φημὶ, νομίζοντες, οὐδὲ ἀνάξιον τιμᾶσθαι. τὸ δὲ ὑμέτερον οὐκ ἔστι ἀλλότριον, ἀλλ' ὡς ἂν εὐνοίᾳ καὶ χά-

κ. φασί,

Vòd vos quidẽ (ô Senatores, aliíque qui adeſtis modeſtiſsimi viri) mãſuetè erga me & amicè affecti ſitis, ſatis mihi videor intelligere. Nam & mihi ipſi cõſcius ſum, quòd veſtram magni fecerim beneuolentiam, & nunquam quicquam contrariũ neque dixerim neque fecerim: & vos, ſimulac adueni, me publicè decreto honoraſtis, legatis miſsis qui reditum gratularẽtur, obſecrarẽntque peregrinari ad vos. Et fortaſſe nihil feciſtis admirabile. Non enim ſolùm reliquæ ciuitates, verum etiã plurimæ fere eiuſdem vobiſcum dignitatis, in quibus fui, & ciuitates & ſenatus primorúmque me nihil rogantem honorum fecerunt participem: non inutilem forſan exiſtimantes, neque honore indignum. Veſtrum autem factum non eſt alienum, ſed quaſi ex patriç beneuolentia

gratiáque profectum, ſuum honorantis ciuem. Quod autem quidam ſunt apud vos, ſicut & in huius ciuitatis populo, qui non valde propter me lætentur: non admiror, propter ciuitatũ ſimultatem. Proinde liquidò noui, quod neque illic omnes ciues placare poſsim: ſed quoſdam propter hoc ipſum mihi iratos, quòd nimis videar ciuitatis amans, propenſíque in eã animi. Oportet autẽ humanum & modeſtum hominem, & hanc ſuis ciuibus concedere poteſtatem. Non licere enim in ciuitate cuiquam vni contradicere, neque reprehendere, etiamſi omnia benè gerere videatur, non popularis eſt gubernationis, neque humanum: ſed magis ſolet hoc accidere tyrannis, quàm benefactoribus. Si igitur aliqui ſunt erga me moroſè affecti, illis ego maximè credo. Manifeſtum enim, quòd ideo ita ſint affecti, quòd me exiſtimẽt meam ipſius patriam amare, omníque pacto auctam velle. Si ergo fuerint perſuaſi, quòd & iſtam meã putem patriã, próque ea facere quicquid poſſum, propenſus ſim, facile mutabuntur: méque amabũt, ſicut & alios. Quod patriam ſanè plus quàm alij omnes amẽ, nõ eo inficias. Quæro autem illud, an hoc iniqui prauíque viri eſſe putẽt, talémque ciuem apud ipſos eſſe nolint? Quapropter licet vobis & me habere ciuẽ abſque ſuſpicione, alióſque quicunque optimi ſunt. Et propter hoc ipſum mihi iuſtius credere poſſetis. Quicunque enim ingratus eſt erga naturales parentes, pius eſſe non poterit erga adoptantes ipſum. Qui verò diligunt eos ex quibus ſunt procreati, nũquam illi gratiam rependere negligẽt parentibus adoptantibus. Naturæ enim beneficium, abſque præmeditatione datur: gratię autem, eſt voluntarium. Sum equidem ciuis vtrorumque, ſed illis me quidẽ gratiam habere nõ oportet hanc ob rem, vobis autem vt benefactoribus gratiã referre æquum eſt. Nam veſtram propter beneuolentiam atque donũ ciuitatis ſum

A εἴη πατρίδος, τιμώσης πολίτην αὑτῆς. τὸ δὲ εἶναί τινας, ὡς ἂν ἐν δήμῳ, τῶν ἐνθάδε ἐμοὶ σχεδὸν μὴ σφόδρα ἡδομένους, οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, διὰ τὴν τῶν πόλεων φιλοτιμίαν. καί τοι ἐπίσταμαι σαφῶς, οὐδὲ τοὺς ἐκεῖ πολίτας ἅπαντας ἀρέσαι δυνάμενος· ἀλλ' ἐνίους δι' αὐτὸ τοῦτο ἀχθομένους, ὅτι λίαν δοκῶ φιλόπολις καὶ πρόθυμος. δεῖ δὲ τὸν ἐπιεικῆ καὶ μέτριον ἄνδρα, καὶ ταύτην παρέχειν τὴν ἐξουσίαν τοῖς ἑαυτοῦ

B πολίταις. τὸ γὰρ μηδένα ἐν πόλει μήτε ἀντιλέγειν ἑνὶ, μήτε μέμφεσθαι, κἂν ἅπαντα φαίνηται ποιῶν καλῶς, οὐ δημοτικόν ἐστιν, οὐδὲ ἐπιεικές· ἀλλὰ μᾶλλον φιλεῖ τὸ τοιοῦτον συμβαίνειν τοῖς τυράννοις ἢ τοῖς εὐεργέταις. εἰ οὖν εἰσί τινες πρὸς ἐμὲ δυσκόλως διακείμενοι, τούτοις μάλιστα πιστεύω. δῆλον γὰρ ὡς νομίζοντές με ἀγαπᾶν τὴν ἐμαυτοῦ πατρίδα, καὶ πάντα τρόπον αὔξειν, οὕτως ἔχουσιν. ἐὰν οὖν πεισθῶσιν, ὅτι καὶ

C ταύτην ἡγοῦμαι πατρίδα, καὶ πράττειν ὑπὲρ αὐτῆς ὅ,τι ἂν δύνωμαι πρόθυμός εἰμι, ῥᾳδίως μεταβαλοῦνται, καὶ ἀγαπήσουσί με τοῖς ἄλλοις ὁμοίως. τὸ μὲν οὖν φιλεῖν τὴν πατρίδα μάλιστα πάντων, οὐκ ἔξαρνός εἰμι. πυνθάνομαι δὲ αὐτὸ, εἰ τοῦτο ἀδίκου νομίζουσιν ἀνδρὸς εἶναι καὶ μοχθηροῦ, καὶ πολίτην τοιοῦτον οὐκ ἂν ἐθέλοιεν εἶναι παρ' αὐτοῖς; οὐκοῦν ἔξεστιν ὑμῖν ἔχειν κἀμὲ πολίτην ἀνυπόπτως, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς

D βελτίστους. καὶ τοίνυν δι' αὐτό μοι τοῦτο πιστεύοιτε ἂν δικαιότερον. ὅστις μὲν γὰρ ἀγνώμων περὶ τοὺς φύσει γονέας, οὐκ ἂν γένοιτο ὅσιος οὐδὲ πρὸς τοὺς θεμένους αὐτόν. ὁ δὲ τοὺς γεννήσαντας ἀγαπῶν, οὐδέποτ' ἂν ἀμελήσειε τῶν χάριτι γονέων γενομένων. τὸ μὲν γὰρ τῆς φύσεως, αὐτόματόν ἐστι· τὸ δὲ τῆς χάριτος, ἑκούσιον. εἰμὶ μὲν οὖν πολίτης ἑκατέρων· ἀλλ' ἐκείνοις μὲν οὐ δεῖ με περὶ τούτου χάριν εἰδέναι, ὑμᾶς δὲ ὡς εὐεργέτας ἀμείβεσθαι δίκαιον. διὰ δὲ τὴν ὑμετέραν εὔνοιαν καὶ δωρεὰν μετέχω τῆς

πόλεως, ἀλλ' ὅσοι μὲν αὐτοὶ πολῖται γεγόνασι, τούτοις μόνον ὑπάρχει φιλάνθρωπον τὸ τῆς δωρεᾶς, τὸ δὲ τῆς φύσεως ἀναγκαῖον οὐ πρόσεστιν. ἐμοὶ δὲ ἀμφοτέρων μέτεστιν. ὁ μὲν γὰρ πάππος ὁ ἐμὸς μετὰ τῆς μητρὸς τῆς ἐμῆς παρὰ τοῦ τότε αὐτοκράτορος φίλου ὄντος, ἅμα τῆς Ρωμαίων πολιτείας καὶ τῆς ὑμετέρας ἔτυχεν, ὁ δὲ πατὴρ, παρ' ὑμῶν· ὥστε καὶ χάριτι καὶ γένει πολίτης ὑμέτερος εἰμί. τὸ γὰρ ἀπωτέρω δυοῖν βασμοῖν ζητεῖν τὸ γένος, οὐδαμῶς ἐπιεικές. οὐδεὶς γὰρ οὕτω τό γε ἀληθὲς ἐξ οὐδεμιᾶς εὑρεθήσεται πόλεως. καὶ μὴν τῶν γε ἐμῶν τέκνων ἥδε πατρίς ἐστι μᾶλλον. τὸ μὲν οὖν ἀναγκαῖον συνακολουθεῖν τὰ τέκνα τῷ πατρί· πολὺ δὲ ἥδιον, τὸν πατέρα τοῖς παισὶ συνέπεσθαι. ἐγὼ μὲν δὴ ταῦτα εὔνους ὢν ὑμῖν τυγχάνω, καὶ πολίτου διάθεσιν ἔχω, καὶ φανερῶς δὲ ἐδήλωσα. τῆς γὰρ φιλονεικίας ἐνεστώσης ταῖς πόλεσι, καὶ τῆς πατρίδος σφόδρα μὲν αἰδουμένης ἐμὲ ἄκοντα ἐνοχλῆσαι, σφόδρα δὲ ἐπιθυμούσης ἀναλαβεῖν τὸ πρᾶγμα, πολλάκις τὸ τιμᾶν προσκαλουμένης, οὐκ ἐπήκουσα πρὸς τοῦτο μόνον· οὐδὲν ἂν ὀκνήσας ἐκείνης ἕνεκα ποιῆσαι, μηδενὸς ἔλαττον τυχὸν πρᾶξαι δυνάμενος· καὶ φίλων μοι ὄντων οὔτε ὀλίγων οὔτε ἀδυνάτων ἵνα μηδὲν ἐπίφθονον εἴπω, μηδὲ ὃ λυπήσει τινάς· ἔτι δὲ οὐκ ὀκνῶν τὴν ὁδὸν, ὁπότε δεῖ με καὶ ἄλλως ἀπιέναι. τούτων οὖν ὑπαρχόντων, ἀπεσχόμην τοῦ πράγματος, οὐκ ἐκείνους προδιδοὺς, ἀλλ' αἰδούμενος ὑμᾶς, καὶ νομίζων χρησιμώτερος ἔσεσθαι κἀκείνοις καὶ ὑμῖν, ἐὰν δύνωμαι φιλίας ποιῆσαι τὰς πόλεις, τῶν τε προτέρων ζητημάτων ἀπαλλάξας, καὶ τολοιπὸν εἰς εὔνοιαν καὶ ὁμόνοιαν προτρεψάμενος. τοῦτο γὰρ ἁπάντων ἐπιτήδειόν τε καὶ ἄριστον, οὐ μόνον τοῖς ἴσοις πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ καὶ τοῖς κρείττοσι πρὸς τοὺς ὑποδεεστέρους. ἐπίσταμαι μὲν οὖν ὡς χαλεπόν ἐστιν ἀνθρώπων ἐξελεῖν ἔριν, καὶ ταῦτα, ἐν πλείονι χρόνῳ τεθραμμένην· ὥσπερ νόσημα ἐκ πολλοῦ συμπεφυκὸς οὐ ῥᾴδιον ἀπαλλάξαι τοῦ σώματος, ἄλλως τε εἴ τις θέλοι ἀνωδύνως ἰᾶσθαι. ὅμως δὲ πιστεύω

A *particeps. Cæterùm quicunque ciuitatem ipſi ſunt adepti, humanitatem tantũ perceperunt dono, neceſſarium autem illud à natura illis nõ adeſt. Mihi autem vtráque adſunt. Auus enim meus cum matre mea, ab hoc imperatore cuius erat amicus, ſimul Romanam ciuitatẽ & veſtrã adeptus eſt, pater autem à vobis: ita & beneficio & genere veſter ſum ciuis. Longius autem quàm duobus gradibus genus quærere, nequaquam humanum eſt.* B *Nemo enim ita verè ex vlla reperietur* ciuitate. Quinetiam meorum liberorum hæc patria magis eſt. Neceſſarium igitur eſt, vt liberi patrem ſequantur: multo verò iucundius, vt pater liberos ſequatur. Ob hæc ergo vobis beneuolus ſum, ciuiſque animum gero: idque clarè iam demõſtraui. Quum enim ciuitatibus inſtaret contentio, & patria admodum quidẽ revereretur inuitum me perturbare, valde autem cuperet vt negotium ſuſciperem,* C *hùcque me honoribus prouocaret, in hoc vno nõ obediui, nihil alioqui illius gratia non facturus: neque minus fortaſſe quã alij valentes efficere, quum & amici ſint non pauci, neque impotentes (ne quid inuidioſum dicam, & quod quoſdam contriſtet) prætereaneque iter fugiens facere, quando me oporteret etiam aliò proficiſci. Quum ergo hæc ita ſint, abſtinui à negotio, non illos deſtituens, ſed reueritus vos, méque putans vtiliorem fore & illis* D *& vobis, ſi poſſem ciuitates facere amicas, liberarémque prioribus à quæſtionibus, inque poſterum exhortarer ad concordiam. Hoc enim in primis optimum & commodiſſimum eſt, nõ ſolùm æqualibus inter ipſos, ſed & ſuperioribus erga inferiores. Noui equidem quàm difficile ſit contentionem ex hominibus auferre, præſertim longo tempore nutritam: quẽadmodum à longo tempore agnatũ morbum haud facilè eſt à corpore repellere, maximè ſi quis abſque doloribus curare velit. Attamen ciuitatis moribus credo,*

existimās minimè eſſe duros & agreſtes, ſed verè germanos, dignóſque humaniſſimis viris, beatáque ciuitate, à qua huc miſſi eſtis, amici iam ad amicos hac in ciuitate habitantes; quæ tantùm felicitate potentiáque alios ſuperat homines, & plus etiam excellit æquitate humanitatéque, cum quòd largiter impertit & ciuitatem & leges & magiſtratus, nihil alienum exiſtimans in dignitatibus, tum quòd ſimiliter omnibus ius cuſtodit ſuũ. Eam conuenit vt vos imitemini, manſuetique atque magnanimi appareatis, & id erga tam propè habitantes & contubernales ferè, non ſæuos neque ſuperbos vicinos; quibuscum vobis & nuptiæ ſunt communes & liberi, & res publicæ, deorúmque ſacrificia, & conuentus & ſpectacula: ſimúlque in eodem ludo docemini priuatim, & conuiuia agitis, vóſque inuicem ſuſcipitis, plurimúmque tēporis inuicem cōuerſamini; & propemodum vnus eſtis populus, vnáque ciuitas, in non longo interuallo. Hæc igitur plures iſthinc & ciues fecit participes, adque gerendos apud nos magiſtratus non eſtis excluſi, nec nō ad illorum honeſtorū, quæ ciuitatis ſunt Romanæ, ſocietatem eſtis admiſſi. Quomodo ergo par foret, priuatim quidem vnumquēque putare amicum, atque honoribus afficere: communiter autem ciuitatem inimicam exiſtimare, & vos illam, & illos veſtram? Qui enim homines diligunt, cúmque his conuerſantur, ciuéſque faciunt, quid reſtat niſi vt vel hunc oderint locum, aut (quod ne dicere quidem fas eſt) à diis odio habeantur? Atqui omnes inimicitiæ erga omnes paſſim, laborioſæ ſunt & difficiles. Nullus enim tam infirmus eſt inimicus, qui non contriſtarit nacta opportunitate etiam eum, qui valde viſus eſt fortis, odiúmque oſtenderit aut ſermone moleſto, aut incommodo facto. Non enim eſt (vt ita dicam) vnquam iucundus

A τὴν τῆς πόλεως ἤθη, νομίζων οὐ σκληρὸν οὐδὲ ἀμαθὲς, ἀλλὰ τὴν ὄντι γνήσιον ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν· καὶ τῆς μακαρίας πόλεως, ὑφ' ἧς δεῦρο ἐπέμφθητε φίλοι δὴ παρὰ φίλους, δεῦρο οἰκήσαντες· ἣ τοσοῦτον εὐτυχίᾳ διαφέρουσα τῶν ἄλλων ἀνθρώπων καὶ δυνάμει, πλέον διενήνοχεν ἐπιεικείᾳ καὶ φιλανθρωπίᾳ· τοῦτο μὲν, ἀφθόνως μεταδιδοῦσα καὶ πολιτείας καὶ νόμων καὶ ἀρχῶν, οὐδὲν ἀλλότριον ἡγουμένη τῶν
B ἀξίων· τοῦτο δὲ, ὁμοίως ἅπασι φυλάττουσα τὸ δίκαιον. ἣν προσήκει μιμουμένους ὑμᾶς, πράους καὶ μεγαλόφρονας φαίνεσθαι, καὶ πρὸς τοὺς ἐγγὺς οὕτω, σχεδὸν συνοίκους, μὴ χαλεποὺς, μηδὲ ὑπερηφάνους γείτονας, πρὸς οὓς ὑμῖν καὶ γάμοι κοινοὶ, καὶ τέκνα, καὶ πολιτεῖαι, καὶ θυσίαι θεῶν, καὶ πανηγύρεις, καὶ θεάματα· καὶ συμπαιδεύεσθε τοῖς καθ' ἕνα καὶ συνεστιᾶσθε, καὶ ἀλλήλους ὑποδέχεσθε, καὶ ἀλλήλοις
C τὸν πλείονα χρόνον συνδιατρίβετε· καὶ σχεδὸν εἷς ἐστε δῆμος, καὶ μία πόλις, ἐν οὐ πολλῷ διαστήματι. καὶ τοίνυν πλείους τῶν ἐκεῖθεν καὶ πολίτας πεποιήκατε, καὶ βουλῆς μετεδώκατε, καὶ ἄρχοντας οὐκ ἀπηξιώσατε γενέσθαι παρ' ὑμῖν, καὶ τῶν σεμνῶν τούτων ἃ τῆς Ῥωμαίων ἐστὶ πόλεως, ἐκοινωνήσατε. πῶς οὖν εἰκὸς καθ' ἕνα μὲν ἕκαστον ἡγεῖσθαι φίλον, καὶ τιμᾶν, κοινῇ δὲ τὴν πόλιν ἐχθρὰν νομίζειν, ὑμᾶς
D τε ἐκείνην, κἀκείνους τὴν ὑμετέραν; οἱ γὰρ τοὺς ἀνθρώπους ἀγαπῶντες, καὶ ἐπιμιγνύμενοι τούτοις, καὶ προσαγορευόμενοι πολίτας, τί λοιπὸν ἢ τόνδε ἐχθραίνουσι καὶ τοὺς τόπους, ἢ ὃ μηδὲ εἰπεῖν ὅσιον· τοῖς θεοῖς ἀπεχθάνονται; καὶ τοίνυν ἅπασα μὲν ἔχθρα πρὸς ἅπαντας ἐργῶδες καὶ χαλεπόν· οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἀσθενὴς ἐχθρὸς, ὅστις οὐκ ἐλύπησεν ἐπὶ καιροῦ καὶ τὸν ἄγαν φαινόμενον ἰσχυρὸν, καὶ τὸ μῖσος ἐνεδείξατο, ἢ λόγον τινὰ εἰπὼν λυπηρὸν, ἢ ἔργον ἀσύμφορον πράξας. οὐ γάρ ἐστιν, ὡς εἰπεῖν, οὐδέποτε ἡδὺς

A οὐδὲ ὠφέλιμος ὁ τοῦ μίσους καρπός, ἀλλὰ τοὐναντίον, ἁπάντων ἀηδέστατος καὶ πικρότατος· οὐδὲ βάρος οὕτω χαλεπὸν, οὐδὲ ἐπίπονον, ὡς ἔχθραν φέρειν. τὰς μὲν γὰρ εὐτυχίας ἀεὶ παρὼν ἐνοχλεῖ, τὰς δὲ συμφορὰς αὔξει· καὶ τῷ μὲν ἄλλο τι λυπουμένῳ, τὴν λύπην ἀπεργάζεται διπλασίονα, τοὺς δὲ εὖ πράττοντας οὐκ ἐᾷ χαίρειν κατὰ τὴν ἀξίαν. ἀνάγκη γὰρ, οἶμαι, τοὺς πολλοὺς ὑπὸ μὲν ἀλλήλων ἐνάπτεσθαι, παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις καταφρονεῖσθαι καὶ ἀδοξεῖν· ὡς τοῦτο μὲν, ὑ- B παρχόντων αὐτοῖς ἐναντίων, τοῦτο δὲ, αὐτοὺς ἄφρονας καὶ φιλονείκους*. φιλίας δὲ καὶ ὁμονοίας οὐδὲν κάλλιον οὐδὲ θειότερον, καὶ ἀνδρὶ πρὸς ἄνδρα, καὶ πόλει πρὸς ἰδιώτην. τίνες μὲν γὰρ εὐπρεπέστερον κτῶνται τἀγαθὰ, τῶν φίλων συμποριζόντων αὐτοῖς; τίνες δὲ ἀποφεύγουσι τὰ κακὰ ῥᾷον ἢ οἷς ἂν φίλοι συμμαχῶσι; τίνων δὲ ἧττον ἅπτεται τὰ λυπηρὰ, ἢ τῶν ἐχόντων τοὺς συναγωνιῶντας, καὶ συμφέροντας αὐτοῖς; τίσι δὲ ἥδιον τὸ εὐτυχεῖν, ἢ ὅσοι μὴ C μόνον αὑτοὺς, ἀλλὰ καὶ ἄλλους εὐφραίνουσιν εὖ πράττοντες; ὡς ἔγωγε οὐδ᾽ ἂν εὐτυχεῖν ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα φαίην, ὃς οὐδένα ἔχει τὸν συνηδόμενον. τίς δὲ συνεργὸς, τίς δὲ σύμβουλος ἀμείνων τοῖς χρήζουσιν, ἢ φίλος εὐτυχῶν; σχεδὸν γὰρ οὗτος ὁ σύμβουλος, οὐ μόνον εὐφημότατος, ἀλλὰ καὶ ὠφελιμώτατος, καὶ ὅτῳ ἂν ἐντύχῃ ἀνὴρ εὔνους. τὰ δὲ τοῦ μίσους καὶ τὰ τῆς ἔχθρας, πανταχῇ λυπηρὰ καὶ δυσχερῆ. χαλεπὸν μὲν ἐν σπουδῇ, χαλεπὸν δὲ ἐν εὐφροσύ- D νῃ παρὼν ἐχθρός· λυπηρὸν μὲν ὁρῶσι, λυπηρὸν δὲ μνημονεύουσι· πολὺ δὲ πάντων πειρωμένοις βλαβερώτατον.

aut vtilis odij fructus, ſed è diuerſo omnium triſtiſsimus atque acerbiſsimus, neque vllũ onus ita graue nec laborioſum, vt inimicitias ferre. Felicitates enim perturbant, quum ſemper adſint: calamitates autem augent: eique qui alia re quapiam contriſtatus eſt, triſtitiam duplicat: eosq́; qui ſunt felices, non ſinunt gaudere pro dignitate. Neceſſe eſt enim plebem à ſe inuicem quidem incendi, apud alios verò contemni, & authoritate nihil valere, tum quòd illis ſint aduerſarij, tum quòd imprudentes & contentioſos putet. Amicitia autem & cõcordia nihil pulchrius, neque diuinius, & viro erga virum, & ciuitati erga priuatum. Qui enim decentius poſſident bona, quàm amici, qui vna opera ſimul ſibi acquirunt? Qui verò effugiunt mala facilius, quàm quibus amici ferunt auxiliũ? Quos minus attingũt moleſta, quàm qui habent condolentes, vnàque cum illis ſufferentes? Quibus iucundius eſt felicitate frui, quàm qui non modò ſemetipſos, verùm etiam alios ſua felicitate lætificant? Itáque ego illum hominem ne felicem quidem dixerim, qui neminem habeat vnà voluptate fruentẽ. Quis cooperarius, quisvè conſiliarius indigentibus melior, quàm amicus fortunatus? Hic enim conſiliarius ferè non ſolùm optimi nominis eſt, ſed & vtiliſsimus, & quem libenter conueniat homo beneuolus. Quæ autem ſunt odij atque inimicitiarum, vbique moleſta ſunt, & grauia. Grauis eſt in reb. ſeriis, grauis & in lætitia præſens inimicus, moleſtus videntibus, moleſtus quoque recordantibus, experientibus verò longè omnium damnoſiſsimus.

A

DISPVTATIO IN PATRIA. XLII.

Vidnā vos cogitetis de me, déque mea ſiue ſapientia, ſiue inſcitia, coniicere nō poſſum: vtrum reuera cōcupiſcatis orationes, tanquam audituri quiddam admirādum, & quale haud ab alio huius ſeculi audiatur: an è diuerſo, tanquam redarguturi, & oſtenſuri me nihil magnum neque ſtudio dignum nouiſſe. Siquidem ita affecti eſtis, confidēter memet vobis præbeo, vt deſiderium expleatis: ſin minus, contrariam pertimeſco opinionem, ne forte audito me, deinde nō iure me contemnatis, quòd non ipſi in recta de me fueritis opinione. Nunquam enim ego huc cuiquam pollicitus ſum, quod facultatem habeam dicendi aut ſapiendi, aut plus aliquid cognoſcā quàm vulgus: ſed pro hoc ipſo depugnantem, rogantibúſque contradicentem, deinde me ad dicendum impellunt, & multi hoc ipſum eloquentiæ oſtenſionem exiſtimarūt. Attamen & ipſe aliam, atque aliam ſumo viam. Quando enim in meipſum reſpicio, meámq; ipſius in omnibus quidem ſimpliciter inſcitiam, maximè verò circa facultatem dicendi, animaduerto me plebeium eſſe, & in poſterum plebeiam vitā victurum ſtatuo: quando autem frequētantes & obſecrantes intueor, ſuſpicari cogor, nun quid in meis orationibus ſtudio ſit dignum, quod me lateat; idémque mihi accidat quod quibuſdam animalibus, quæ hominibus quum ſint vſui, & quandam habeāt in ſe virtutem ad morborum medelam, ſiue ex felle, aut ſanguine, aut adipe, aut pilis, neſciunt; homines autem qui ſciunt, ea perſequuntur, omníque conantur pacto comprehendere, non carniū, ſed illius virtutis gratia. Num ergo & me interdum dicere cogant, non indigentes oratione, ſed alia re quapiam.

ΔΙΑΛΕΞΙΣ ΕΝ ΤΗ πατρίδι. μβʹ.

ΟΠΩΣ μὲν ὑμεῖς διανοεῖσθε περὶ ἐμοῦ, καὶ τῆς ἐμῆς εἴτε σοφίας, εἴτε ἀμαθίας, οὐ δύναμαι ξυμβαλεῖν· πότερον ὄντως ἐπιθυμεῖτε τῶν λόγων, ὡς ἀκουσόμενοί τι θαυμαστὸν, καὶ τοιοῦτον ὁποῖον οὐκ ἂν ἑτέρου τῶν νῦν· ἢ τοὐναντίον,
B ὡς ἐμὲ ἐξελέγξοντες, καὶ ἀποδείξοντες οὐδὲν μέγα οὐδὲ σπουδαῖον ἐπιστάμενον. εἰ μὲν γὰρ οὕτως ἔχετε, θαῤῥῶν ὑμῖν παρέχω ἐμαυτὸν, ἵνα ἐμπλήσητε τὴν προθυμίαν· εἰ δὲ μὴ, φοβοῦμαι τὴν ἐναντίαν δόξαν· μήποτε ἀκούσαντες, ἔπειτα οὐ δικαίως ἐμοῦ καταγνῶτε, ὅτι οὐκ αὐτοὶ ὀρθῶς ἐδόξατε. οὐδέποτε γὰρ οὐδενὶ ἔγωγε τοῦτο ὑπεσχόμην, ὡς ἱκανὸς ὢν λέγειν ἢ φρονεῖν, ἢ πλέον τι γιγνώσκειν τῶν πολλῶν· ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ
C τούτου διαμαχόμενος ἑκάστοτε καὶ ἀντιλέγων τοῖς ἀξιοῦσιν, ἔπειτα εἰς τὸ λέγειν καθίσταμαι· καὶ πολλοὶ τοῦτο αὐτὸ ἐπίδειξιν ἡγήσαντο. ὅμως δὲ καὶ αὐτὸς ἑτέραν καὶ ἑτέραν λαμβάνω ὁδόν. ὅταν μὲν γὰρ εἰς ἐμαυτὸν ἀπίδω καὶ τὴν ἀπειρίαν τὴν ἐμαυτοῦ, περὶ πάντα μὲν ἁπλῶς, μάλιστα δὲ τὴν περὶ τοὺς λόγους, ὡς ἰδιώτης ὢν καὶ διανοοῦμαι, καὶ τὸ λοιπὸν ἰδιώτου βίον βιωσόμενος· ὅταν δὲ εἰς τοὺς σπουδάζοντας καὶ παρακαλοῦντας, ὑ-
D πονοεῖν ἐμαυτὸν ἀναγκάζομαι, μὴ ἄρα τι τῶν ἐμῶν λόγων ἄξιον· καὶ λανθάνω πεπονθὼς τὸ αὐτὸ ἐνίοις τῶν ζώων, ἃ χρήσιμα ὄντα τοῖς ἀνθρώποις, καὶ δύναμιν τινὰ ἔχοντα ἐν αὐτοῖς πρὸς ἴασιν νοσημάτων, ἤτοι χολῆς, ἢ αἵματος, ἢ πιμελῆς, ἢ τριχῶν, οὐκ ἴσασιν· οἱ δὲ ἄνθρωποι εἰδότες διώκουσιν αὐτὰ, καὶ πειρῶνται πάντα τρόπον συλλαβεῖν, οὐ τῶν κρεῶν ἕνεκεν, ἀλλ' ἐκείνης τῆς δυνάμεως. εἰ ἄρα καὶ ἐμὲ ἀναγκάζουσιν ἑκάστοτε λέγειν, οὐδὲν δεόμενοι τῶν λόγων, ἀλλ' ἑτέρου τινός.

οὐ γὰρ ἐκεῖνο δύναμαι ὑπονοῆσαι, ὅτι ἀγνοοῦντες ἤδη καὶ ἀνήκοοι ὄντες ἐσπουδάκασιν· ὥσπερ ἀμέλει πολλοὶ πολλῶν διὰ τὴν ἄγνοιαν ἐπιθυμοῦσι. πάντες γάρ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τοὺς μὲν ἐμοὺς λόγους ἐπίστανται, καὶ διαφέρουσιν αὐτοὺς ἄλλοι ἀλλαχοῦ, ὥσπερ τὰ φαῦλα ἄσματα οἱ παῖδες ἐν ταῖς πόλεσιν ᾄδουσι τὸ πρὸς ἑσπέραν· καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους σχεδὸν πάντες ἀλλήλοις ἀπαγγέλλουσιν, οὐχ ὅπως ἐρρήθησαν, ἀλλ' ἔτι βελτίους ποιήσαντες, κατὰ τὴν αὑτῶν δύναμιν· οἱ μὲν, ἑκόντες ἐπανορθούμενοι· καὶ δῆλον ὅτι αἰσχυνόμενοι τὸ μεμνῆσθαι τοιούτων, ἀλλάττοντες καὶ μεταθέντες τὰ πολλὰ ἐπὶ τὰ κρείττονα· οἱ δὲ ἴσως καὶ ἄκοντες, διὰ τὸ μὴ σφόδρα μεμνῆσθαι· ὥστε οὐκ ἔτι ὀβολοῦ, καθάπερ εἶπέ τις εὔπορος, ἐκ τῆς ἀγορᾶς πρίασθαι τὴν ἐμὴν σοφίαν, ἀλλὰ κύψαντα ἀνελέσθαι χαμόθεν. σχεδὸν οὖν παραπλήσιον πεπόνθασιν οἱ ἐμοὶ λόγοι τῷ κεράμῳ τῷ Τενεδίῳ. καὶ γὰρ ἐκεῖθεν πᾶς μὲν ὁ παραπλέων ἐμβάλλεται κέραμον, οὐδεὶς δὲ ὑγιῆ διακομίζει ῥᾳδίως· ἀλλὰ πολλοὶ σαθρὸν ποιήσαντες, ἢ συντρίψαντες, ὄστρακα ἔχοντες λανθάνουσιν αὐτούς.

A Non enim illud ſuſpicari poſſum, quòd ideo me frequentẽt, quòd orationes meas ignorent, & nunquam audierint: quemadmodum, verbi gratia, multi multa propter ignorationem concupiſcunt. Omnes enim (vt ita dicã) meas orationes ſciunt, ſecúmque in diuerſas partes ferunt, alius aliò: quemadmodum vilia cantica pueri in ciuitatibus ad veſperam canunt, meáſque orationes ferè omnes inuicem recitãt, non vt habitæ ſunt, ſed faciunt etiã me- B liores pro ſua virtute, partim data opera corrigentes: manifeſtúmque eſt, quòd erubeſcentes talium meminiſſe, mutant, tranſponúntque multa & meliora: partim verò fortaſſe inuiti, eo quòd non perfectè meminerint: ita vt nec obolo amplius, ſicut quidam dixit locuples, ex foro mea ſapientia emeretur, ſed inclinantes ſe humi * tollant. Propemodum igitur tale quid meis orationibus accidit, quale tegulæ Tenediæ. Nam & illinc quicunque C præternauigat, iniicit tegulam, nemo autem integram facilè adfert; ſed multi debilem factam, aut confractam; fugítque eos, quòd teſtam duntaxat habeant.

ΠΟΛΙΤΙΚΟΣ ΕΝ ΤΗ πατρίδι. λόγος μγ'.

ΛΥΔΩ, φασί, πράγματα οὐκ ἦν, ὁ δὲ ἐξελθὼν ἐπρίατο. οὐκοῦν ὁ μὲν Λυδὸς δικαίως πράγματα εἶχεν, αὐτὸς ἐπιθυμήσας. ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπιθυμῶν, πράγματα ἔχω δι' οὐδὲν ἕτερον ὑπὸ ἀνθρώπων ἀδυνάτων καὶ φθονερῶν, ἢ ὅτι δοκῶ στέργειν ὑμᾶς. καὶ τὰ μὲν εὖ πεποίηκα τὴν πατρίδα, ταῖς πρώταις ἴσην αὐτὴν ἀποδείξας τιμῆς ἕνεκα, τὰ δὲ ποιήσω, θεοῦ διδόντος. καὶ τοῦτο εἶπον οὐκ ἀλαζονευόμενος ἄλλως· αὐτοὶ γὰρ ἴστε οὐδεπώποτε ὑπὲρ τούτων μνησθέντα με, ἐν τοσούτοις λόγοις οἷς εἴρηκα ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ἀμυνόμενος τοὺς ἐμοὶ καὶ ὑμῖν

POLITICA IN PATRIA. Oratio XLIII.

LYDO (aiunt) negotia nõ erant: is verò egrediens emit. Proinde Lydus D quidẽ iure negotia habebat, quum ipſe cõcupiuiſſet. Ego verò non concupiſcens negotia habeo, ab hominibus inualidis & inuidis, ob nihil aliud, quàm quòd videor amare vos. Et partim quidem beneficiis effeci patriam, primíſque eam æqualem effeci, honoris gratia: partim autẽ poſtea efficiam, Deo dante. Atque hoc dixi, non alioqui arrogantiæ ſtudens (ipſi enim ſcitis, me horum in tot orationibus quas habui apud vos, nunquam meminiſſe) ſed vlciſcens eos qui pariter mihi vobíſque

inuident

inuident: vt ſi fieri poßit, dirumpantur, quod toti ciuitati commodißimum eſt: ſin minus, vt magis doleant. Quod autem illi malè erga me ſint affecti, ergáque ciuitatem, ipſi teſtes eſtis, ſi volueritis meminiſſe & eorũ qui vos amant, & qui oderunt: quanquam humanius mecũ agunt, quàm vobiſcum. Me enim hîc accuſant, vos autem pro tribunali. Quare ſi Græcanicis, vt ſolitus, videar vti exemplis, nolite me deridere. Non enim deſpicio patriam, neque puto vos talia intelligere nõ poſſe: neque ineruditum puto populum, neque ſenatum, maximè autem vos mores habere volo Grecanicos, *& neque ingratos, neque imprudentes. Sin minus, haud malũ erit huiuſcemodi audire orationes, ex quibus meliores reddi poſſe videamini. Quod igitur illud eſt exemplum? Fuit quidam homo Thebis, dictus Epaminondas. Is diligebat patriam maximè præ cæteris: acceptiſque opportunitatib. quales tunc erant, multis magniſque eam affecit beneficiis. Pro timidis enim & inualidis, aliorúmque imperio ſubiectis, primos effecit inter Græcos, vtque pro principatu concertarent. Tunc enim ea erant poßibilia, nunc autem alia ſunt tempora: niſi quòd ad beneuolẽtiam proditionémque attinet, ſemper ſunt eadem. Similes enim proditores & ſycophantæ, & qui omnia facerent contra ciues, etiam tunc erant in ciuitatibus. Et nunc ſunt amantes patriæ, & qui ciues ſuos nihil mali velint ſuſtinere, quíque patrias augere ſuas contendant: tunc quidem multa & magna facientes, nunc verò minora valentes facere bona. Ille igitur Epaminondas à dißimilibus odio habebatur, erántque qui eum calumniis onerarent. Populus autem, vt populus, ignorabat, & perſuadebatur. Et aliquando deſperatorum & ignobilium quidam, qui, dum ſeruiebat ciuitas, ſubque tyranno erat, omnia contra eam fecerat, in concione Epaminondam*

A βασκαίνοντας· ἵνα ἐὰν μὲν δυνατὸν ᾖ, διαῤῥαγῶσιν· ὃ τῇ πόλει πάσῃ βέλτιστόν ἐστιν· εἰ δὲ μή, μᾶλλον ὀδυνηθῶσιν. ὅτι δὲ αὐτοὶ πρὸς ἐμὲ ἀηδῶς ἔχουσι καὶ πρὸς τὴν πόλιν, αὐτοὶ μάρτυρές ἐστε, ἐὰν θέλητε μεμνῆσθαι καὶ τῶν φιλούντων ὑμᾶς καὶ τῶν μισούντων. καί τοι ἐπιεικέστερον ἐμοὶ χρῶνται ἢ ὑμῖν. ἐμοῦ μὲν γὰρ ἐνθάδε κατηγοροῦσιν, ὑμῶν δέ, ἐπὶ τοῦ βήματος. ἐὰν οὖν Ἑλληνικοῖς, ὥσπερ εἴωθα, φαίνωμαι παραδείγμασι χρώμενος, B μὴ καταγελάσητε. οὐ γὰρ καταφρονῶ τῆς πατρίδος, οὐδὲ ἀδυνάτους ὑμᾶς νομίζω αὐτοὺς συνιέναι τὰ τοιαῦτα· οὐδὲ ἀπαιδεύτον νομίζω οὔτε τὸν δῆμον, οὔτε τὴν βουλήν. μάλιστα μὲν οὖν ὑμᾶς βούλομαι τὸ ἦθος Ἑλληνικὸν ἔχειν, καὶ μήτε ἀχαρίστους, μήτε ἀξυνέτους· εἰ δὲ μή, λόγων γε τοιούτων ἀκούειν οὐ χεῖρόν ἐστιν, ἐξ ὧν μοι δοκεῖτε καὶ τοῖς ἤθεσιν ἀμείνους ἂν γενέσθαι. τί δὴ οὖν τὸ παράδειγμα; ἦν τις ἄνθρωπος ἐν Θήβαις, Ἐπαμινώνδας C λεγόμενος· οὗτος ἐφίλει τὴν πατρίδα πάντων μάλιστα· καιρῶν δὲ ἐπιλαβόμενος οἷοι τότε ἦσαν, πολλὰ καὶ μεγάλα εὐεργέτησεν. ἀντὶ γὰρ δειλῶν καὶ ἀδυνάτων, καὶ ἄλλοις ὑπακουόντων, πρωτεύειν ἐποίησεν ἐν τοῖς Ἕλλησι, καὶ τῆς ἡγεμονίας ἀντιποιεῖσθαι. τότε μὲν γὰρ ταῦτα ἦν δυνατά, νῦν δ' ἕτεροι γεγόνασιν οἱ καιροί, πλὴν τά γε τῆς εὐνοίας καὶ τῆς προδοσίας, ἀεί ποτε. ὅμοιοι γὰρ προδόται καὶ συκοφάνται, καὶ πάντα πράττοντες κατὰ τῶν πολιτῶν, καὶ τότε ἦσαν ἐν ταῖς πόλεσι· καὶ νῦν φι- D λοῦντες τὰς πατρίδας καὶ τοὺς πολίτας τοὺς αὑτῶν, μηδὲν κακὸν πάσχειν ἐθέλοντες, καὶ τὰς πατρίδας αὔξειν φιλοτιμούμενοι· τότε μὲν, πολλοὶ *καὶ μεγάλα πράττοντες, καὶ ἴσ. πολλὰ καὶ
*ἐλάττω ποιεῖν ἀγαθὰ δυνάμενοι. ὁ δ' οὖν ἴσ. νῦν ἐλ.
Ἐπαμινώνδας ἐκεῖνος ὑπὸ τῶν ἀνομοίων ἐμισεῖτο, καί τινες ἦσαν οἱ διαβάλλοντες αὐτόν. ὁ δὲ δῆμος, ὡς δῆμος, ἠγνόει, καὶ ἀνεπείθετο. καί ποτε τῶν ἀπεγνωσμένων τις καὶ ἀτίμων, καὶ ὅτε ἐδούλευεν ἡ πόλις καὶ ἐτυραννεῖτο, πάντα κατ' αὐτῆς πεποιηκώς, ἐν ἐκκλησίᾳ τὸν Ἐπαμινώνδαν

ε, ... ἡ πολλὰ καὶ χαλεπὰ ἔλεγε· π... ψευδόμενος, οὐκ εἴ τι ἀληθὲς ἔστι ζητεῖ, μηδὲν γε ἀληθὲς λέγειν δυνάμενος· ἀλλ' εἴ τι χαλεπόν. καὶ αὐτὸς ἐπαναστὰς, περὶ μὲν τῶν ἄλλων οὐκ εἶπεν, οὐδ' ἀπελογήθη πρὸς οὐδὲν, μόνον δὲ πρὸς ἐκεῖνον, τῇ δ' αὐτοῦ φωνῇ βοιωτιάζων. ἀλλά τοι Δαμάτηρ, ἔφη, κεχολωμένα γένοιτο. οἱ δὲ Θηβαῖοι ἀκούσαντες ἥσθησαν καὶ ἐγέλασαν· εἰκότως ἀναμνησθέντες, οἶμαι, τῆς ἐκείνου πρὸς τὸν δῆμον εὐνοίας, καὶ τοῦ λοιδορουμένου τῆς συκοφαντίας. ἔγωγ' οὖν, εἴ τις λέγοι πρὸς ἐμὲ ἀνάξιον ἐμοῦ, εἴτε ἄντικρυς, εἴτε καὶ μετὰ σχήματος, ἵνα δοκῇ ῥήτωρ, καὶ ταῦτα οὐκ ὢν εὐσχήμων αὐτὸς, ἀποκρινοῦμαι αὐτῷ τὴν τοῦ Ἐπαμινώνδου ἀπόκρισιν. εὖ δ' ἴστε ὅτι ταῦτα ποιοῦσι καὶ λέγουσι, βαρυνόμενοι τὴν ἐμὴν ἐπιδημίαν· δι' ἄλλο μὲν οὐδέν· οὐδὲ γὰρ ἐνεδρεύω τινὰ τῶν πολιτῶν, οὔτ' ἀργύριον λαμβάνω παρά τινος, οὔτε δασμολογεῖν ἕτοιμός εἰμι τὴν χώραν τὴν ὑμετέραν, οὔτ' ἐν τῇ ἀγορᾷ φαίνομαί τινι ὀχληρός· οὐ γάρ εἰμι ῥήτωρ· οὐδὲ εἶπον ὑπὲρ οὐδενὸς, ἢ ἑνὸς ἀνθρώπου δυστυχοῦς, ὃν ἐκώλυσα ὑπὸ τῶν συγγενῶν καὶ τῶν ἐπιτρόπων διασπασθῆναι, πρότερον μὲν αὐτοῦ τὰ γράμματα ὑφῃρημένων, καὶ πολλὰ τῆς οὐσίας διηρπακότων, ὕστερον δὲ καταψευδομαρτυρούντων. ἄλλην δὲ οὐδεμίαν εἴρηκα δίκην, ὥστε δι' οὐδὲν οὐδενὶ βαρύς εἰμι. ἀλλ' ἵνα ἐάν ποτε γένηται καιρὸς· οἷον εὔχονταί τινες ὁμοίως τῷ πρότερον, οἷος οὐκ ἔσται· πλὴν εἰ γένοιτο, ἵνα μὴ παρῶ τῷ δήμῳ, μηδὲ ἔχουσιν οἱ συκοφαντούμενοι τὸν παραιτούμενον, ἢ συναγίσαντα*. καὶ διὰ τοῦτο δυσκόλως ἐμὲ φέρει τις ἐπιδημοῦντα. καὶ γὰρ εἰ πλείους ἦσαν ἢ παρ' εἰσὶν, οὐδεὶς ἐμοῦ φήσει μᾶλλον. ἐγὼ δὲ παρρησίαν ἔχω πρὸς ὑμᾶς, ὅσην οὐδείς. τῆς μὲν γὰρ εὐτυχίας τῆς ἐμαυτοῦ παρεχώρησα ὑμῖν, τῆς δὲ δυστυχίας τῆς ὑμετέρας μετέλαβον. καὶ νῦν δεῖ με ἀποδημεῖν, οὐχ ὡς πρότερον ἀλύπως, πάντων με ἀγαπώντων καὶ θαυμαζόντων·

γ. συναλγοῦντα.

A *conuitiis inceſſebat, & multa & atrocia dicebat. Omnis enim qui mentitur, non vt verum dicat, quærit, quum nihil veri poßit dicere, ſed vt atrox quiddam. Et ille ſurgens, de aliis quidem nihil dixit, neque defenſionem oppoſuit pro vlla re: tãtum verò ad illum (loquebatur autem Bœoticè.) At tibi quidem Ceres (inquit) irata ſit. Quo audito, Thebani lætati ſunt, riſerúntque; meritò videlicet recordantes, opinor, illius erga populum beneuolentiam, & conuiciatoris calumnias.* B *Ego ergo, ſi quis dicat ad me quòd me ſit indignum, ſiue palam ſiue figuratè, vt videatur eſſe rhetor præſertim quum nõ ſit, honeſtè & ipſe reſpondebo ei Epaminõdæ reſponſionem. Benè autem ſcitis, quòd hæc faciant dicántque, grauiter ferentes meam peregrinationem, & propter nihil aliud. Neque enim vlli ciuium ſtruo inſidias, neque argentum à quoquã accipio, neque tributa colligere promptus ſum in* C *veſtra regione, neque in foro cuiquã appareo moleſtus: non enim ſum rhetor, neque dixi pro vllo, quàm pro vno homine infelici, quem prohibui à cognatis & tutoribus diſcerpi, qui literas ei antea ſubtraxerãt, multáque facultatum diripuerant, nouißimè etiam falſis opprimebant teſtimoniis. Aliam autem nullam egi cauſam, vt ob nullã rem vlli ſim grauis. Verùm, vt ſi quãdo ſe tempus offerat (quale quidam optant ſimiliter vt antea, quale tamen non erit) ſed ſi ſe offerat, ne adſim populo,* D *néve à ſycophantis impetiti habeant qui excuſet, aut largè neceſſaria ſuppeditet. Et propter hoc grauiter me quidam fert peregrè reuerſum. Nam & ſi plures eſſent quàm ſunt, nemo tamen magis contra me dicet. At ego loquendi libertatem apud vos habeo, quãtam nullus. Meã enim felicitatem vobis cõceßi, infelicitatis autẽ veſtræ factus ſum particeps. Et nunc oportet me peregrinari, non vt prius abſque triſtitia, quum omnes me diligerent atque admirarentur:*

ſed cum inimicitiis quorundam; quando- A
quidem ipſe nihil mali paſſus ſum:

Haud armenta mea, haúdque meos
traxêre caballos.

Cæterùm nihil admiror præſentia nego-
tia: poſtquam & Socrates ille, cuius ſæpè
facio mẽtionem, ſub imperio quidem tri-
ginta tyrannorum, egit omnia pro popu-
lo, & nullius mali fuit particeps: ſed etiã
miſſus ab illis ad Leontem Salaminium,
non obediuit, & tyrannos palàm conui-
tiis impetebat, dicens eos ſimiles eſſe ma- B
lis bubulcis, qui acceptas fortes boues &
multas, paucas & infirmiores redderent.
Attamen à populo poſtea feliciter agẽte,
ob quem ille periclitatus erat, ſycophantis
quibuſdam eum calumniantibus morte
damnatus eſt. Erat autẽ accuſator Me-
litus, ſtolidus homo & ſycophanta. Iniu-
riam facit (inquit) Socrates, iuuenes cor-
rumpens, deóſque quos ciuitas colit non
colens, alia autem noua introducens dæ-
monia. Propemodum ea ipſa, quibus cõ- C
traria faciebat Socrates. Coluit enim
Deos vt nemo alius, carménque lauda-
torium fecit in Apollinem & Dianam,
hoc nempe quod ego nunc cano: & iuue-
nes vetabat corrumpi, neque hoc ſolũ, ſed
& ſeniores vituperabat, obiiciebátq; illis,
ſi quis inexplebilis & libidinoſus erat; aut
res ciuitatis pretio adminiſtrabat, hos
quidem abſoluens pro argẽto, illos autem
calumniis onerãs; quique miſeros inſula-
res prædæ habebat prætextu tributorum, D
aut militum recenſiones, quemadmodum
apud vos faciũt quidam. Propterea odio
eum habentes, dixerunt iuuenes corrũpe-
re. Mea autẽ accuſatio maior, & genero-
ſior fere eſt, & coryphæa quædam, vt vi-
detur. Iniuriã facit Dion, quòd deos qui-
dem non colit, neque ſacrificiis neq; hym-
nis, ſoluítque dies feſtos patriæ; quódque
perſuaſit prauo præſidi, vt populum tor-
mentis afficeret, eiicerétque quàm poſſet
plurimos; quoſdam verò etiam occide-
ret, præbens illis neceſſitatem, vt ſibi

A ἀλλὰ μετ' ἔχθρας τινῶν· ἐπεὶ αὐτός γε οὐδὲν ἔπαθον κακόν.

Οὐ γάρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μὲν ἵππους.

οὐ μὴν τι θαυμάζω τὰ παρόντα πράγματα· ἐπεὶ καὶ Σωκράτης ἐκεῖνος, οὗ μέμνημαι πολλάκις, ἐν μὲν τῇ τυραννίδι τῶν τριάκοντα ἔπραττε πάντα ὑπὲρ τοῦ δήμου, καὶ τῶν κακῶν οὐδενὸς ἐκοινώνησεν· ἀλλὰ καὶ πεμφθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ Λέοντα τὸν Σαλαμίνιον, οὐχ ὑπή-
B κουσε· καὶ τοῖς τυράννοις ἄντικρυς ἐλοιδορεῖτο, λέγων ὁμοίους εἶναι τοῖς πονηροῖς βουκόλοις, οἳ παραλαβόντες ἰσχυρὰς τὰς βόας καὶ πολλὰς, ὀλίγας καὶ ἀσθενεστέρας ποιοῦσιν. ἀλλ' ὅμως ὑπὸ τοῦ δήμου, δι' ὃν ἐκινδύνευσεν, ὕστερον εὖ πράττοντος διαβληθεὶς, ὑπὸ συκοφαντῶν τινῶν, ἀπέθανεν. ἦν δὲ ὁ κατήγορος Μέλιτος, βδελυρὸς ἄνθρωπος καὶ συκοφάντης. ἀδικεῖ, φησὶ, Σωκράτης, τοὺς νέους διαφθείρων· καὶ οὓς μὲν ἡ πόλις θεοὺς τιμᾷ, μὴ τιμῶν, ἕτερα
C δὲ εἰσάγων καινὰ δαιμόνια. σχεδὸν αὐτὰ ταῦτα, ἐναντία οἷς ἐποίει Σωκράτης. ἐτίμα γὰρ τοὺς θεοὺς ὡς οὐδεὶς ἄλλος· καὶ παιᾶνα ἐποίησεν εἰς τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἄρτεμιν, τοῦτον ὃν ἐγὼ νῦν ᾄδω· καὶ τοὺς νέους ἐκώλυε διαφθείρεσθαι, οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ὀνειδίζων, καὶ προσφέρων αὐτοῖς, εἴ τις ἄπληστος ἢ ἀκόλαστος, ἢ τὰ τῆς πόλεως ἠργολάβει, τοὺς μὲν ἀπολύων ἐν ἀργυρίῳ, τοὺς δὲ συκοφαντῶν· τοὺς δὲ νησιώτας τοὺς ταλαιπώρους λεηλα-
D τῶν, ἐπὶ προφάσει φόρων, ἢ καταλογῇ στρατιωτῶν· ὥσπερ ἔνιοι ποιοῦσι παρ' ὑμῖν. διὰ ταῦτα μισοῦντες αὐτὸν, ἔφασαν διαφθείρειν τοὺς νέους. ἡ δὴ ἐμὴ γραφὴ, μείζων καὶ γενναιοτέρα σχεδὸν ἦν, κορυφαία τις, ὡς ἔοικεν. ἀδικεῖ Δίων, τοὺς μὲν θεοὺς μὴ τιμῶν, μήτ' ἐν θυσίαις, μήτ' ἐν ὕμνοις· καταλύων τὰς πατρίους ἑορτάς. ἀναπείσας δὲ ἡγεμόνα πονηρὸν ὥστε τὸν μὲν δῆμον βασανίσαι, καὶ ἐξελάσαι ὅσους ἂν δυνηθῇ πλείστους· ἐνίους δὲ καὶ ἀποκτεῖναι, παρέχων ἀνάγκην αὐτοῖς ἑκουσίως

ἀποθανεῖν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι πρεσβύτας ὄντας φυγεῖν, μηδὲ ὑπομένειν καταλιπεῖν τὴν πατρίδα· συμπαρέστη τῶν τε καὶ νῦν ἅπαντα τῷ τυραννήσαντι τοῖς θεοῖς, καὶ ὅπως ἐκεῖνος καλῶς ἀγωνίζηται, καὶ κατὰ κράτος παραλήψεται τὰς πόλεις· καὶ τοὺς δήμους κατασκευάζων, ὅσον ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ κατασκευάζειν· διαφθείρων δὲ καὶ τὸν δῆμον, αὐτὸς ἐφιστάμενος κατήγορος, καὶ τοῖς αὐτοῦ ῥήμασι καὶ τῇ γλώττῃ παρανομῶν εἰς τοὺς πολίτας, εἰς τοὺς δημότας· καὶ πολλὰ ἕτερα ποιῶν ἃ αἰσχύνομαι καθ' ἕκαστον λέγειν. πονηρὸν δὲ παράδειγμα παρέχων ἑαυτὸν καὶ νεωτέροις καὶ πρεσβυτέροις, ἀπειθείας, καὶ τρυφῆς, καὶ ἀπιστίας· δεκάζων δὲ τὸ πλῆθος, ἵνα μηδεὶς αὐτῷ προφέρῃ τὰ τότε πραχθέντα, ἀλλὰ τοῦ μίσους καὶ τῆς ἐπιβουλῆς λήθην τινὰ ποιήσονται. φέρε δὴ, πρὸς ταῦτα ἀπολογησώμεθα, ὦ ἄνδρες Προυσαεῖς, κἂν δοκῇ ὑμῖν ἀκούσαντες, καταψηφίσασθέ μου· καὶ γὰρ τοῦ Σωκράτους οἱ Ἀθηναῖοι ἀκούσαντες κατεψηφίσαντο.

ΦΙΛΟΦΡΟΝΗΤΙΚΟΣ πρὸς τὴν πατρίδα εἰσηγουμένην αὐτῷ τιμάς. μδ'.

ΕΜΟΙ, ὦ ἄνδρες πολῖται, οὔτε ὄψις ἡδίων ἐστὶ τῆς ὑμετέρας, οὔτε φωνὴ προσφιλεστέρα· οὔτε τιμαὶ μείζους τῶν ἐνθάδε· οὔτε ἔπαινος λαμπρότερος, ἢ ὁ παρ' ὑμῶν· οὐδ' ἂν ξύμπαντες οἱ Ἕλληνες, πρὸς δὲ αὖθις ὁ Ῥωμαίων δῆμος, ἐμὲ θαυμάζωσι καὶ ἐπαινῶσιν, οὐκ ἂν οὕτως τοῦτο εὐφρᾶναι τὴν ἐμὴν διάνοιαν. τῷ γὰρ ὄντι πολλὰ σοφὰ, καὶ θεῖα εἰρηκὼς Ὅμηρος, οὐδὲν σοφώτερον ἔφη τούτου τοῦ ἔπους, οὐδὲ ἀληθέστερον, ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος. εὖ μὲν τοι ἐπίστασθε, ὅτι τὰς τιμὰς ἔχω πάσας, καὶ ὅσας νῦν εἰσηγεῖσθε, καὶ εἴ τινες ἄλλαι εἰσὶν ἐν ὑμετέρᾳ εὐνοίᾳ καὶ φιλίᾳ· καὶ οὐδενὸς

mortẽ ipſi conſciſcerent, eo quòd non poſſent iam ſenes fugere, neque ſuſtinere vt patriam relinquerent: quódque colludit & nunc in omnibus cum tyrannidem agente in deos, & vt ille benè certet, ſummiſque viribus recipiat ciuitates; & quòd populares gubernationes confirmat, quãtũ ſuæ facultatis eſt confirmare: & quòd etiam populum corrumpit, ipſéque vrget accuſator, & ſuis verbis & lingua iniquè aduerſus ciues agit, & tribules: multáque alia facit, quæ erubeſco ſingula dicere, prauum vero exemplum ſemetipſum præbet & iunioribus & ſenioribus, egeſtatis & ſibi & incredulitatis: & quòd decimat multitudinem, vt nemo ipſi obiiciat quæ tunc facta ſunt, ſed odij & inſidiarum obliuiſcatur. Age iam ad hæc reſpondebo, viri Pruſenſes, & poſtquam audieritis, ſi vobis videtur, condemnate me: nam & Socratem antea auditum, Athenienſes condemnauerunt.

ORATIO BENEVOLENTIÆ DEMONSTRATIVA erga Patriam, honores ſibi decernentem. XLIIII.

MIHI, ô ciues, neque cõſpectus iucũdior eſt veſtro, neque vox acceptior: neque maiores vſquam honores mihi velim, quàm qui hîc ſunt: neque vlla mihi laus ſplendidior, quàm quæ à vobis proficiſcitur: atque etiamſi me Græci vniuerſi, & cum his Romanorum populus admirarentur atque laudarent, non ita animus lætificaretur meus. Nam quum reuera multa ſapienter & diuinè dixerit Homerus, nihil tamen dixit ſapientius hac ſentẽtia, neque verius, quòd nihil patria dulcius ſit. Benè ſiquidẽ noſtis, quòd honores habeo omnes, & quos nunc introduxiſtis, & ſi qui alij ſunt in veſtra ſiti beneuolentia amicitiáque: & ego nulla

re alia indigeo. Hoc enim homini ſufficit humano, vt diligatur à ſuis ciuibus. Et qui hoc obtinet, quid ille vltra indigeret imaginibus aut præconiis, aut primæ honore ſedis, aut vt auro compactus ſtet in illuſtriſſimus templis? Vnum enim verbũ ex beneuolentia dictum atque amicitia, pluris eſt, quàm vniuerſum inter homines aurum & coronæ, & alia omnia quæ ſplendida habentur. Quare auſcultate mihi, atque ita facite. Si verò prorſus & tales me quoſdã honores habere oportet, multi mihi & alij ſunt apud vos: partim quidem patris mei, quibus eum vt bonum virum honoraſtis, quique quãdã vixit iuſtè præfuit huic ciuitati: partim autẽ matris, cui vos ſtatuam erexiſtis, & templũ: partim quoque auorum & aliorum maiorum, præterea & fratrum, aliorúmque cognatorũ. Quippe multæ ſtatuæ & publicę ſepulturæ, & certamina ſepulchralia, aliáq; multa honorabilia illis ab hac ciuitate obtigerunt: quorum nullius ego oblitus ſum, ſed in memoria quantum fieri poteſt, maximè habeo, méque pro iis ipſe vobis gratiam debere puto: deóſque rogo, vt ſoluendo ſiam. Multis quidem ſcio & illos fuiſſe dignos, & iure omnia eſſe nactos: attamen ciuitas in omnibus modũ exceſſit. Etenim quæcunque non potuerunt, licet vellent, efficere, propter fortunam aliquam, pro iis tamen gratiam illis patria retulit. Auus ſanè meus, ſi pluſculum temporis fruitus eſſet amicitia huius Imperat. & non omnino breue illud fuiſſet tempus; cogitabat, vt aiũt, libertatẽ ciuitati impetrare: & iã de hoc fecerat orationem. Non autem deſperandum eſt, donec bonos munificóſq; ciuitas viros feret, quales & nunc ſunt. Ego enim, quum in multis fuerim ciuitatibus, haud viros ſcio meliores, quàm apud vos. Dicerẽ autem amplius de ſingulis, niſi ferè omnes mei eſſent cognati, eóſque laudibus cunctarer euehere, & tanquam conuiuium illis pro honoribus in me collatis rependere.

A ἀλλ' ἐγὼ δέομαι. τοῦτο γὰρ ἀνθρώπῳ ἱκανώτατον ἐπέχει, τὸ ἀγαπᾶσθαι ὑπὸ τῶν αὑτοῦ πολιτῶν. καὶ ὁ τοῦτο ἔχων, τί ἂν ἔτι προσδέοιτο εἰκόνων, ἢ κηρυγμάτων, ἢ προεδρίων, ἀλλὰ δὲ χρυσοῦς σφυρήλατος ἱστάμενος ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις ἱεροῖς; ἓν γὰρ ῥῆμα πλείονος ἄξιον, ἀπ' εὐνοίας ῥηθὲν καὶ φιλίας, ἢ ὁ ξύμπας ἐν ἀνθρώποις χρυσίον, καὶ στέφανοι καὶ τὰ ἄλλα ὅσα δοκεῖ λαμπρά. ὥστε μοι πειθόμενοι, οὕτω ποιεῖτε. εἰ δὲ ἄρα καὶ τοιαύτας τινὰς δεῖ με τιμὰς ἔχειν, πολλαί μοι καὶ ἄλλαι εἰσὶ παρ' B ὑμῖν· τοῦτο μὲν αἱ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ, ὅσαις ἐκεῖνον ἐτιμήσατε, ὡς ἄνδρα ἀγαθόν, καὶ ὅσον ἔζη χρόνον, δικαίως προεστῶτα τῆσδε τῆς πόλεως· τοῦτο δὲ τῆς μητρός, ἧς ὑμεῖς ἱδρύσασθε καὶ ἄγαλμα, καὶ ἱερόν· τοῦτο δὲ αἱ τῶν πάππων καὶ αἱ τῶν ἄλλων προγόνων, ἔτι δὲ αἱ τῶν ἀδελφῶν, καὶ τῶν ἄλλων συγγενῶν. καὶ γὰρ ἀνδριάντας πολλούς, καὶ ταφὰς δημοσίας, καὶ ἀγῶνας ἐπιταφίους, καὶ ἄλλα πολλὰ τί- C μια ἐκείνοις, παρὰ τῆσδε τῆς πόλεως γέγονεν· ὧν οὐδενὸς ἐγὼ ἐπιλέλησμαι, ἀλλ' ἐπίσταμαι πάντα, ὡς οἷόν τε μάλιστα, καὶ οἶμαι τὰς ὑπὲρ τούτου χάριτας, αὐτὸς ὑμῖν ὀφείλειν· καὶ εὔχομαι τοῖς θεοῖς, ἱκανὸς γενέσθαι ἀποτίνειν. πολλοὺς μὲν γὰρ ἐπίσταμαι γενομένους κἀκείνους ἀξίους, καὶ δικαίως ἁπάντων τυχόντας, ὅμως δὲ ἐν ἅπασιν ὑπερέβαλεν ἡ πόλις. καὶ γὰρ ὅσα οὐκ ἠδυνήθησαν βουληθέντες, διὰ τύχην τινά, καὶ τούτων αὐτοῖς χάριν ἀπεδίδου ἡ πατρίς. ὁ D γοῦν πάππος ὁ ἐμός, εἰ ἐπιπλέον ἀπώνατο τῆς φιλίας τοῦ τότε* αὐτοκράτορος· ἀλλὰ μὴ βραχὺς παντελῶς ἐγένετο χρόνος, διενοεῖτο, ὥς φασιν, ἐλευθερίαν τῇ πόλει κατασκευάζειν· καὶ ἤδη περὶ τούτου πεποίητο τὸν λόγον. οὐ δεῖ δὲ ἀπελπίζειν, ἕως ἂν ἀγαθοὺς καὶ φιλοτίμους ἄνδρας ἡ πόλις φέρῃ, ὁποίους καὶ τοὺς νῦν. ἐγὼ γὰρ ἐν πολλαῖς γεγονὼς πόλεσιν, οὐκ οἶδα βελτίους ἄνδρας τῶν παρ' ὑμῖν. ἔλεγον δ' ἂν ἐπὶ πλέον καθ' ἕκαστον, εἰ μὴ σχεδὸν ἅπαντας συγγενεῖς εἶχον, ὤκνουν ἐπαινεῖν, καὶ ὥσπερ ἔρανόν τινα ἀποδιδοὺς τῆς εἰς ἐμαυτὸν ἕνεκα τιμῆς.

ἠκροασάμην γὰρ δὴ καὶ τούτων, καί τι σφόδρα αἰδούμενος, ὅμως δὲ διὰ τοὺς λέγοντας αὐτοὺς ἀγάμενος τῶν ἀνδρῶν, τό τε ἄφθονον καὶ τὴν προθυμίαν· ἔτι δὲ τὴν περὶ τὸ εἰπεῖν δύναμιν. οὐδὲν θαυμαστόν, εἰ ἐγὼ πατρίδα τοιαύτην, οὕτω σφόδρα ἠγάπηκα· ὥστε οὔτ' ἂν Ἀθήνας, οὔτε Ἄργος, οὔτε Λακεδαίμονα· αἵπερ εἰσὶ πρῶται, καὶ ἐνδοξόταται τῶν Ἑλληνίδων· εἱλόμην ἂν εἶναί μοι πατρίδας περὶ ταύτης· καὶ τοῦτο ἔργῳ ἐδήλωσα. πολλῶν γὰρ πολλαχῆ παρακαλούντων με, καὶ μένειν καὶ προεστάναι τῶν κοινῶν, οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ πρότερον, ὅτε ἤμην φυγάς· καὶ ψηφίσματα ἔπεμψάν τινες πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, χάριν εἰδότες τῆς εἰς ἐμὲ τιμῆς, οὐδὲ πώποτε ἄχρι λόγου, τὸ τοιοῦτον ὑπεσχόμην, ἀλλ' οὐδ' οἰκίαν ἢ χωρίον ἐκτησάμην παρ' ἑτέροις· ὡς μηδὲν ᾖ μοι σημεῖον ἀλλαχοῦ πατρίδος. τὸ γὰρ ἂν εἴη δεινόν, εἰ οἱ ἄνθρωποι ἀδικώτεροι ἔσονται τῶν μελισσῶν. οὐδέποτε γὰρ ἐκείνων μία, καταλιποῦσα τὸ αὐτῆς σμῆνος, εἰς ἕτερον μετέστη, τὸ μεῖζον ἢ μᾶλλον εὐθενοῦν· ἀλλὰ τὸ ἴδιον ἑσμὸν πληροῖ, καὶ αὔξει, κἂν ψυχρότερον ᾖ τὸ χωρίον, καὶ αἱ νομαὶ χείρους, καὶ ἡ δρόσος ἐλάττων· κἂν δυσκολώτερον τὸ ἔργον τὸ περὶ τὰ χωρία, κἂν ὁ γεωργὸς ἀμελέστερος. οὕτως δὲ ἄγαν αὐτάς φασι φιλεῖν ἀλλήλας, καὶ τὸ ἴδιον σμῆνος ἑκάστην, ὥστε ἐπὰν ἔξω χειμῶνος ἀπολειφθῶσι πολλοῦ γενομένου πνεύματος, λίθον εἰς τοὺς πόδας ἑκάστη λαβοῦσα ὥσπερ ἕρμα, οὕτως πέτονται, ὅπως μὴ παρενεχθῶσιν ὑπὸ τοῦ πνεύματος, μηδὲ τοῦ σμήνους διαμάρτωσιν. ὅταν δὲ δὴ καὶ πρόθυμον οὕτως καὶ ἀγαθὴν ἔχῃ τις πατρίδα, πῶς οὐ χρὴ πάντα τἆλλα περὶ ἐλάττονος ποιεῖσθαι ταύτης; ἃ ἐγὼ λογιζόμενος χαίρω, ὁρῶν καὶ τὸν υἱὸν τὸν ἐμαυτοῦ, καὶ τὸν ἀδελφιδοῦν, καὶ τοὺς ἄλλους νεανίσκους· πολλοὺς δὲ ὁρῶ σὺν θεῷ, καὶ ἅπαντας ἀγαθῶν γονέων, καὶ τό γε εἶδος, ἀγαθοῖς ὁμοίους· οὕτω διακειμένους, ὡς φιλονεικήσοντας ἀλλήλοις ἄνευ φθόνου καὶ ζηλοτυπίας, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ὑπὲρ ἀρετῆς καὶ εὐδοξίας,

A *Audiui enim & hoſce, licet admodũ pudore perfuſus: attamen propter illorũ vituperatores, admiror virorum animos inuidia vacuos, meique ſtudioſos: præterea etiam ſummam dicẽdi facultatem. Non mirum, ſi patriam ego talem vehementer dilexi: vt neque Athenas, neque Argos, neque Lacedæmonem (quæ quidem ſunt primæ, celeberrimæque* Græciæ *ciuitates) patrias mihi eſſe vellem pro hac; atq; hoc factis planum feci. Multis enim paſsim*
B *obſecrantibus me vt manerem, rebúſque publicis præeſſem, non modò nũc: ſed etiã antea, quando eram exul: & quibuſdam plebiſcita ad Imperatorẽ mittẽtibus, quibus gratias agerent pro honoribus mihi exhibitis, nunquam ego ne ſermone quidem tale quid pollicitus ſum, neque domum neque prædium apud alios vllum poſſedi: vt nullum ſit ſignũ, me alibi patriam elegiſſe. Námque intolerandum foret, ſi homines fierent apibus iniuſtiores.*
C *Nulla enim illarum, ſuo relicto alueo in alium ſe confert, aut maiorem aut fortiorem: ſed proprium alueum implet, augétque, etiamſi regio ſit frigidior, & paſcua deteriora, & ros minor: etiamſi opus fiat ea in regione maiori cum difficultate, etiam ſi ſit agricola negligentior. Ita nimis autem ſeſe mutuò eas aiũt amare, & quamque ſuum alueum, vt ſi quando foris relinquantur hyeme, aut multo vẽto ingruente, lapidem quæque pedibus com-*
D *prendat tanquam ſuſtentaculum, ſicque volant ne præteruehantur à ſpiritu, néve ab alueo aberrent. Quãdo autẽ quis patriã habet ita ſui ſtudioſam, atque ita benignè, quomodo non conueniret alia omnia contemnere præ illa? Quæ ego mecum expendens, gaudeo, videns & filiũ meũ, & patruelẽ, alióſque adoleſcentes, (multos autem video diuina gratia, & omnes ex bonis prognatos parentibus, boniſque forma ſimiles) ſic affectos, vt certaturi ſint inuicẽ abſque inuidia & æmulatione, cúmq; aliis hominib. de virtute & gloria*

tam ſua ipſorũ quàm patriæ: & vt quiſque primas gerat in patria, iuſtitiæ ſtudio ciuitatiſque amore, potentiáq; benè quid faciendi patriæ, eámque augẽdi. Nequaquam enim vos latet, quòd quum nõ maxima eſſet ciuitatum, neque longiſsimum tempus habitata, multis iam notior eſt & apud alios homines, ſuóſque iã olim tales exhibet ciues, vt qui ferè cum omnibus Græcis cõtendere poſsint, neque inter nouiſsimos, neque inter tertios, neq; inter ſecundos numerentur. Dico autem non pro me ipſo hunc ſermonẽ: ſed pro aliis, quorũ partim hinc peregrè profecti, multiſq; noti facti, claram ſibi gloriã cõpararunt: partim verò hîc rempublicã gerentes, manẽtéſque in nullo ſunt illis deteriores, neque in dicendi facultate, neque in rebus agendis. Cerno autem non ſolùm ab eloquentia, verùm etiã à philoſophia bonos & ſpectabiles exoriri viros in ciuitate: de quib. ego & priuatim iuuenes, & publicè, quum fuerit opportunum, hortari non cunctabor. Et vos populum rogo, vt ea quidẽ quæ ab iis qui rerũ potiuntur, præſtari ſolent, ſperetis tanquã futura: optetiſque obtingere vobis aut honorẽ aliquẽ, aut gloriã, aut pecuniarũ facultatẽ: quæ autẽ vobis ipſis præſtare poteſtis, ea interim præſtare ne negligatis, diſciplina longè ab aliis populis differente, pudore, atque obediendo viris bonis, operationũ aſſiduitate, modeſtia circa quotidianũ victum, nulláque rerum obtingentiũ negligentia, neque animi; quantum vnicuique ſuæ occupationes otij tribuunt, promptè educando liberos, & erudiendo, faciendóque ciuitatem reuera Græcanicam, tumultúque vacuam, moribúſque compoſitam: & aſperitatem fortitudinémque naturæ atque intellectum ad maiora honeſtioráque vertendo, diſſenſionem verò & turbas mutuáſque offenſiones, quantũ fieri poteſt, excludendo. Eſt enim, ô viri, & populi diſciplina: ſunt quoque ciuitatis mores philoſophici & humani.

A τῆς τε αὐτῶν καὶ τῆς πατρίδος· καὶ ὅπως πρωτεύσῃ ἕκαστος ἐν τῇ πατρίδι, τῷ δίκαιός τε εἶναι καὶ φιλόπολις, καὶ μὴ ἀδύνατος ἀγαθόν τι ποιεῖν καὶ αὔξειν τὴν πατρίδα. εὖ γὰρ ἴστε ὅτι οὐ μεγίστη τῶν πόλεων οὖσα, οὐδὲ πλεῖστον χρόνον οἰκουμένη, πολλῶν γνωριμωτέρα ἐστὶ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, καὶ σχεδόν τι πρὸς ἁπάσας ἀγωνιουμένους τοὺς Ἕλληνας πάλαι παρέχει τοὺς αὐτῆς πολίτας, οὐκ ἐν τοῖς ὑστάτοις, B οὐδ' ἐν τοῖς τρίτοις, ἢ δευτέροις ἀριθμουμένους. λέγω δὲ οὐχ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ τοῦτον ἐγὼ τὸν λόγον· ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἄλλων, ὧν οἱ μὲν ἀποδημήσαντες καὶ πλείοσι φανεροὶ γενόμενοι, φανερὰν τὴν δόξαν ἐκτήσαντο· οἱ δὲ ἐνθάδε πολιτευόμενοι, καὶ μένοντες, οὐδὲν χείρους ἐκείνων εἰσὶν, οὔτε περὶ τοὺς λόγους, οὔτε περὶ τὰ ἔργα. ὁρῶ δὲ οὐ μόνον ἀπὸ λόγων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ φιλοσοφίας ἄνδρας ἀγαθοὺς καὶ ἀξιολό- C γους γιγνομένους ἐν τῇ πόλει· ὑπὲρ ὧν ἐγὼ καὶ ἰδίᾳ τοὺς νέους καὶ κοινῇ, ὅταν ᾖ καιρὸς, οὐκ ὀκνήσω παρακαλεῖν. καὶ τὸν δῆμον ὑμᾶς ἀξιῶ, ἃ μὲν ἐστὶ παρὰ τῶν κρατούντων, ταῦτα ἐλπίζειν ὡς ἐσόμενα· καὶ εὔχεσθαι συμβαίνειν ἤ τινα τιμὴν, ἢ δόξαν, ἢ εὐπορίαν χρημάτων· ἃ δὲ ἐστὶ παρ' αὐτῶν ἔχειν, εὐταξίᾳ τῶν ἄλλων δήμων διαφέροντας, αἰδοῖ, τῷ πείθεσθαι τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσι, φιλεργίαις, σωφροσύνῃ τῇ περὶ τὸν καθημέ- D ραν βίον, τῷ μήτε τῶν σωμάτων ἀμελεῖν, μήτε τῆς ψυχῆς, καθόσον ἑκάστῳ σχολὴν δίδωσι τὰ αὐτοῦ πράγματα· τῷ προθύμως ἐκτρέφειν τέκνα καὶ παιδεύειν, τῷ παρέχειν Ἑλληνικὴν τῷ ὄντι καὶ ἀθόρυβον, καὶ καθεστῶσαν τὴν πόλιν· καὶ τὸ δριμὺ, καὶ τὸ ἀνδρεῖον τῆς φύσεως, καὶ τὴν σύνεσιν ἐπὶ τὰ μείζω καὶ καλλίω τρέπειν. διχοφροσύνης δὲ καὶ ταραχῆς, καὶ τοῦ προσκρούειν ἀλλήλοις, ὡς οἷόν τε, ἀπέχεσθαι. ἔστι γὰρ, ὦ ἄνδρες, καὶ δήμου παιδεία, καὶ πόλεως ἦθος φιλόσοφον καὶ ἐπιεικές.

καὶ οὐ μόνον Λακεδαιμονίοις, οὐδὲ Ἀθηναίοις τὸ παλαιὸν, καὶ ἄλλοις τισὶ συνέβη διὰ τὸ κοσμίως πολιτεύεσθαι, μεγάλας καὶ ἐπιφανεῖς, καὶ ἐκ πάνυ μικρῶν καὶ ἀσθενῶν ἀποδεῖξαι τὰς πόλεις· ἀλλὰ καὶ τοῖς νῦν ἔξεστι τὸ τοιοῦτον τοῖς βουλομένοις. ταῦτα γὰρ ὑμᾶς ἐπιτηδεύοντας, πλέον ὀνήσει, καὶ τοῦ πλήθους τῶν βουλευτῶν, καὶ τοῦ παρ' ὑμῖν τὰ πράγματα ἄγεσθαι, καὶ τοῦ πρόσοδόν τινα χρημάτων ἔξωθεν ὑμῖν ὑπάρξαι, καὶ τῆς ἐλευθερίας αὐτῆς, ἐὰν ἄρα καὶ τούτου τύχητε ποτέ. εὖ γὰρ ἴστε, ὅτι τὴν μὲν λεγομένην ἐλευθερίαν, καὶ τὸ ὄνομα τοῦθ' ὃ παρὰ τῶν κρατούντων καὶ δυναμένων ἐνίοτε γίγνεται, οὐ δυνατὸν κτήσασθαι· τὴν δ' ἀληθῆ ἐλευθερίαν, καὶ ἔργῳ παραγινομένην τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἀνὴρ, καὶ πόλις ἑκάστη παρ' αὑτῆς λαμβάνει, μεγαλοφρόνως καὶ μὴ ταπεινῶς, μηδὲ ῥαθύμως διοικοῦσα τὰ καθ' αὑτήν. ἵνα δὲ καὶ ἄλλοθεν εἰδῆτε τὴν ἐμὴν γνώμην, ἀναγνώσομαι ὑμῖν ἐπιστολὴν, ἥν τε αὐτὸς ἐπέστειλα * τοῖς αὐτοκράτορσι ὅτε ἐκλήθην· ὅτε ἐν ἐκείνῃ παρεκάλουν ἀφεθῆναι πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἣν ἐκεῖνος ἀντέγραψεν.

γ. τῷ αὐτοκράτορι

ΑΠΟΛΟΓΙΣΜΟΣ, ΟΠΩΣ ἔσχηκε πρὸς τὴν πατρίδα. μέ.

ΑΝΔΡΕΣ πολῖται, βούλομαι ὑμῖν ἀποδοῦναι λόγον τῆς ἐπιδημίας ταύτης, ἐπειδὴ καὶ βραχὺν οἴομαι τὸν λοιπὸν ἔσεσθαί μοι χρόνον. τὴν μὲν γὰρ φυγὴν ὅπως διήνεγκα, μὴ φίλων ἐρημίας ἡττηθεὶς, μὴ χρημάτων ἀπορίας, μὴ σώματος ἀσθενείας· πρὸς δὲ τούτοις ἅπασιν ἐχθρὸν ἀνεχόμενος, οὐ τὸν δεῖνα, οὐδὲ τὸν δεῖνα, τῶν ἴσων τινὰ καὶ τῶν ὁμοίως ἐνίοτε φθεγγομένων, ἀλλὰ τὸν ἰσχυρότατον καὶ βαρύτατον, καὶ δεσπότην ὀνομαζόμενον, καὶ θεὸν παρὰ πᾶσιν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις, τὸ δὲ ἀληθὲς ὄντα δαίμονα πονηρὸν,

A *Neque ſolũ Lacedæmoniis, neque Athenienſibus atque aliis quibuſdam antiquitùs contigit, quum honeſtè viuerent in republica, vt ſuas ciuitates ex admodùm paruis & infirmis magnas & illuſtres redderent: verumetiam nunc licet idẽ volentibus. His enim quum operam dabitis, magis vobis proderit quàm Senatorum multitudo, quàm quòd cauſæ apud vos diſcutiuntur, quámque vt extrinſecus reditus vobis aliquis pecuniarum exiſtat, cũ* B *ipſa libertate, ſi quando & hanc conſequimini. Benè enim ſcitis, quòd libertatẽ, quæ dicitur, atque illud nomen, quod ab iis qui rerũm potiũtur, multáque poſſũnt, interdum contingit, poßidere non liceat: veram autem libertatem, & quæ facto hominibus adeſſe ſolet, & vir & vnaquæque ciuitas ex ſe accipit, magno & non abiecto animo, neque ſegniter ſua gubernans. Porrò, vt etiam aliunde ſententiam ſciatis meam, legam vobis epiſto-* C *lam, quam ipſe miſi Imperatori, quando vocabar: quandóque in ea ſupplicabam vt dimitterer ad vos, & quam ille mihi reſcripſit.*

DEFENSIO, QVI AFFECTVS FVERIT ERGA patriam. XLV.

D *RAtionem vobis, ô ciues, reddere volo peregrinationis huius: quãdoquidem nõ multũ mihi in poſterum tempus ſuperfuturum video. Nam exiliũ quidem quomodo pertulerim, non amicorum ſolitudini ſuccumbens, neque pecuniarum egeſtati, neq; corporis infirmitati: atq; ad hæc eũ qui omniũ inimicus erat, ſuſtinens, non illum aut illum, ęqualium quendam, & ſimiliter loquentium, ſed fortißimum grauißimúmque, atque dominũ deúmq; nominatũ apud omnes Græcos & barbaros, reuera autẽ malũ exiſtentẽ Geniũ,*

præſertim non illi adulans, neq; recuſans inimicitias, ſed palàm prouocans, quanquam malus eſſet, nō herclè nunc dicturus, ſum aut ſcripturus, ſed dixi iampridem, ſcripſique, atque illæ orationes ſcriptionéſque vbique ſunt: haud ob inſaniã aut arrogantiam ea facere conatus, ſed meliore fretus potentia, & auxilio, nempe à diis, quod aſpernantur plerique, & inutile exiſtimant. De his autem ſingulatim dicere, ſuperfluũ eſſe reor. Apud alios enim hæc magis nota ſunt, gloriámque aſſequuntur & honorem erga vos. Apud vos autem ſi recitem exilij tempus, nō me forſan lamentari quis dixerit, ſed magis arrogantem eſſe. Mortuo autem illo, & rerum mutatione facta, aſcendi ad optimũ Neruam. Morbo verò difficili correptus, totum illud tempus perdidi: ſpoliatus Imperatore humaniſſimo, méq; diligente, & iam olim amico. Et deos omnes vobis iuro, quòd non pro iis cōtriſter, quæ non in me ipſum, aut meorum collata ſunt quempiam, quódque ſim iis fruſtratus: ſed pro iis, quæ vobis & publicè ciuitati præſtare valebam. Hoc ego maximum numero damnum, & iacturam. Quæ enim in præſentia nacti ſumus, ea etiam tũc habere licuerat, atque hac præſenti opportunitate ad alia vti dona. Poſtquam igitur huius vigebat humanitas, ſtudiúmque tale circa nos, quantum norunt ſoli illi familiares, & ego ſi nunc dicam, valde quoſdam contriſtaturus ſim: & fortaſſe ne credibilis quidem videbitur oratio, quòd tantum nactus ſim honorem & familiaritatem, amicitiámque, vt ne quid vltra dicam: quare omnia hæc mittere & preterire volo, omnem hîc perturbationem fugiens, deſiderânſque ocium: haud tamen in vllum proprium commodum repoſui illud tempus, neque Imperatoris beneuolentiam, ne pro parte quidem, vt vel perditas facultates recuperarem, aut acquirerem magiſtratum mihi quendam, aut potentiam:

A καὶ ταῦτα οὐ θωπεύων αὐτὸν, οὐδὲ τὴν ἔχθραν παραιτούμενος, ἀλλὰ ἐρεθίζων αὐτὸν ἰσχυρῶς, καὶ περὶ ὄντα κακόν, μὰ Δί' οὐ μέλλων νῦν ἐρεῖν, ἢ γράφειν, ἀλλὰ εἰρηκὼς ἤδη καὶ γεγραφώς· καὶ τούτων πανταχῆ τῶν λόγων καὶ τῶν γραμμάτων ὄντων, οὐχ ὑπὸ μανίας καὶ ἀπονοίας ταῦτα πράττειν ἐπαιρόμενος, ἀλλὰ κρείττονι πεποιθὼς δυνάμει, καὶ βοηθείᾳ, παρὰ τῶν θεῶν ἧς καταφρονοῦσιν οἱ πολλοὶ, καὶ ἀνωφελῆ νομίζουσιν. τὸ δὲ περὶ τούτων καθ' ἕκαστον

B λέγειν, ἡγοῦμαι εἶναι περιττόν. παρ' ἄλλοις γὰρ μᾶλλον γινώσκεται ταῦτα, καὶ τυγχάνει δόξης καὶ τιμῆς τῆς πρὸς ἡμᾶς. παρ' ὑμῖν δὲ ἂν διεξίω τὸν τῆς φυγῆς χρόνον, οὐκ ὀδύρεσθαί με φήσει τις, πολὺ δὲ μᾶλλον ἀλαζονεύεσθαι. τελευτήσαντος δὲ ἐκείνου, καὶ τῆς μεταβολῆς γενομένης, ἀνιέναι μὲν πρὸς τὸν βέλτιστον Νέρβαν. ὑπὸ δὲ νόσου χαλεπῆς καταληφθεὶς, ὅλον ἐκεῖνον ἐζημιώθην τὸν καιρόν, ἀφαιρεθεὶς αὐτοκράτορος φιλανθρώπου, καί με ἀγα-

C πῶντος, καὶ πάλαι φίλου. καὶ ὀμνύω τοὺς θεοὺς ὑμῖν ἅπαντας, οὐκ ἐφ' οἷς ἂν εἰς ἐμαυτὸν, ἢ τῶν ἐμῶν τινὰ ἔλαβον, οὐκ ἐπὶ τούτοις ἄχθομαι διημαρτηκώς· ἀλλ' ἐφ' οἷς ὑμῖν καὶ δημοσίᾳ τῇ πόλει παρασχεῖν ἐδυνάμην. ταύτην ἐγὼ μεγάλην ἀριθμῶ βλάβην καὶ ζημίαν. ὧν γὰρ νῦν ἐτύχομεν, τότε ἐξῆν ταῦτα ἔχειν, καὶ τῷ παρόντι καιρῷ πρὸς ἑτέρας κεχρῆσθαι δωρεάς. ἐπεὶ δ' οὖν ὑπῆρξε παρὰ τούτου φιλανθρωπία, καὶ σπουδὴ τοιαύτη πε-

D ρὶ ὑμᾶς, ὅσην ἐπίστανται μόνοι οἱ παρατυχόντες, ἐγὼ δὲ ἂν λέγω νῦν σφόδρα λυπήσω τινάς· ἴσως δὲ οὐδὲ φανεῖται πιστὸς ὁ λόγος, τῷ τηλικαύτης τιμῆς τυγχάνοντα, καὶ συνηθείας καὶ φιλίας· ἅπαντα ταῦτα ἐᾶσαι καὶ παριδεῖν ἐπιθυμήσαντα τῆς ἐνταῦθα ταραχῆς, καὶ τῆς ἀσχολίας, ἵνα μηδὲν εἴπω πλέον· ὅμως δ' εἰς οὐδὲν τῶν ἰδίων κατεθέμην τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, οὐδὲν τὴν τοῦ κρατοῦντος εὔνοιαν· οὐδὲ ἀπὸ μέρους, ὥστε τὰ τῆς οὐσίας ἐπανορθώσας διεφθαρμένης, ἢ προσλαβών τινα ἀρχὴν ἢ δύναμιν·

ἀλλὰ τὴν ὅσον ποτὲ ἦν εἰς ὑμᾶς ἔτρεψα, καὶ μόνον εἶδον τὸ τῆς πόλεως. ταῦτα δὲ εἰ μὲν ἐστὶ χρήσιμα, μεγάλα, ἢ μὴ πολλοῖς ὑπάρξαντα ἑτέροις, ἀλλ' ἢ μιᾷ πόλει, καὶ ταύτῃ σχεδόν τι τῶν ἐλλογιμωτάτων κατὰ τὴν Ἀσίαν· καὶ τηλικούτων ἐχούσῃ δίκαιον πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, τοῦ θεοῦ παρ' ἐκείνοις μαντευσαμένου, καὶ προειπόντος τὴν ἡγεμονίαν αὐτῷ, καὶ πρώτου πάντων ἐκείνου φανερῶς αὐτὸν ἀποδείξαντος τῶν ὅλων κύριον. οὐ λέγω τοιοῦτον οὐδέν, ὅτι ὑμεῖς μάλιστα τοῦτο ἐπιθυμεῖτε, καὶ χρόνος ἦν πολύς, ὃν ἠλπίζετε ἐξηπατῆσθαι τοῖς ὑποσχομένοις μόνον τῶν ἡγεμόνων· οὐ γὰρ δὴ τῶν ἰδιωτῶν οὐδεὶς οὔτε προσεδάνεισε* πώποτε, οὔτε ὑπέσχετο· τιμὰς ὑπερβαλούσας ἐδίδοτε· περὶ πολλοῦ τῆς πόλεως ἅπαντες πάνδημοι περιιόντες ἐν ἑτέραις πόλεσι τούτοις. ὡς ἐννοεῖν ἄξιον, καί τοι σμικρῶν γινομένων καὶ οὐδενὸς ἀξίων, τὸν ἄνδρα τὸν γενναῖον, καὶ μὴ φθόνου καὶ βασκανίας ἥττονα, τότε ἐχρῆν λέγειν, ὅτι μαίνεσθε, καὶ παραφρονεῖτε τοιούτων ἐξεχόμενοι σφόδρα οὕτως, καὶ θεραπεύοντες ἀνθρώπους οὕτω ταπεινοῖς ἐπὶ πράγμασιν, οὔτε ἀναγκαίοις, οὔτε μεγάλοις, καὶ ταῦτα ἀδήλοις ἔτι καὶ μηδὲν ἔχουσι βέβαιον. ἀλλ', οἶμαι, χαλεπὸν μὲν ἦν αὐτοῖς, καὶ ὁπωσοῦν γινόμενόν τι τούτων. οὐ μὴν ὁμοίως ἐλύπει τὸ τὸν δεῖνα, τῶν ἡγεμόνων εἶναι τὸν ποιήσαντα καὶ παρασχόντα μὴ τῶν ἡμετέρων τινὰ πολιτῶν. ἔτι δὲ ἐλπὶς ὑπῆν, καὶ ἔθελγεν αὐτούς, ὡς οὐδέποτε γινομένων. καί τοι καὶ τοῦτο ἀκήκοα πολλῶν ἐγὼ λεγόντων, ὡς πρᾳότερον ἀντιγράψαντος περὶ τῆς διοικήσεως τῶν ἡγεμόνων τινός, καὶ τοῦ πράγματος ἀποτυχθέντος, πολλοὶ κατεγέλων τῆς πόλεως, οὐ τῶν ἀστυγειτόνων· ἧττον γὰρ ἦν τὸ δεινόν· ἀλλὰ τῶν πολιτῶν· ὡς μειζόνων, ἢ καθ' αὑτὴν ἐφιεμένης, καὶ διαφερούσης οὐδὲν κατὰ τὴν ἀφροσύνην τῶν παίδων τῶν βασιλέων. καὶ ταῦτα λέγοντες, οὐκ ᾐσχύνοντο διασύροντες τὴν αὑτῶν πατρίδα, καὶ καταιρεοῦντες ἐν τοῖς λόγοις οὕτως ἀνοήτως.

*γ. προσεδόκησε

A *ſed omnem quicquid tandem potui, ad vos conuerti, ſolúmque ciuitatis reſpexi commodum. Hæc autem, ſi quidem ſunt vſui, magna ſunt, aut non omnibus aliis collata, ſed vel vni ciuitati, quæ etiam ſit inter præſtantiſſimas in Aſia: tantúmque ad obtinendum ius habeat apud Imperatorem, quòd Deus diuinauerit apud eos prædixeritque illi imperium, primúſque omnium ille apertè illum deſignauerit vniuerſorum dominum fore. Non di-*

B *co tale quicquam, quòd vos hoc maximè deſideraueritis: tempúsq; præterierit multum, quo vos promiſſis fruſtrari timuiſtis, iiſque præſidum ſoùm, (non enim priuatorum quiſquam ad hoc vnquam fænerauit, neque promiſit) quibus excellentiſſimos multo antea ciuitatis dediſtis honores: vniuerſi vulgò ea expectãtes, ſicut & in aliis hiſce ciuitatibus factum eſt. Itáque animaduertere dignum eſt, licet parua fuerint, & nullius pretij, an virum*

C *generoſum, neque odio, atque inuidia laborantem tunc dicere oportebat, quòd inſaniretis, deliraretiſque talibus ita vehementer inhærentes, colentéſque homines ita ſubmiſſè pro rebus neque neceſſariis neque magnis, præſertim incertis adhuc, nihilque firmitatis habentibus. Sed opinor graue illis erat, ſi vel quocunque modo horum quid fieret. Quin ſimiliter contriſtauit quendam, quòd præſidibus eſſet, qui efficeret præſtarétque & non*

D *veſtrorum aliquis ciuium. Præterea ſpes ſuberat, demulcebátque eos, quaſi nunquam ea fierent. Quanquam ego & hoc ex multis audiui, quòd mitius quodam præſide reſcribente de gubernatione, réque negata, multi deriſerint ciuitatem, non vicini (minus enim hoc graue foret) ſed ciues: quaſi maiora quàm eam deceret, appeteret, nihílque differret inſipientia à liberis regum. Et hæc dicentes, non erubeſcebant carpere ſuam ipſorum patriã, eique tã ſtolidè ſermonib. detrahere.*

Siue enim inter primos in ea numerentur, atque honoratos, ſibimetipſis detrahunt, infirmæ ignobilique ciuitati præſidẽtibus: ſiue ſint ex abiectis & nouiſsimis, adhuc maiorem ſibi grauiorémque faciũt ignominiam, quòd nouiſsimæ ciuitatis nouiſſimi ſunt. Cæterùm ne propter incidentes ſermones à propoſito repellar, his quomodocunque tandem acceptis & allatis, nunc conſiderate, num cui grauis fuerim ciuium, aut priuatim pro me ipſo dicens, aut publicè proferens vituperanſque beneficia, aut producẽs quoſdã quos vellem plus vallere; aut aduerſarios minus. Nónne quum centum ſenatores deligentur, alij quidem ſuos introduxerunt amicos, effecerúntque vt habeant fautores adiutoréſque ad quæcunque vellent: ego autem horum nihil feci, neque collocutus ſum tale quid vt ſe mihi adiungerent, ſi voluiſſem, aut alteri alicui? Maximè enim volebam, vt neque alius quiſpiam talem introduceret conſuetudinem, néve reſpublica per factiones gereretur, néve ciuitas diſtraheretur in partes. Si ergo ipſe abſtinui ab his delictis, ſibique minus quàm omnes valiturus fui, nullámq; mei cupiui haberi rationem, quid in his peccaui, & quid à me prætermiſſum eſt? Ius meum me hortatur vt vobis cõfitear, quòd neque ipſe quicquã fecerim iniqui & preter léges, neque alios prohibuerim, quũ vno verbo liceret prohibere, rémque in rectum reducere ſtatum, factúmque illud notum facere ſcientibus vobis atque præſidibus. Quod ſi verò neque vos cauiſſetis, neque res præſides mouiſſet, non difficile erat imperatori exequi. Hoc ergo fuit, quòd ſilentium me fecit agere, ne viderer accuſare quoſdam, atque criminari ciuitatem, néve moleſtior eſſem vlli hîc ciuium. Quod quidem ad ſenatum attinet, ita eſt adminiſtratum: alia autem rectè. Neque enim malos, neque indignos viros elegiſtis: niſi quòd omnes parem nacti honorem (quanquam iure nacti, &

A εἴτε γάρ, ἐπὶ τῶν πρωτευόντων ἐν αὐτῇ, ἢ τιμωμένων, αὖθις καθαιροῦσιν ἀσθενοῦς καὶ ἀδόξου πόλεως προεστηκότες· εἴτε τῶν ἀπερριμμένων εἰσὶ καὶ τῶν ὑστάτων, ἔτι μείζω καὶ χαλεπωτέραν ποιοῦσι τὴν ἀτιμίαν αὖθις, εἰ τῆς ἐσχάτης πόλεως ἔσχατοι τυγχάνουσιν ὄντες. ἵνα δὲ μὴ διὰ τοὺς ἐμπίπτοντας λόγους τοῦ προτεθέντος ἐκκρουσθῶ, τούτων ὅπως δήποτε λειφθέντων ἐνταῦθα σκοπεῖτε, καὶ κομισθέντων, εἴτῳ βαρὺς γέγονα τῶν πολιτῶν,
B ἢ κατ' ἰδίαν ὑπὲρ ἐμαυτοῦ λέγων, ἢ κοινῇ προφέρων καὶ ὀνειδίζων χάριτας, ἢ προαγαγών τινας ὧν ἐβουλόμην, ἢ τοὐναντίον ἔλαττον.* οὐχ ἑκατὸν βουλευτῶν καταλεγέντων, ἕτεροι μὲν εἰσήγαγον φίλους αὐτῶν, καὶ παρεσκευάσαντο ὅπως ἕξουσι συναγωνιζομένους καὶ βοηθοῦντας, οἷς ἄν ποτε ἐθέλωσιν· ἐγὼ δὲ οὔτ' ἐποίησα τοιοῦτον οὐδέν, οὔτ' διελέχθην τοιοῦτον, ὡς ἐμοὶ προσθεμένων, εἰ ἐβουλόμην, ἢ ἄλλῳ τινί; μάλιστα μὲν γὰρ ἠξίουν, μηδὲ ἕτερον
C μηδένα τοιοῦτον ἔθος εἰσάγειν, μηδὲ καθ' ἑταιρείας πολιτεύεσθαι, μηδ' εἰς μέρη διασπᾶν τὴν πόλιν. εἰ δ' οὖν αὐτὸς ἀπέχεσθαι τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων, εἰ καὶ πάντων ἔλαττον ἰσχύειν ἔμελλον, καὶ μηδενὸς ἀξιοῦσθαι λόγου, τί οὖν ἥμαρτον ἐν τούτοις; καὶ τί παρελείφθη μοι; δίκαιός εἰμι πρὸς ὑμᾶς ὁμολογεῖν, ὅτι μήτε αὐτὸς μηδὲν ἔπραττον ἄδικον καὶ παράνομον, μήτε τοὺς ἄλλους ἐκώλυον· ἐξὸν ἑνὶ ῥήματι κωλῦσαι, καὶ καταστάντας, τὸ
D μηνῦσαι τὸ γιγνόμενον, τὸ παρ' εἰδόσιν ὑμῖν καὶ τοῖς ἡγεμόσιν. εἰ δὲ μήτε ὑμεῖς προσείχετε, μήτε τῶν ἡγεμόνων τὸ πρᾶγμα ἥπτετο, οὐ χαλεπὸν ἦν ἐπιτελέσαι τῷ αὐτοκράτορι. τοῦτ' οὖν ἦν, ὃ ποιῆσαν ἐμὲ τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, ἵνα μὴ δοκῶ κατηγορεῖν τινων, μηδὲ διαβάλλειν τὴν πόλιν, μηδ' ὅλως λυπηρότερος ὦ τῶν ἐνθάδε μηδενί. τὸ μὲν δὴ τῆς βουλῆς οὕτω διῳκήθη, τὰ δ' ἄλλα ὀρθῶς. οὔτε γὰρ φαύλους, οὔτε ἀναξίους ἄνδρας ἐχειροτονήσατε· πλὴν ὅτι πάντες τῆς ἴσης τυχόντες τιμῆς· καίτοι δικαίως τυγχάνοντες, καὶ

*κ. ἐλάττων

δι' αὐτῆς· ὅμως καθάπερ οἱ μυούμενοι, μυσταγωγῶν ἐδεήθησαν. ἐγὼ δὲ οὐδὲ ψῆφον ἠξίωσα εἰσενεγκεῖν ὑπὲρ οὐδενὸς μόνος, μὴ ῥοπήν τινα δοκῇ τὸ τοιοῦτον παρέχειν καὶ μαρτυρίαν, καὶ τῶν ἄλλων τινὲς ὀκνήσωσιν ἐμοὶ τἀναντία γράφειν καὶ ἀποφαίνεσθαι. τί οὖν ἐπὶ δύο ἡμέρας ἢ τρεῖς, γενομένης τῆς χειροτονίας; ἐξῆλθον, οὐδὲ μᾶλλον παρατυχὼν τοῖς γενομένοις, οὐδένα ἔχων χρεώστην, οὐδὲ συνωμότην, οὐδὲ ἐμοὶ χάριν ὀφείλοντα τοῦ πράγματος. ὑμῖν γὰρ οὐκ ἐμαυτῷ, τοὺς βουλευτὰς ᾐτησάμην. καίτοι νῦν διοικήσεως νῦν πρῶτον ἀρθείσης, πολλὰ ὑπὸ πολλῶν ἠδικημένος· ὥσπερ εἰκὸς ἦν τὸν ἐλθόντα μετὰ τοσαῦτα ἔτη φυγῆς· καὶ πρὸς ἐνίους οὐδὲ δίκης μοι δεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον εἰπεῖν καὶ μνησθῆναι· περὶ τῶν κατεχομένων πρὸς οὐδένα, οὔτ' ἐμνήσθην, οὔτε λόγον ἐποιησάμην οὐδένα. τοσούτων μὲν εἰς ἐλευθερίαν ἀφεστηκότων οἰκετῶν, τοσούτων δὲ χρημάτων ἀπεστερηκότων, τοσούτων δὲ χωρία κατεχόντων, ἅτε μηδενὸς ὄντος τοῦ κωλύσοντος. οὐδὲ γὰρ τῷ μὲν Ὀδυσσεῖ πατέρα οἴκοι καταλιπόντι, καὶ γυναῖκα ἀγαθὴν, καὶ φίλους, συνέβη καταφρονηθῆναι διὰ τὴν ἀποδημίαν. οὕτως τε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ καταλιπόντος, ἐνίους ἑστιᾶσθαι, καὶ πίνειν καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν τὸν οἶνον αὐτλοῦντας, καὶ τὰ βοσκήματα ἀποκτιννύντας· καὶ μηδὲ τῆς γυναικὸς ἀπέχεσθαι τελευτῶντας, ἀλλ' ἄκουσαν βιάζεσθαι γῆμαι, καὶ καταλιπεῖν τὸν ἄνδρα καὶ τὴν οἰκίαν. ἐμὲ δὲ οὐκ ἦν εἰκὸς ὑπὸ πολλῶν πολλὰ τοιαῦτα πεπονθέναι, πάντων ἀπεγνωκότων με, καὶ μηδενὸς ἔτι σωθήσεσθαι προσδοκῶντος; ἀλλὰ περὶ ταῦτα μὲν ἴσως οὐχ ὅμοιος ἑτέροις γέγονα· λέγω δὲ οὐ τῶν ἰδιωτῶν μόνον, ἀλλὰ πολλῶν καὶ φιλοσόφων καλουμένων, σωφρονέστερος. ἐλύπησα δὲ ἐν τοῖς ἔργοις τὴν πόλιν. περὶ δὲ τούτων, ὡς ἐγένετο, πολλάκις ἀκηκόατε. δεῖ δὲ καὶ νῦν ἴσως ἀναμνῆσαι. ἐγὼ γὰρ, ἄνδρες, ὃ μὲν βούλεσθαι τὴν πόλιν κοσμεῖν, καὶ κατα-

A *propter ſe) tamen ſicut qui ſacris initiãtur, myſtagogis opus habuerũt. Ego verò neque calculum pro vllo interpoſui ſolus, ne momentum quoddam tale præberẽ videretur atque teſtimonium, & aliorum quidam cunctarentur mihi cõtraria ſcribere & demonſtrare. Quid igitur à me actum in duobus diebus aut tribus, poſtquam facta eſt electio? Exiui, neq; quicquam magis rebus volui adeſſe geſtis, nullum habens debitorem, neque cõiuratum,*

B *neque qui mihi illius rei gratiam deberet. Vobis enim, non mihi ipſi, ſenatores petij. Proinde adminiſtratione nũc primũ habita, quum magna à multis eſſem affectus iniuria (quemadmodum veriſimile eſt affici, poſt tot exilij annos redeuntem) & aduerſus quoſdam ne iudiciis quidem opus haberem, ſed tantum dicto & mentione: de occupatis tamen apud neminem neque mentionem neque ſermonem feci vllum. Quanquam tot ſerui in liberta-*

C *tẽ deſciuiſſent, tótque pecuniæ eſſent ablatæ, tot denique prædia detinerent,* velut nemine id prohibituro. Porrò etiam *Vlyſſi, patrem domi relinquẽti, & vxorem probam, & amicos, contigit vt contemneretur ob peregrinationem. Atque ita quum domum reliquiſſet ſuam, quidã conuiuabantur, exhauriebántque potantes ſingulis diebus vinum, mactabántque pecora: denique neque ab vxore abſtinebant, ſed inuitam compellebant nubere,*

D *relicto viro atque domo. Et me non veriſimile erat à multis huiuſmodi multa paſſum eſſe, quũ omnes me deſperaſſent, nemóque amplius ſaluum fore expectaret? Sed circa hæc fortaſſe non me ſimiliter geſſi vt cæteri, (non dico autem de priuatis ſolùm: ſed etiam de multis qui philoſophi appellantur) ſed multo fui modeſtior. At ciuitatem operibus contriſtaui? De his verò vt facta ſint, ſæpius audiuiſtis. Oportet autem & nunc fortaſſe in memoriam reuocare. Ego enim, ô viri, quòd ciuitatem velim ornatã & inſtru-*

ctam,

ctam, non porticibus ſolùm & aquis, verùm etiam, ſi fieri potuiſſet, mœnibus & portubus, naualibusque, confiteor: atque hunc eſſe ita apud me amorem, ſiue eum puerilem ſiue ſtultum quis dicat, haud nego. Et, quod nūc quoque velim à multis habitari ciuitatem: hominúmq; multitudinem in eam quantam poſſem deducere, non ſolum indigenarum, ſed ſi fieri poßit, etiam alias huc ciuitates cōuenire. Quemadmodū Epaminōdas olim Bœotiam deduxit in Thebas, & Theſeus Atticam in Athenas; & Mileſij olim dicūtur, quum Aeolidem obtinerent, & loca circa Helleſpōtum & Troada, omnémque Lesbon, in vnam ipſorum congregati eſſe ciuitatem. Enimverò ſciebā ſanè, animos hominum hic habitātium, meámque ipſius virtutem & negotia, tempúſq; peregrinationis, quod nō omnino breue fuiſſet: neque attigi idcirco vllū maius negotium, neque ſperaui, animum duntaxat haud potui retinere meum: ſed quemadmodum amantes, de talibus ea recitant, quæ & concupiſcunt: ita & ego ſæpè eorum memini, putabámque ciuitati vtilia fore, apparatus & cohabitationis gratia, redituúmque & multorum aliorū. Quæ, ſi quando fiet occaſio, vt perficiātur, deorúmque quiſpiam ita fecerit, tum videbitis inimicitiarum quorundam magnitudinem, atque odij in me. Vt ne hoc quoque ad vos dicam, quòd iam nō ambigue, neque manſuete dicent, aut conuiciabuntur, ſed apertè atque palàm: & ſi nō prohibere potuerint, ſe ante ſtrangulabunt, quàm vt ciuitatē videāt, qualem diis volentibus nō impoßibile eſt fieri. Tunc igitur præſide ſuſcipiente mādatum, forſan & propter vos & propter me, & cōgregante concionem, me non præſciente, déque his legente, nō potui ſilentiū agere: ſed ſurrexi, & conſului, rémque demonſtraui ignorantib. Et poſt hæc, nónne vos, populus, ea cōcupiuiſtis opera? Eorū autem qui erāt in magiſtratu, quis contradixit?

A σκευάζειν, μὴ μόνον στοαῖς καὶ ὕδασιν, ἀλλὰ εἰ δυνατὸν ἦν καὶ τείχεσι, καὶ λιμέσι, καὶ νεωρίοις, ὁμολογῶ· καὶ τοῦτον τὸν ἔρωτα, οὕτως, εἴτε παιδικὸν φήσει τις, εἴτε ἀνόητον, οὐκ ἔξαρνός εἰμι. καὶ τὸ νῦν οἰκίζειν ἐθέλειν τὴν πόλιν, καὶ πλῆθος ἀνθρώπων εἰς αὐτὴν ὅσον δυνάμαι ἀναγαγεῖν, καὶ οὐ μόνον τῶν ἐπιχωρίων, ἀλλ' εἰ δυνατὸν ἦν, καὶ ἑτέρας πόλεις συνελθεῖν ἀναγκάσαντα. ὥσπερ Ἐπαμινώνδας ποτὲ τὴν Βοιωτίαν εἰς τὰς Θήβας συνῴκισε, καὶ Θησεὺς τὴν Ἀττικὴν εἰς B τὰς Ἀθήνας· καὶ Μιλήσιοί ποτε λέγονται τῆς Αἰολίδος κατασχόντες, καὶ τῶν περὶ τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ Τρωάδα τόπων, τὴν Λέσβον ἅπασαν, εἰς μίαν τὴν αὐτῶν συναγαγεῖν πόλιν. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιστάμενός γε τὰς διανοίας τῶν ἐνθάδε ἀνθρώπων ἐνίων.* καὶ τὴν ἐμαυτοῦ δύναμιν, καὶ τὰς ἀσχολίας, καὶ τὸν χρόνον τῆς ἐπιδημίας, ὅτι μὴ βραχὺς ἐπὶ παντελῶς· οὔτε ἡπτόμην οὐδενὸς μείζονος, οὔτε ἤλπιζον· μόνον δὲ τὴν διάνοιαν οὐκ ἐδυνάμην τὴν ἐμαυτοῦ κατέχειν· ἀλλ' C ὥσπερ οἱ ἐρῶντες αὐτοὶ περὶ τῶν τοιούτων τοιαῦτα διεξίασιν, οἵων καὶ ἐπιθυμοῦσι. κἀγὼ πολλάκις ἐμεμνήμην, καὶ ἐνόμιζον συμφέρειν γενέσθαι τῇ πόλει, κατασκευῆς ἕνεκα, καὶ συνοικισμοῦ, καὶ προσόδων καὶ μυρίων ἄλλων. ἃ εἴποτε γένοιτο καιρὸς ἐπιτελεσθῆναι, καὶ θεῶν τις ποιήσειε· τότε ὄψεσθε τὴν ὑπερβολὴν τῆς τινῶν ἔχθρας, καὶ τοῦ πρὸς ἐμὲ μίσους. ἵνα μὴ λέγω τοῦτο πρὸς ὑμᾶς, ὡς οὐκέτι ἀμφιβόλως, οὐδὲ πρᾴως ἐροῦσι καὶ λοιδο- D ρήσονται, φανερῶς δὲ καὶ ἄντικρυς· κἂν μὴ κωλῦσαι δυνηθῶσιν, ἀπάγξονται πρότερον, ἢ τὴν πόλιν ἰδεῖν οἵαν αὐτὴν, βουλομένων θεῶν, οὐκ ἀδύνατον γενέσθαι. τότε δ' οὖν τοῦ ἡγεμόνος δεξαμένου τὸ πρᾶγμα, τυχὸν μὲν δι' ὑμᾶς, ἴσως δὲ καὶ δι' ἐμὲ, καὶ συνάγοντος ἐκκλησίαν, οὐ προειδότος ἐμοῦ. καὶ περὶ τούτων ἀναγινώσκοντος, οὐκ ἠδυνήθην τὴν ἡσυχίαν ἄγειν· ἀλλ' ἀνέστην καὶ συνεβούλευσα, καὶ ἐνεδειξάμην τοῖς ἀγνοοῦσι τὸ πρᾶγμα. καὶ μετὰ ταῦτα, οὐχ ὁ μὲν δῆμος, ὑμεῖς ἐπεθυμήσατε τῶν ἔργων; τῶν δὲ ἐν τέλει τίς ἀντεῖπεν;

οὐδὲ ἀντεῖπε μὲν οὐδεὶς, οὐ μὴν οὐ προθυμούμενος εὑρέθη, καὶ συμπράττων· ἀλλὰ πάντες ὡς ἐπ' ἀγαθοῖς οὖσι, καὶ συμφέρουσιν, οὐ λόγῳ μόνον συμπράττοντες καὶ συνεισφέροντες· καὶ τὸ πρᾶγμα ὡς καλὸν, καὶ μεγαλοπρεπὲς, καὶ τῇ πόλει συμφέρον, οὕτως ἐγίνετο.

γρ. προτ.

ΠΕΡΙ* ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΕΙΝ ἐν τῇ πατρίδι. λόγος μϛʹ.

ΕΓΩ οὐχ οὕτως ἐκπέπληγμαι ἐφ' οἷς ἐποιεῖτε, ὦ ἄνδρες, τοιούτοις οὖσιν. ἀλλ' ἐπεὶ οὐδεμίαν αἰτίαν ὁρῶ τῆς ὑμετέρας ὀργῆς πρὸς ἐμὲ, τοῦτό ἐστι τὸ εἰς ἀπορίαν ἄγον. ὀργὴν μὲν γὰρ δικαίαν, ἔστι παραιτήσασθαι ἀνθρώπων· μῖσος δὲ ἄδικον *οὐκ ἄν τις θεραπεύσαι. ἀξιῶ δὲ ὑμᾶς ἀκοῦσαί μου λέγοντος, οὐκ ἐμοῦ ἕνεκα μᾶλλον, ἢ ὑμῶν αὐτῶν. εἰ μὲν γὰρ οὐδὲν ἀδικῶ, οὐδὲ ὑμεῖς βούλεσθε δήπου ἀναιτίως μισεῖν τινα τῶν ὑμετέρων πολιτῶν· εἰ δὲ ἀδικῶ, κατ' ἐμοῦ ὁ λόγος ἔσται, οὐχ ὑπὲρ ἐμοῦ· καὶ οὕτως γε μείζω ὑμῖν ὑφέξω τιμωρίαν, ἢ αὐτοὶ ζητεῖτε. τὸ γὰρ ἐξελεγχθῆναι πονηρὸν ὄντα, τῷ παντὶ δεινότερον τοῦ λευσθῆναι, ἢ καταφλεγῆναι. καὶ πρῶτον μὲν μάθετε, ὅτι δοκεῖ ὑμῖν φοβερὰ, οἱ λίθοι, καὶ τὸ πῦρ, οὐδενὶ φοβερά ἐστιν. οὐδ' ἐστέ γε τούτοις ἰσχυροὶ, ἀλλὰ πάντων ἀσθενέστατοι· ἐκτὸς εἰ μή τις ἀριθμεῖ τὴν τῶν λῃστῶν καὶ τῶν μαινομένων δύναμιν. πόλεως δὲ καὶ δήμου ἰσχὺς, ἐν ἑτέροις ἐστὶ, καὶ πρῶτόν γε ἐν τῷ *φρονεῖν, καὶ τὰ δίκαια ποιεῖν. περὶ μὲν γὰρ τοῦ πατρὸς, οὐδὲν ἐμὲ δεῖ λέγειν εἰ ἀγαθὸς ἦν. ἀεὶ γὰρ εὐφημεῖτε αὐτὸν, καὶ κοινῇ καὶ καθ' ἕκαστον, ὁπόταν μνησθῆτε, ὡς οὐ φαῦλον πολίτην. δεῖ μέντοι εἰδέναι ὑμᾶς, ὅτι οὐδὲν ὄφελος ἐκείνῳ ἐστὶ τούτων τῶν ἐπαίνων· ἀλλ' ὅταν ἡμᾶς τοὺς ἐξ αὐτοῦ ἀποδέχησθε, τότε κἀκείνου μέμνησθε.

γρ. ἄδικον τις ἄν

γρ. σωφρονεῖν,

A *Neque contradixit quiſquam, neque qui non exultaret inuentus eſt, quique non adiuuaret: ſed omnes vt in rebus bonis & vtilibus, non ſermone tantum adiuuabant, ſed & contribuebant: atque ita res, vt honeſta atque magnifica, ciuitatique commoda, confecta eſt.*

DE TVMVLTV EXORTO IN PATRIA. XLVI.

B *NOn ego ita conſternatus ſum propter ea quæ feciſtis, ô viri, quanquam huiuſmodi ſunt: ſed quando nullam iræ aduerſum me veſtræ video cauſam, hoc eſt quod me dubium mentis facit. Iram enim iuſtam deprecari hominum eſt: odiũ autem iniuſtũ quis ſanare poſſit? Rogo autem vos vt me audiatis, nõ mei magis quã veſtri cauſa. Nam ſi nullam facio iniuriã, neque vos voletis vtique abſque cauſa odiſſe ciuium aliquem veſtrorum: Sin* C *verò iniuriam facio, aduerſus me oratio erit, non pro me atque ita maius vobis ſuſtinebo ſupplicium, quàm ipſi quæritis. Conuinci enim aliquem quòd prauus ſit, omni ex parte acerbius eſt quàm lapidari, aut comburi. Et primùm quidem diſcite, quòd quæ vobis terribilia videntur, lapides & ignis, ea nulli terribilia ſunt: neque his eſtis fortes, ſed omnium infirmiſſimi, præterquam ſi quis numerare velit latronum atque inſanientium poten-* D *tiam. Ciuitatis autem & populi robur in aliis conſiſtit, & primum quidem in prudentia & iuſtis factis. De patre enim meo nihil opus eſt dicere, an probus fuerit. Semper enim laudaſtis eum & publicè & priuatim, quotieſcũque eius vobis venit in mentem, tanquam ciuem non malum. Scire autem vos oportet, quòd nullam ille ex his laudibus capiat vtilitatem: ſed quando nos ex eo genitos amplectimini, tunc & illius memineritis.*

Pag.55. eum legi poſtulat mens auctoris. καὶ τοῦτο ποιεῖν, οὐδὲν ἡγεῖται ποιεῖν ἄτοπον, ἀλλὰ καὶ ἀγάλλεται· μᾶλλον μὲν ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἀγαπώμενος, ἢ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν γονέων· μᾶλλον δὲ ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων, ἢ αὐτοὶ τοὺς παῖδας ἀγαπῶσι· μᾶλλον δὲ ὑπὸ τῶν συνόντων, ἢ αὐτοὶ τοὺς ἐξ ἴσου συνόντας ἀγαπῶσι. μᾶλλον δὲ ὑπὸ τῶν ἀκοῇ μόνον ἀκουόντων ἀπ' ἄλλων, ἢ ἀλλήλους οἱ σφόδρα ἐγγὺς ὄντες ἀγαπῶσι. harum emendationum ratio cuiuis attendenti patebit. nec multo aliter interpres legit: cuius iudicium pleriſque in locis probum ac rectum. Iniuriam ab amico amicum accipere poſſe negat Dio, qui hoc ait eſſe τῶν λεγομένων ἀδυνάτων. ita ſcribendum. poſſent ex poëtis multa huc adferri, ſi id ageremus. Ipſe Dio libro primo inter ἀδύνατα ponebat, ὑπὸ φίλου μισεῖσθαι. quod ex iſto loco exponendum. ſimile eſt libro ſequente, οὐκ ἔστι βασιλεύειν κακῶς, οὐ
Pag.56. μᾶλλον ἢ κακὸν ἀγαθὸν εἶναι. Scribendum aliquanto poſt: πολὺ δὲ μᾶλλον τοῦ, εἴπερ ἄξιοι δοκῶσι, κοινωνεῖν τῆς ἀρχῆς. & inferius, τὰ γυμνάσια μεστὰ καὶ παλαίστρας. adhuc enim oratio pendet à verbo ὁρᾷ. ſequentia verba, grauius
Pag.57. affecta ſunt quàm vt repentina opera poſſint à nobis reſtitui. Qui in Græco textu Myſorum equi dicuntur, eos interpres facit inſulanos. legit enim νήσων non autem Μυσῶν. de Niſæis equis fortaſſe auctor fecerat mentioné. Scribe, τοὺς δὲ ἡγεμονικοὺς τὸ ἀρχῆς μεταλαμβάνειν. Suſpectus valde mihi iſte
Pag.58. locus: ἐπεὶ δὲ δεῖ ἄνθρωπον ὄντα φύσει, τῶν ἐν τῷ βίῳ διαφερόντων, καὶ τούτου τῶν ἄλλων τι ὥσπερ παραμύθιον ἔχειν. de cuius interpretatione aut emendatione cogitandum mihi quidem diutius. In fine ſcribe, ὡς μήτε ζητοῦντες ποιεῖν,

μήτε

μήτε αὖ κινδυνεύοντες. &, ὅμοιον γὰρ ἐποίουν, ὥσπερ εἰ πολεμικοὶ φάσκοντες εἶναι, ἃ. Notabis verbum συμβῆναι de congreſſu cum fera. verum aliter ſcripſiſſe auctorem arbitror.

V. Notantur quædam ad IV. de regno. δέραια infantium expoſitorum. veterum περιεργία in notationibus vocum. μανθάνειν τῷ Διΐ. οὐ μᾶλλον ἢ ὁ μικρὸς δάκτυλος, & ſimilia. Gloſſema vocis διφθέρα tollitur. πάντα αἰεὶς κάλων. Thearion caupo Athenienſis. ἕλξις ἱματίων. Syneſij lectio minus proba. Sedes legitima λόγου Euboici. Multæ mendæ tolluntur, aut indicantur.

TRES ſuperiores tractatus videbantur non obſcuram habere connexionem inter ſe: hic cum ſequentibus nõnullis potius cohæreat, vt mox dicemus, quàm cum præcedentibus. Non longè ab initio occurrunt hæc verba: καθάπερ τὰ Pag.63.
δέεια τοῖς ἐκτιθεμένοις παιδίοις. vbi nihili vox eſt δέεια: & fruſtra eſt interpres qui conatus interpretari. nos ad Theophraſti Characteres, capite περὶ δεισιδαιμονίας crepundia eſſe docebamus, quæ olim moris fuit exponendis infantibus appendere, vt iis eſſent quandoque γνωρίσματα. illa verò δέραια vel περιδέραια dicebantur, non δέεια. lege, ſi lubet, quæ ibi adnotamus. De humana ſcientia loquens ait, καὶ καλοῦσιν οἱ πολλοὶ ταύτην μὲν παιδείαν, καθάπερ οἶμαι παιδιὰν, tanquam explicans veriloquium huius vocis. quare locus eſt vitij manifeſtus. nec facilis ex coniectura reſtitutio: nam certa quidem eius vocis origo & ratio: at quid voluerit Dio incertum. ſcimus enim quò progreſſum ſit veterum acumen in talibus: adeo vt videri poſſit religio illis fuiſſe verum attingere. De Minoe ſcribit, ἆρ' οὖν ὑπέρ τινων ἄλλων αὐτὸν οἴει μανθάνειν τε καὶ ὁμιλεῖν τῷ Διῒ πραγμάτων, ἢ τ. &c. quis eſt Helleniſmus? μανθάνειν τῷ Διΐ, pro Ioui in diſciplinam ſe dare, vel diſcere aliquid à Ioue? nunquam ita locutus Dio. qui dubio procul ſcripſerat, μαθητεύειν non μανθάνειν. ſic ſtatim, διδασκαλίαν καὶ μαθητείαν. Poëtæ locum luculente explicat in Minoe Plato, & Strabo in X. Pag.65.
Diogenes interrogatus annon Darium pro rege haberet: οὐ μᾶλλον, ait, ἢ Pag.66.
ὁ μικρὸς δάκτυλος. dubitabam de veritate huius ſcripturæ: nam ſubridicula reſponſio eſt: *Darium non magis regem cenſeo quàm digitum minimum.* arbitror tamen non aliter auctorem ſcripſiſſe: qui non admodum contra decorum peccat, ſi rupiconi huic Cynico Diogeni, petitam ex ima plebe prouerbialem locutionem attribuit. In omnis rei eleuatione aut extenuatione vtebantur ea comparatione, minimũ digitorum in medium afferẽtes. Notum Alcæi illud & poëtarum aliorum δάκτυλος ἡμέρα. Subiicit Diogenes: οὐδὲ γὰρ τῶν παίδων ὁ νικήσας, ὅταν παίζωσιν, ὡς αὐτίκα φασὶ βασιλέα, τῷ ὄντι βασιλεύς ἐστιν· οἱ μέν τοι παῖδές φασιν, ὅτι ὁ νενικηκὼς, καὶ λεγόμενος βασιλεὺς, σκυτοτόμου υἱός ἐστιν· non vna heic commiſſa menda: primum ſcribendum, ὃν αὐτίκα φασὶ β. deinde pro οἱ μέν τοι παῖδες, quod nemo poſſit inter-

pretari, ſcribendum, οἱ μέν τοι παρόντες, vel aliud quid ſimile. minus recte etiam ſtatim παίζει μεθ' ἑτέρων, pro, μεθ' ἑταίρων. & ἔχοντες τοὺς φιλονεικοῦντας, pro, ἔχ. συμφιλονεικοῦντας. Tolle gloſſema bene longum, quod in
Pag.70. hanc periodum ſtultitia librariorum inuexit: κρεῖττον μόνον αὐτὸν ζῆν, διφθέραν, ἱμάτιον γεωργικὸν, στερεὸν, πρὸς ὄμβρων μάλιστα ἀποφυγὴν ἱκανὸν, ἔχοντα. auctoris hæc ſola ſunt: κρ. μ. α. ζῆν διφθέραν ἔχοντα. ſcholium eſt quicquid inter has duas voces interiectum vides. pellibus veſtiebantur paſtores & pleræque ruſticæ operæ. è re igitur διφθέραν id veſtis genus dixerunt: de quo multa alibi ex Varrone, & poëtis Græcorum ac ſcho-
Pag.71. liaſtis. Scribe, ὁ Ἀλέξανδρος ἀνέθη καὶ ἐγ. *vultum remiſit, & riſit.* Ferat aliquis fortaſſe vocem κινηθεὶς iſto loco: εἴπως δύναιτο κινηθεὶς ἀπὸ τοῦ τύφου καὶ τῆς δόξης μικρόν τι ἀνανεῦσαι. nos tamen malimus ſcribi, κενωθείς. quod optime conuenit cum verbo ἀνανεῦσαι, cuius vim interpres non cepit. locum expoſuimus in Perſianis Commentariis, quorum editio eſſet dudum abſoluta, ſi per meam & meorum adfectuum valetudinem licuiſſet. Corrige notiſſimum prouerbium quod non ani-
Pag.72. maduertit interpres in iſtis, ἐνταῦθα δὴ πάντα, ἀνεὶς καλὼς· ſcribe, πάντα
Pag.75. ἀνεὶς κάλων. Quis ille Eromon caupo Athenienſium nobilis, de quo ſequitur, ἀλλὰ Ερόμωνα μὲν καὶ Σάραβον ὅτι ἐν Ἀθήναις καπηλεύουσιν, &c. liquidò conſtat mihi ipſiſſimum eſſe quem *Theariona* indigetant Plato, Athenæus, Themiſtius, alij: lege igitur, Θεαρίωνα, & ad Athenæum adi. Vitium ſcripturæ ipſe Helleniſmus arguit in iſtis, πάσας δὲ ἁφὰς προσηνεῖς τε καὶ μαλακὰς, λουτρῶν δὲ ὁσημέραι θερμῶν, &c. expectandum à melioribus libris auxilium: ſine quorum ope vix eſt vt vnquam ſatis bene ſit huic libro conſultum. multa enim ὕπουλα: quæ propterea non attingimus, quia & libris & otio defecti ἀπειπεῖν cogimur. Mone-
Pag.76. bimus tamen ſtudioſos, vocem ἐλίξεις corruptam videri, pro ἕλξεις. nam ἕλξιν ἱματίων apud Platonem ſcimus legi: ἕλιξις verbum quem locum hîc habere poſſit non videmus. Alibi hunc locum accurate tractamus: pertinet enim ad rem veſtiariam. Placet magis vox ἐπαίνοις
Pag.79. quàm ἐπινοίαις, quæ è ſcriptis adnotata eſt, in iſtis: λέγω δὲ τιμαῖς τε καὶ ἐπαίνοις ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων τῶν πολλῶν γιγνομένοις. ſi cui altera lectio placet ἐπινοίαις γινομέναις, intelligendum fuerit de exquiſitiſſimis honorum generibus, quos adulatores ſoliti deferre principibus: quorum multa exempla apud Athenæum & in hiſtoria Rom. mox ſcribe ὧδε ἀφομοιοῦντα. Miner-
Pag.80. uæ termitem ait ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ βλαστῆσαι καὶ πλείονα γενέσθαι. offendebat aures noſtras vox πλείονα, ſed cõmodum incidi in locum Ariſtotelis de miraculis auditis, vbi eadẽ hiſtoria planè iiſdem verbis. inde pete, & ex Pauſania, atq; aliis. leuiſſimum eſt quod iam dicam, non tamen negligendum: ſcribi debere, ὁ γὰρ ἐν εὐκλείας ἔρωτι διαμαρτὼν, ἐπ. tam puſillum errorem interpres non obſeruauit. ſimilis ſententia apud Suetonium in extremo Nerone. In fine libri ſcriptum, τὸν ἀγαθὸν καὶ σώφρονα ὑμνοῦμεν δαίμονα καὶ θεὸν, οἵ ποτε ἐκείνου τυχεῖν ἐπένκλωσαν ἀγαθῇ μοίρᾳ παιδείας υἱοῦς καὶ λόγου μεταλαβοῦσι· καὶ δὴ πεπορευμένα αὖθις ἐκ θεοῦ ἐγένετο. Dio non θεὸν ſed θεοὺς ſcripſerat. aliter non procedit ἡ σύνταξις. quò enim illud relatiuum plurale refe-

remus? οἵ ποτε ἐκ. dices ad δαίμονα & θεὸν iunctim. hoc vero non poteſt, propter vocem ἐκείνου. hæc certa ſunt. in poſtremis verbis hæreo: non quia vlla in noſtra ſcriptura difficultas: ſed quia Syneſium video aliter legiſſe. Sic ille: παύεται δὲ τοῦ βιβλίου, ὃ λοιπὸν ἐπαγγειλάμενος αὐτίκα; ὅτι ποτὲ πεπρωμένος ἐκ θεῶν ἐγένετο· videtur legiſſe Syneſius, ὅτι δὴ πεπρωμένον ἐμοὶ ἐκ θεῶν ἐγένετο, aut neſcio quo modo aliter: vt hæc verba ad ipſum Dionem referantur: quod ſupereſt huius argumenti tunc ſe perſecuturum promittentis, quando ipſi per leges fatorum liceret. noſtra lectio planior, neque ab ea diſcedendum. nam Syneſius cum illa ſcriberet, codices Dionis, opinor, ad manum non habuit. Putat autem elegantiſſimus ille auctor, librum, de quo ſpem verbis iſtis facit Dio, eum eſſe qui Euboicus appellatur. poteſt dubitari an ita ſit: nam ille commentarius non ſimpliciter τὸν ἀγαθὸν δαίμονα, aut vitam ex virtute deſcribit: ſed pauperis innocentem vitam perſequitur ac laudat. Syneſio tamen aſſentior, & melius facturos iudico qui illum λόγον iſti ſubiecerint. nam Libyca fabula cur poſt hunc collacaretur, cauſſa fuit hæc: quia meminerant Λιβυκοῦ μύθου mentionem factam in iſto: arbitrati ſunt de hac diatriba Dionem ibi ſentire: quod falſum eſt. Plures autem in Syneſij exemplaribus inter IIII. hunc de regno & Euboicum erant interpoſiti quàm hodie in noſtris: quod & verba ipſius oſtendunt, & Photianus index: vbi Euboicus ſedem occupat XIII. non vt nunc VII.

VI. Emendantur aliquot loci in Libyca fabula. διθάλαττα & διθάλαττοι τόποι. ταινίαι & ὑποταίνιοι ἄμμοι.

ΟΥ γὰρ οὖν τὴν περὶ ζῆλον τοῖς ἐπιεικεστάτοις, ἀνθρώπων ἀπιστευόντων. Pag.82.
non puto mutandam lectionem iſtam, quod interpres fecit: ſed ita accipiendum. Libycam fabulam narrare, nõ eſt hominis qui operæ ſuæ felicem optet euentum: neq; enim ſolere frugi & probi iudicij homines in talibus ſtudium ponere: cui enim bono? cum perſuaſum ſit omnibus eiuſmodi fabulas eſſe falſas. Scribe, ὃ λοιπὸν δ' αὐτὸν ἂν εἴη τὸν νόμον ἢ τ. In deſcriptione Syrtis διθάλαττα non ſunt loci bimares, quomodo Horatius bimarem Corinthum appellauit: ſed harenæ cumuli ingentes è fundo maris ſuper eius ſuperficiem ſe attollentes, procul à continente. hi cumuli in longum ſolent eſſe porrecti, ideó geographis dicuntur ϛῆθη, *dorſa*, & ταινίαι: quę vox peſſime hîc accepta ab interprete. geographis & hiſtoricis familiares hæ dictiones. tænias iſtas Philo Iudæus ὑποταινίους ἄμμους nominat. διθάλαττα D. Lucas in Actis διθάλασσον τόπον. vbi vetus interpres Græcã vocẽ non malo iudicio vſus retinuit. Reſtitue mutilũ locũ, ac lege, καὶ γὰρ τυγχάνουσιν αὐτῷ πόλεις πολλὰς αὐτοῦ κατῳκισμένας. *nam ei regi multæ eo loci vrbes fuerãt structę.* peſſimo flagitio ſcripſerũt αὐτῶν πολλὰς, omiſſa vocę πόλεις. Scribe etiã, εἶναι γὰρ οὐκ ἀφανεῖς, non ἀφανής. Sequitur in eadẽ narratione, τοὺς μὲν ὕπνῳ καταλαβόντας. grauiter affectus locus. ſcripſerat Dio in hanc ſententiã: τοὺς μὲν ὕπνῳ καταλαβόντα (nempe τὰ θηρία) ἄγοντας. aliter nullus ſẽſus. Lege etiã, ὃ οὔτε αὐτοῖς βούλεσθαι δηλοῦν. Deinde, καὶ αὖθις ὑπολαβεῖν, ἐκ τ.

Pag.83. Pag.85. Pag.86.

ſublata diſtinctione ante ἐνταῦθα. Mira autem locutio, τὸν ἕτερον φθάνοντα, pro θατέρου τὸν ἕτερον φθάνοντος. cum ait, καὶ τὸν ἕτερον νεανίσκον ὑπερβαλόντα, intellige alterum iuuenum collem aſcendiſſe vbi paruerat id monſtri: quod ſuperius eſt dictum. ſic Lat. *ſuperare cliuum.*

VII. Ad ſextam notæ. ἐπισκιάζειν. σπάργανα, faſciæ tibiales & pedules. εὔφορος, & ἔφορος. ἐκεχειρίαν ἀπαγγέλλειν. emendantur multa.

Pag.87. MELIVS ſcribas, μήτε ὑπομένειν τὸ ὕδωρ πινόμενον, quàm vt eſt editum. ea tranſpoſitio quam vim habeat ſciunt eruditi. alioquin legebam τὸ ὑόμενον ὕδωρ. Probum verbum mox ἐπισκιάζει, præ altero quod eſt adnotatum. proprie eſt defendere à Sole: hic defendere à vento borea. Scribe, καὶ γὰρ αὐτὴ μ. & τόγε τῶν λιμένων κάλλος. cum interprete, non λιμνῶν. & ait λιμένας, non λιμένα,

Pag.89. quia triplex in Piræeo portus. Peſſime & iſta habent: ἄπειροι δὲ τοῦ δεῖν κατὰ φύσιν οἰκείαν· καὶ τροφῇ μὲν οὐχ ἧττον τῶν γυναικῶν. muta diſtinctionem, & lege cum veteribus, κατὰ φύσιν· οἰκότροφοι μ. eleganter Diogenes σπάργανα appellat faſcias tibiales & pedules, quibus ditiores olim vtebantur,

Pag.90. & quicunque τὴν ἀνυποδησίαν οὐκ ἤσκησαν. de quo multa alibi. Ait, ἁπάντων ἐκείνῳ χρημάτων ἀτοπώτατον ἦν. imo verò ille ἀτοπώτατος qui primus ita ſcripſit. Lege, ἀπονώτατον, vel εὐπορώτατον. Omiſſa dictio vna

Pag.91. eſt ibi, τοὐναντίον αὖθις ἀδικεῖν. rectum eſt, αὖθις αὐτοὺς ἀδ. deinde, ταῦτα δ᾽ ἐδόκει αὐτῷ. item, τὸ πολλὰ εὑρίσκειν. &, διώκοντας οὕτω τὸ ἡδὺ ἀεὶ καὶ ἐξ

Pag.92. ἀπόλυτος, ἀεὶ ζῆν ἀηδ. ibidem, τόποι εὔφοροι ἑκάστῃ τῇ ὥρᾳ, ſunt loci conuenientes cuique è quatuor anni tempeſtatibus. nam alibi melius vere degas, alibi commodius æſtatem agas, vt ipſe auctor ſupra dixit. εὔφορος, aptus, commodus, & vt Polybius ac Diodorus Siculus dicerent, εὔθετος. pro eodem & ἔφορος dicitur: quæ vox extat in eo περὶ ἀσκήσεως: niſi fortaſſe aut heic aut ibi auctor aliter ſcripſerat. Pro τοῖς ἀπονέμοις quod nihil ſignificat, ſcribe cum interprete ἀπηνέμοις, aut hunc lo-

Pag.93. cum aliter conſtitue. ἐκεχειρίαν ἀπαγγέλλειν non legas alibi, ſed ἐπαγγέλλειν. neque indutias ea vox ſignificat, verùm ceſſationem ab opere ob feſti celebritatem. quam cum indicebat præco dicebatur ἐκεχειρίαν ἐπαγγέλλειν. Pollux libro IV. cap. XII. quod eſt de præcone: καὶ σπονδὰς προσήγγελλε καὶ ἐκεχειρίαν ἐπήγγελλε. ſed & illi à quibus præco mittebatur dicuntur ἐπαγγέλλειν. Strabo libro VIII. ἐπεμελοῦντο δὲ τοῦ ἱεροῦ Μακίστιοι· οὗτοι δὲ καὶ τὴν ἐκεχειρίαν ἐπήγγελλον ἣν καλοῦσι Σάμια. Pauſanias in Eliacis, τὴν ἐκεχειρίαν τὴν ἐπὶ τοῖς Ὀλυμπίοις ἐπαγγέλλουσιν οἱ Ἠλεῖοι. Solebat præco cum diem feſtum indiceret fauentiam imperare, & abſtinentiam à male ominatis vocibus, atque omni iurgio, vt teſtis eſt vel Cicero. eò alluſum hic à Dione. Scribe, ἢ ὅπως ζῆν δυνήσονται. deinde, μηδεμίαν δ᾽ ἡμέραν διάγειν ῥᾳδίως, ἐν ᾗ βλέπειν οὐκ ἦν αὐτὸν μὴ

τὰ δεινότατα πάσχοντα. Reſtitue voces tranſpoſitas, μήτε τοῖς ἀναγκαίοις θαῤ- Pag.94.
ῥεῖν, μήτε γυναικὶ, μήτε παισί. Pro, τὸ μικρὸν τυχὸν ἀναπαύσασθαι αὐτῶν,
ſcribendum vt ſit aliquis ſenſus, τὸ μικρὸν ὕστερον ἀναπαύσεσθαι αὐτῶν.
vel etiam μικρὸν ὕστερον τυχὸν ἀ. amat enim Dio eam vocem. Sequitur, εἰ δὲ Pag.95.
ποτ' ἐπέλθοι τοῖς τοιούτοις παίζειν, καὶ πρὸς ἀφροδισίοις γιγνόμενον ἐὰν καὶ πάνυ τύχῃ
ἐρῶν, μεμνῆσθαι τοῦ θανάτου. deeſt aliquid. Scribe, ἀνάγκη ἐὰν καὶ πάνυ τύχῃ
ἐρῶν. Mox, τὸν δὲ θάνατον ἤδη προσδέχεσθαι. Lego, ἤδη τις προσδ. Scribendum,
καὶ περιβλέπειν μὲν ἀεὶ καὶ περιστρέφεσθαι βούλεται, πανταχόθεν πληγήσεσθαι οἰόμε- Pag.96.
νος· αὐτὸ δὲ τοῦτο οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ὑπ' αἰσχύνης. male enim hæc diuelluntur,
& ſcribuntur: quæ iam ſunt apertiſſima. Scribe, καὶ ὑποκατακλινόμενος. ma- Pag.97.
lim etiam ὑπὸ μὲν τῶν ἐλευθερίως προσφερομένων. &, ὑπὸ δὲ τῶν ταπει-
νοτέρως.

VIII. Platonis imitatio. ἀμφιβολία *in voce* τάλαντον. πορφυρεῖς *Euboenſes.* ᾠὰ τετηρημένα. ἀνέχειν. ἀποτρέπειν. ἄγχουσα καὶ ψιμμύθιον. χορῷ ἀγωνίζεσθαι. *Cadmea.* Stibas, Stampolim, Stinco. *multa corriguntur.*

PRINCIPIO Euboici initium Platonici Phœdonis imitatur Dio: cuius verba ſic ſcribe, Τόδε μὲν αὐτὸς ἰδὼν, οὐ παρ' ἑτέρων ἀκούσας διηγήσομαι· non τὸ δὲ μ. illa autem, πρὸς δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ, τυχὸν ἂν εἴη καὶ ἀηδικόν. ſic accipe: præterquam ſenile vitium eſt, etiam illius fortean fuerit, qui multum ſit huc illuc vagatus. Scribe, τὴν σκελῶν ἀποτεμὼν τὰ
ὀπίσθια. & mox, οἷς μοι διεφθάρη τὸ πλοῖον. non ὡς εἰ μὴ διεφθ. nam fractam Pag.99.
nauem ſciebat: ſed qualis illa fuiſſet, neſciebat. ideo reſpondetur, μικρὸν
ἐκ παντελῶς. Ait, μόσχων ἕνεκεν ὡς ἂν οἶμαι πρὸς αὐτὰ που τὸ θέρος. ſcribe & corrige, μ. ἕνεκεν, καὶ ὅσα νέμει π. certâ coniecturâ reſtituimus verbum νέμει: quam firmant ſequentia; τοῦ γὰρ χειμῶνος ἐν τοῖς πεδίοις ἐνέμοντο. Lege, χω-
ρίον ἐπίῤῥυτον, vel καταῤῥυτον, vt mox, δρυμοὶ κατάῤῥυτοι. Obſcura eſt illa nar- Pag.102.
ratio, qua exponitur, quomodo & canes gregis vel armenti cuſtodes, & ipſi paſtores ac bubulci venationi paullatim aſſueuerint αὐτομαθεῖς καὶ αὐτοδίδακτοι. videntur pluſcula verba deſiderari, aut periodi integræ. nimis enim impedita eſt narratio: vt interdum non ſcias de canibus an de hominibus loquatur. οὔτε ζημίαν καταβαλόντες verum eſt, non καταλαβόντες.
Non intelligo quos appellet τοὺς ἀεί τοις ἐπιδημήσαντας ξένους. puto verò Pag.104.
ſcripſiſſe Dionem, τοὺς πάντοτε ἐπ. vel πρὸς ἡμᾶς. Sequitur, ὅτι ἔρημον καὶ 106. & 107.
ἀχρεῖον γεωργήσαντες τὴν γῆν κατέβαλον. ego hæc non capio; interpres quoque mutauit vt caperet. probem ſic, ὅτι ἐρ. κ' ἀχ. γεωργήσοντες τὴν γῆν κατελάβοντο: *quod terram occuparint deſertam & inutilem, vt illam colerent.* Nihil ſuauius tota concionis huius narratione: ſed illud ſuauiſſimum, quod ruſticus interrogatus an poſſet publico Atticum talentum pendere, & ſocius ipſius alterum: Sanè quidem, ait ille, non optime ſapiunt carnes noſtrates; veruntamen, cuicuimodi ſint, dabimus quæ poſtulatis,

Nimirum montigena iſte & vrbicarum rerum prorſus ignarus τάλαντον
aliud ſignificare præter libram neſciebat. Itaque duo Attica talenta poſ-
centibus, offert totidem carnium τάλαντα id eſt libras. quid his ἀφελέστερον?
Sed tam venuſta ſententia inuenuſtè fœdata eſt imperitia librariorum.
ὁ δὲ ἠρώτα με εἰ τάλαντον ἑκάτερος Ἀττικὸν δοῦναι θέλοιμεν· ἐγὼ δὲ εἶπον, οὐχ ἥκιστα
μὲν τὰ κρέα ἡμῶν· ἃ δή ἂν ᾖ δίδομεν. corrige, οὐχ ἥδιστά με. emenda etiam
ſtatim, καὶ δύ᾽ ἄγα γλυκαῖα κρέα. quam locutionem ad Athenæum obſerua-
Pag.108. bamus. Plenum ἀφελείας & illud, βότρυς φέρουσαι μεγάλους ὅταν οἱ παρόντες
ἐκεῖ ἀφῶσιν αὐτούς. ita lego, non ἐπαφῶσι. Mendoſa & hæc ſunt: ὀλίγοι ἐσώ-
θημεν ἀπὸ πολλῶν· τὰς μὲν οὕτω πορφυρεῖς ἀνέλαβον. nullus horum verborum
ſenſus: quem nulla fere mutatione ita reſtitue: τοὺς μὲν οὕτω, πορφυρεῖς ἀν.
naufragium, inquit, plures fecimus: alios purpurarum piſcatores ſuſce-
perunt: nos eiecti nudi in hunc tandem incidimus. πορφυρεῖς ſunt illarum
purpurarum minorum piſcatores, quas ſcribit Ariſtoteles in Euripo &
mari ad Eubœam reperiri. Quod autem iſti ſoliti miſeris naufragis inter-
dum ferre opem, teſtis Dio initio huius: αὐτοὶ δὲ loquitur de naufragis,
ἀπεχώρησαν πρός τινας πορφυρεῖς ὑφορμοῦντας ἐπὶ τῇ πλησίον χηλῇ. At verbum
ἀναλαμβάνειν hîc nihil aliud quàm recreare & fouere. vt ſtatim: τέλος δὲ ὕδωρ
Pag.110. & 111. κατέχεαν θερμὸν, ἕως ἀνέλαβον ἀπεψυγμένους. Lege, ἀνέκαε πῦρ. vel πῦρ ἁδρόν. &,
καὶ προσελθὼν ἐφίλησεν αὐτὸν καὶ τὸν ἕτερον. non, καὶ τὸν ἑταῖρον. patrem Sotadis
intelligit. mox, ἐπὶ τούτῳ δή ἐπῃνέθη. & ἄδειπνος μένων interpres rectè. rectè
Pag.112. etiam illud, οὐκοῦν, ἔφην, ἐπαρκέσομεν ὑμῖν ὅ, τι ἂν δέησθε. non ἔφη, & ἡμῖν. &
ὁπηνίκα τι δεηθῇ. At vocem periiſſe non obſeruauit in iſtis: οὐ γὰρ ἐστὶ κῆ-
πος παρ᾽ αὐτοῖς, πυροὺς ἐλάβομεν, σπέρμα ψιλόν· καὶ ἀπεδώκαμεν αὐτοῖς εὐθὺς τῆς θε-
ρείας. neque enim probabile eſt, illud πυροὺς ἐλάβομεν ſine temporis cir-
cumſtantia fuiſſe poſitum in oratione adeo, vt loquuntur, morata. Le-
ge, παρ᾽ αὐτοῖς· τῆτες πυροὺς ἐλάβομεν. vel πυροὺς ποτὲ ἐλάβ. Non agnoſcit in-
Pag.113. terpres illa, καὶ δύο τὸ δέρμα ἐπέλαβον. quæ & mendoſa ſunt. Non longe ſe-
quitur: ἐν δὲ τούτῳ ἡ παρθένος ἀναστᾶσα, ἐξ ἑτέρας σκηνῆς ἐκόμισεν οὕτω τετμημέ-
να, καὶ μέσπιλα, καὶ μῆλα χειμερινά. de menda non dubium: emendatio in-
terpretis omnino ἀπροσδιόνυσος. Scribo: ἐξ ἑτέρας σκηνῆς ἐκόμισεν οὖα τετη-
ρημένα. *ſorba quæ fuerant adſeruata.* non venditabo coniecturam, de qua
incertum eſt, aptiorne ſit ad ſententiam, an probabilior. de ſponſo per
Pag.114. iocum illa dicuntur: σχολαῖος ἐστὶν ὁ ἀπέχων. legendum ἀνέχων. qui negotium ſu-
ſtinet, differt, & moras trahit. omnia alia ſignificat ἀπέχειν. Lego, προμνη-
στριῶν τε γὰρ δεῖ. non πατρί. quanquam aliquis malet fortaſſe, eam quoque
vocem retinere: mihi videtur non neceſſe. at illa vix ferenda, καὶ ἀπαιτῶν:
neque enim ioco locus opportunus. fortean, καὶ ἀποχῶν. apochis enim
Pag.115. opus, cum dos aut pars eius numeratur. Scribe, ἢ καὶ τῷ πλουτῇ πλέον ἔχου-
σι. an non potius præſtet hac in parte earum conditio. deinde, οὐδὲ πολὺ
Pag.120. ἧττον τὸ αὐτοῦ φόρημα. non τούτου φόρημα. De malis artibus ait, ἅς γε τὴν ἀρ-
χὴν μηδὲ τέχνας, μηδὲ ἐργασίας τό γε ὀρθὸν καλεῖν. niſi ſuperfluæ ſunt illæ vocu-
læ τό γε, deeſt aliquid. puta, τό γε ἀκριβὲς, ὀρθὸν καλ. imò rectius eſt quod
iam venit in mentem: τό γε ὀρθὸν, εἴη καλεῖν. notum quid ſit ὀρθότης ὀνομάτων
Pag.121. apud Platonem, & alios philoſophos. Scribendum, ἃς μὲν οὕτω ἄν τις προσθῇ

τούτων τῶν βλαβῶν, ἢ ἥτις οὖν. *qualiſcunque, vel minima.* Neque illa oratio Græca eſt, ὅσα δὴ αὖ μήτ' ἀποτρέπει τοῖς μετιοῦσι: neque emendatio quam ſecutus eſt interpres, τὸ πιθανὸν habet. Suſpicor vſurpatam hic Dioni vocem quæ nouitate ſui librarios ſemidoctos offenderit: qui non meminerant quanta ſit Græcorum ſcriptorum in vocibus nouandis libertas. Suſpicor igitur ſcripſiſſe Dionem, ἀποπρέπει τοῖς μ. palàm eſt artes intelligi quas tractare nequeas, vt non contra τὸ πρέπον & honeſtatem pecces. πρέπειν & ἀποπρέπειν, vt ἀρέσκειν & ἀπαρέσκειν, & ſimilia. ſic autem πρεπούσας ἐργασίας paullo pòſt dixit. Tollenda ex iſtis negatio: καὶ μὴ χρείαν γε ἱκανὴν παρέχοντα. ſcrib. καὶ τὰ χρ. & ἀπόρους ὀνομάζοντες. Deinceps mendæ ſequuntur, quas eluere non poſſum. At pro μετὰ ſcribendum κατὰ in iſtis: καὶ ὅτι δήπως Pag. 121.
τὰς χεῖρας ἔχεις κατὰ τοὺς μνηστῆρας ἀτρίπτους καὶ ἁπαλάς. interpres locum male accepit, non facturus ſi poëtam conſuluiſſet. cuius verba Ὀδυσσ. φ. de Liode arcum fruſtra tentante. Οὐδέ μιν ἐντάνυσε· πρὶν γὰρ κάμε χεῖρας ἀνέλκων Ἀτρίπτους, ἁπαλάς. In damnatarum artium cenſu ponitur ἡ ποικιλτική, cuius ſpecies variæ ita recenſentur: σὺν ποικιλτικῇ πάσῃ σχεδόν, οὐκ ἐσθῆτι μόνον, ἀλλὰ καὶ χρωτὸς, καὶ τριχῶν ἀπεχούσῃ· καὶ ψιμυθίῳ καὶ πᾶσι φαρμάκοις μηχανωμένην, ὡς ἄρα ψευδῆ καὶ νόθα εἴδωλα. Hæc ſunt non ſemel corrupta. interpres ſententiæ quomodo poterat conſuluit: reſtituendi Helleniſmi rationem nullam habuit: Triplex heic memoratur pœciltica: in veſtibus, Phrygionum, Polymitariorum, acupictorum & ſimilium: deinde in corporis cute ac capillis, quam exercent gymnaſtæ, pædotribæ, aliptæ & coſmetæ ac coſmetriæ, ſiue ornatrices. Hæc eſt ſententia. at illud ἀπεχούσῃ quid eſt? & & vbi quartus caſus quem neceſſario deſiderat vox μηχανωμένην? Legendum aio: οὐκ ἐν ἐσθῆτι μόνον· ἀλλὰ καὶ χρωτὸς καὶ τριχῶν εὐχροίαν ἀγχούσῃ καὶ ψιμυθίῳ καὶ π. φ. μηχανωμένην. eruimus vocem ἀγχούσῃ indubitata coniectura ex deprauatæ lectionis veſtigiis: quis neſcit anchuſam herbam ad muliebres fucos eſſe vtilem? itaque pſimmythio iungi ſolet, vt heic. Ariſtophanes Concionantibus. Ἡ ἄγχουσα μᾶλλον καὶ τὸ σὸν ψιμύθιον. Scribe deinde, ἔτι δὲ ἐν οἰκίαις ὀρθαῖς. pergit enumerare ſpecies pæcilticæ: quod non obſeruauit interpres. mox, ὧν πρὸς τοὺς πλουσίους ἡμεῖς ἀγωνιζόμεθα ὥσπερ χορῷ· quid ſit χορῷ ἀγωνίζεσθαι, & quot genera chororum ſciunt & mediocriter eruditi. eò alluſum à Dione. Scribe illum verſum. Ἑλλὰς μὲν Θήβας Pag. 123.
νικᾷ προὔκρινεν ἐν αὐλοῖς· quod autem arx tantum Cadmea temporibus Dionis habitaretur, ſolis veterum Thebarum ruderibus manentibus, cum aliquot templis, etiam Pauſanias æqualis fere ſcriptor teſtatur. Θηβαίοις ait, ἡ μὲν κάτω πόλις πᾶσα ἔρημος ἦν ἐπ' ἐμοῦ πλὴν τὰ ἱερά· τὴν δὲ ἀκρόπολιν οἰκοῦσι, Θήβας οὐ Καδμείαν καλουμένην. Seruat hodiéque locus antiquum nomen, ſed forma recenti inflexum ac corruptum. appellant enim Στίβας vel Εστίβας: quaſi petentibus quo tenderent, εἰς Θήβας reſponderent. Ita autem ſolent hodie & Turci, & Græci ipſi locorum appellationes antiquas deprauare. dicunt enim *Stampolim*, quaſi dicas εἰς τὴν πόλιν. *Vrbs* autem eſt Conſtantinopolis: & *Stinco*, aut *Stanco* quaſi ἐς τὴν Κῶ: & his ſimilia. Melius ſcripſeris, τὸ μᾶλλον τοῦ δέοντος φέρειν τὸν ὄχλον. & ὅπερ μέγιστον ὂν θερ. ſed aliud fortaſſe deſideratur pharmacum. Lego, καὶ ἀδικοῦσί γε τὰ μέγιστα.

Pag.124. etiam iis patrocinium ſuum obferunt, qui maximorum criminum ſint rei: deinde, ἃ πῶς ἂν ἦ ὑφ' ἡμῶν γ. Quænam ſunt αἱ κατὰ ἄστυ γεωργίαι; an ſuburbanorum prædiorum culturam intelligit? minime: ſed ſcribendum eſt, περὶ τῶν κατὰ ἄστυ ἐργασιῶν. Propterea inquit, & initio de agricolatione ac beata ruſticorum vita diximus: & modò etiam artes vrbicas recenſuimus, quæ bonum virum in paupertate decerent. Non cohærent ſatis iſta verba, ἡ περὶ γεωργιῶν καὶ τεχνῶν σκέψις, nec cum ſequentibus, nec cum an-
Pag.125. tecedentibus. At vocem λόγων puto ſuperfluam ibi, μὴ μέντοι περί γε φαύλων, μηδὲ ἀναξίων λόγων. & ἕως ἂν melius quàm ὡς ἂν εἰ. item, ἀλλ' ὡς οὐδὲν ὄντα παρ. τ. παρ. τ. ε. καὶ οὐδ' ὁπωςτιοῦν σφετέρου δι' αὐτὰ τοῦ ζητουμένου γεγονότος, οὐκ.
Pag.127. &, οὐ ταύτῃ μόνον ἦ. & ὃν οὐκ ἂν ἔτι τολμήσαι. pro κατ' αὐτάς που τὰς κλισίας, neſcio quid legerit interpres: nam κλισίαι ſiue κλισιάδες fores domus notiſſimæ ſunt. Ait, ὅστις ἂν, εἰ σκηνῇ τῇ τοῦ Διὸς μηχανῇ. inutilis heic coniunctio. malim, ὅστις ἂν ἴοι. illa palàm vitioſa: ἀλλ' αὐτά που τὰ λοιπὰ δηλοῖ παρὰ πολλοῖς γινόμενα. quæ cum nonnullis aliis, à quibus abſtinendum duximus, librorum meliorum ope aut otio maiore opus habent.

IX. *Antiſthenes Diogeni dictus* σάλπιγξ. athletæ *paradoxi. emendantur in VIII. nonnulla.*

Pag.130. PROBABAT Diogenes, ait Dio, doctrinam Antiſthenis: vitam, vt pote à præceptis diſcrepantem, non probabat. Itaque ſolitus erat canis ille doctorem ſuum tubæ ſimilem dicere: quæ aliis ſonat ſibi non. Verba Dionis: καὶ ἔφη αὐτὸν εἶναι σάλπιγγα λοιδορῶν· αὑτοῦ γὰρ οὐκ ἤκουε φθεγγομένου μέγιστον. ſcribendum αὐτὸς αὑτοῦ γ. male enim accipiunt. Appone vitij notam iſtis,
Pag.131. ὡς ἧττον ἔσεσθαι τούτων, ἢ ὄκνος ἐνοχλούμενος. Tranſeo item ſuſpecta alia,
& 134. ad hæc verba: τοιοῦτον ἐστὶ τὸ χρῆμα τῆς ἡδονῆς· οὐχ ἁπλῶς ἐπιβουλεύουσιν. Scribendum, ἐπιβουλευούσης: & propter ἡδονῆς quod præcedit, & quia ſequi-
Pag.135. tur, πειρωμένης. Non longe ſequitur: τοῦτον δὴ τὸν ἀγῶνα, ἐμοὶ καρτερὸν ὄντα καὶ παράδοξον, πρὸς ἡδονὴν καὶ πόνον, οὐδεὶς προσέχει τῶν ἀθέτων ἀνθρώπων. vbi verbum periit poſt vocem ἀγῶνα. non dubito ſcriptum Dioni, τοῦτον δὴ τὸν ἀγῶνα ἀγωνιζομένῳ ἐμοί. cum autem ſuum hoc certamen vocat παράδοξον alludit Diogenes ad athletas paradoxos, quorum in libris ac lapidibus antiquis fit mentio. Pro ἀθέτων, ſcribo ἀθλίων: vel retentis iiſdem literis θεατῶν. Sub finem, οὐδ' ἂν μέμφειε χάριν γυναικὸς πρὸς τῶν αὑτοῦ κτημάτων. vide num νέμειε ſit accomodatius, & πρὸ non πρός. quod non ponimus, ſed
Pag.137. proponimus. Scribe autem, πρέσβυς δὲ ἐπεὶ βραδύτερος ἐγένετο αὐτὸς αὑτοῦ.

X. *Percurritur ὁ Ἰσθμικὸς λόγος, & quædam in eo corriguntur.*

LEVIA ſunt quæ τὸν Ἰσθμικὸν λόγον percurrenti occurrebant: nec ſane eiuſmodi quæ legentis impetum retardare admodum valerent. cuiuſmodi ſunt paucula hæc, quæ in gratiam tironum ſubiiciemus: qui in cæteris diligentia & iudicio ſuo vtentur. Scribe igitur, ἢ μηδεπώποτε ἑωρακότες εἰσι· & οὗτοι δὲ πάντες &, ὥσπερ εἰώθει. grauius eſt quod ſtatim ſequitur peccatum: καθάπερ οἶμαι, inquit, τ. τὰ παιδία, προσσαίνοντα ἥδεται τοῖς γενναίοις κυσί· ἐπειδὰν δὲ χαλεπήνῃ καὶ ὑλάξῃ μεῖζον, ἐξεπλάγη, καὶ τῷ δέει τέθνηκεν. οὕτω καὶ τότε ἐκεῖνος ἐποίει ταυτὰ οὐδὲν μεταστρεφόμενος οὐδὲ φροντίζων, εἴτε ἐπαινοίη τις αὐτὸν, εἴτε καὶ ψέγοι τῶν παρόντων. comparat ſpectatores Iſthmicos, qui mitibus Diogenis ſermonibus capiebantur, aſperitatem eiuſdem vitia carpentis refugiebant, cum pueris qui canum generoſorum aſpectu ſolent oblectari: ſed ſi latrare cœperit, pauere illi ſtatim, ac metu enecari. hæc clara: at de Diogene quod addit, quî ferri poteſt? ait feciſſe idem pueris: & conſtantiam illius prædicat. annon hæc plane ſunt τῶν ἀσυστάτων? Acutus lector neceſſe eſt concedat mihi, defectu paucorum verborum locum eſſe corruptum. Scribo: οὕτω καὶ οὗτοι τότε· ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνος ἐποίει ταυτά. turba ſpectatorum leuitatem puerorum imitabatur: at non Diogenes illis ſimilis: cui idem ſemper vultus, eadem tranquillitas animi ſiue laudares, ſiue rideres. Vltima verba eduntur ſic: καί τινας ἀπελθεῖν φασὶν οὐκ ἰδόντας αὐτοὺς· ὅσοι κακῶς ἐσκήνουν, καὶ τούτου ἠπόρουν. ſi hanc lectionem probarem, probarem & verſionem interpretis. nunc puto verius ſcribendum eſſe καὶ τοῦ βίου ἠπόρουν. quæ coniectura ſua ſe probabilitate ſatis commendat.

Pag.138. Pag.139. Pag. 142.

XI. *Ad Diogenem ſiue de famulis notæ.*

VITIOSI ſunt ac mutili codices, qui ita hæc referunt non procul initio Diogenis ſiue de famulis: μηδὲν γὰρ ὑπ' ἐμοῦ ἀδικούμενος, πρὸς δὲ καὶ γενόμενος ἡγεῖτο πονηρόν. pone aſteriſmum poſt vocem γενόμενος: nam Diogenis ſunt ſequentia, non eius qui priora eſt locutus. non præſtabo verba Dionis eſſe me coniectura aſſecutum: de ſententia cedo quemuis arbitrum, ni optima ſit futura, expleta ſic lacuna: πρὸς δὲ καὶ γενόμενος αὐτῷ χρηστὸς, ἔφυγεν ὅμως. ἢ δηλονότι σε ἡγεῖτο πονηρόν. Superfluunt è contrario voculæ πρὸς & ὢν in iſtis: καὶ πρὸς οὐδὲν μᾶλλον τυγχάνει ὢν, ὧν δὲ τυγχάνει αὐτῶν. feras tamen πρὸς vt ſit καὶ πρὸς, & hoc amplius. vide & tmemate ſequente. Rurſus iſto loco, ἀδυνάτων χρῆσθαι ἢ αἰσθέσθαι, ἢ αὐτὸν αὐτοῦ, μὴ ἐπιστάμενον: aſſentior interpreti ſiue ex libris, ſiue ex coniectura quædam ſupplenti, legentique, ἢ θεῷ, ἢ ἀνδρί. ſatis ex ipſo Dione paret. Ait de imperito qui citha-

Pag.143. Pag.145. Pag.147. Pag.148.

ram tractet: ἢ ἐπιχαρῶν οὐκ ἂν εἴη καταγέλαστος; πρὸς τῷ μηδὲν ἐργάζεσθαι, καὶ τὴν κιθάραν διαφθεῖραι καὶ ἀποῤῥῆξαι τοὺς φθόγγους; duorum alterum vel ἐπὶ τῷ τὴν κιθ. διαφθ. ſcribendum vel, quod magis probem, διαφθείρας & ἀποῤῥήξας.

XII. Obſeruatio ſuper tempore quo liber hic ſcriptus. Dionis de Homero iudicium. Διασὶ *διαλέγεσθαι.* Pliſthenes, *&* Cliſthenes. *πλοῦς & στόλος. de muro Achiuorum ad Troiam opinio Ariſtotelis.* προσχώρησις *fluuiorum in campo ad Ilium, ex aggeſtione limi.* σχεδὸν ἐφιστάμενος. ταμιεύεσθαι *verbum militiæ.* Περὶ ὀνείρων ἀναγραφή. *Græcorum à Troia diſceſſus.* Ἑλλῆνες *antiquiſſimi, &* Γραικοί. *Græcos ex Aſia in Europam primum veniſſe, non contra, vt falſo ipſi autumarunt. corriguntur multa loca.*

PLANISSIMA eſt tota aduerſus Homerum diſputatio: niſi quod loci & heic ſunt aliquammulti, in quibus merito fidem librariorum deſideres. Omnino autem videtur hic liber ante exilium compoſitus: nam vt argumento, ita & ſtilo diuerſus eſt ab iis quæ poſt exilium conſtat eſſe ſcripta. Itaque φυγῆς & errorum ſuorum nullam heic mentionem facit: quod illi familiare admodum in cæteris. Peregrinatio vero illa in Ægyptum cuius heic meminit, ἱστορίας χάριν à iuuene ſuſcepta eſt. Dignus plane liber hic, quem legant philologi, & quicunque in veterum ſcriptis cum iudicio cupiunt verſari. quanquam & pro Homero multa dici poſſunt, ſi quis vatem ſummum fecerit tanti, vt in eius gratiam velit Dioni ὁμόσε χωρεῖν. Hoc igitur alij viderint: nos ad inſtitutum redeuntes, notemus heic quoque nonnulla. Prius tamen afferemus Dionis de Homero iudicium: nam in eo qui Περὶ ἀσκήσεως inſcribitur, inter pauciſſimos auctores, quorum lectionem amico, viro graui, commendat, non ſolum poëtam nominat: ſed & hoc illum elogio proſequitur: Ὅμηρος δὲ ait, ἐκ μέσος καὶ ὕστατος, καὶ πρῶτος, παντὶ παιδὶ καὶ ἀνδρὶ καὶ γέροντι· τοσοῦτον ἀφ' αὑτοῦ

Pag.157. διδοὺς, ὅσον ἕκαστος δύναται λαβεῖν. hæc ille. verum ad rem. Διασὶ διαλέγεσθαι voce eleganter ficta, noue dictum, de poëta qui Iouis lingua loquatur, vocabula, vt communia vſurpans, quæ dixit diis eſſe propria. Διασὶ, vt Ἰασὶ, Δωριστὶ, Ἑλληνιστί. Aſſentior viris doctis, qui illa pro mendoſis habenda

Pag.158. monuerunt, aut mutilatis: οὐ προστιθέμενοι δὲ λέγουσιν, οὐδὲ πρ. Mendoſa & hæc paullo poſt: καὶ πᾶσι παντοδαπὰ καὶ συμφορὰς. ſcribo, κακά τε παντ.

Pag.159. etiam iſta: ἃ τὸν Πρίαμον, πεποίηκε λέγοντα ἐπ' ὀλίγων, ὡς ἐσόμενα, ἃ τυχὸν αὐτῷ ὡς γενόμενα διελθεῖν, ὅπως ἐβούλετο, καὶ μήθ' ὅσου τάχα εἰώθει διηγήματος, ἐκπλήττων τε καὶ αὔξων τὰ μικρότατα. plures mendæ ſeriem orationis ita interrumpunt, vt eruditus interpres expedire ſe non potuerit. lux mira accedet, ſi legas, ὡς ἐσόμενα τυχὸν, ἃ ἦν αὐτῷ. &, καὶ μήθ' ὅσου τὸ μέγα εἰώθει διηγ. non teram tempus in aſſerendis his emendationibus. euidentiſſimæ quippe ſunt. Sententia Dionis eſt: poëtam cum admirabilia quædam & ſtupore digna canere vellet, falſa multa & ἄπιστα coactum fuiſſe comminiſci; poſt-

quam ſemel decreuiſſet res Græcorum qui victi fuerant, attollere: Aſianorum verò, qui illos vicerant, omnibus modis deprimere. affert multa figmenta, ad quæ velut ad incitas, redactum ait poëtam, dum certa obſtinatione animi pugnat cum hiſtoriæ veritate. Hæc ſumma iſtius diſputationis. cuius τὸν εἱρμὸν non ſemper aſſequitur interpres. ibi igitur, ἢ ὁπότε τὸν ποταμὸν αὐτῷ πεποίηκε μαχόμενον, ὑπὲρ τοῦ λέγειν τι θαυμαστόν; & interrogationis notam velim tolli, & τὸ ἢ ante ὁπότε. vertendum enim: *cum quidem Homerus ſtudio dicendi aliquid admirabilis, fluuium Achilli pugnantem induxerit.* ibi verò, ἐπιθυμῶν ὅ, τι εἴποι μέγα καὶ θαυμαστόν. ſententia labat niſi aliquid ſuppleas. Totum locum ita ſcribe & diſtingue: οὐρεῖν ἐπιθυμῶν ὅ, τι εἴποι μέγα καὶ θαυμαστὸν ὑπὸ ἀπορίας πραγμάτων, τοσούτων ἔτι καὶ τηλικούτων ἀπολειπομένων. Vbi refert ſermonem Ægyptij ſacerdotis, lege, κατὰ ταὐτὸ ὥσπερ ἡμεῖς ὀνομάζομεν. iiſdem nominibus ambas Ledæ filias deſignantes, quibus & nos. Pliſthenes Sicyoniorum tyrannus is eſt quem ſupra ex Herodoto vocabamus Cliſthenem. legi etiam alibi ſcriptum vt heic: ſed melius Κλεισθένους ſcribetur. vide Pauſaniam. Non multum ad ſenſum, ad σύνταξιν & orationis lucem plurimum refert, vt iſta ſic concipiantur: εἰ δὴ οὖν οὕτω, (vel, εἰ δὴ οὖν ταῦθ᾽ οὕτω) πῶς φασιν ὡς οὐκ ἔφερτον οἱ Τρῶες, καὶ ὁ Πρίαμος τὴν πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἔχθραν, εἰδότες ὅτι καὶ πρότερον οὐδὲν τηλικοῦτον ἐξαμαρτόντες ἀπώλοντο, καὶ ἀνάστατοι ἐγένοντο, καὶ πολλοὶ μνημονεύοντες τὴν ἅλωσιν; πῶς μηδὲν τοιοῦτον ἐννοῆσαι, μηδὲ κωλῦσαι τὸν Ἀλέξανδρον μηδένα αὐτῶν; Iſta verò non ſatis concoquo, ἀλλ᾽ οὐκ εὐθὺς ἔσωσαν τὴν ἀδελφὴν, μάλιστα μὲν εἰ κατὰ πλοῦν ἐλθοῖεν. εἰ δ᾽ οὐχ ὡς πολεμήσοντες μετὰ τῆς αὐτῶν δυνάμεως. videtur tamen hic ſenſus: Tyndaridas, ſi iis inuitis ſororem Helenam Alexander rapuiſſet, daturos ſtatim fuiſſe operam, vt eam reciperent: maximè quidem nauigatione ad Priamum & Troianos inſtituta, vt hanc iniuriam cum ipſis expoſtularent & vindicias ſecundum leges peterent: ſin minus, expeditione contra eoſdem ſuſcepta. ita exponimus hæc verba, μάλιστα μὲν εἰ κατὰ πλοῦν ἐλθοῖεν. opponit πλοῦν στόλῳ, cuius vocis loco illa poſuit, μετὰ τῆς αὐτῶν δυνάμεως. De muro qui Græcorum caſtra ad Ilium præcingebat, ita quoſdam ſenſiſſe ait Dio, vt merum poetæ commentum eſſe autumarent: cum nihil eiuſmodi factum vnquam fuiſſet. Primus, ni fallor, hoc Ariſtoteles dixit: τὸ τεῖχος, inquit, ἢ νεωστὶ γέγονεν· ἢ οὐδ᾽ ἐγένετο· ὁ δὲ πλάσας ποιητὴς ἠφάνισε. Strabonem lege libro XIII. quo ex loco ſequentium Dionis verborum interpretationem petas licet: ἔτι γὰρ καὶ νῦν, οἱ ποταμοὶ λιμνάζουσι τὸν τόπον, καὶ πολὺ τῆς θαλάττης προσκεχωρήκασι. Poſtremis verbis id ſignificat, quod ex Demetrio Scepſio diligentiſſimo rerum Troicarum ſcriptore ſcribit Strabo: maximam partem eius campi qui inter Ilium antiquum & mare interiaceret fluuiorum eſſe donum, ſicut de Ægyptiaco Delta olim dictum: paullatim enim adiectione limi, quem omnes fluuij ſecum deferunt, creuiſſe. vides quàm præter auctoris mentem illa πολὺ τῆς θαλάττης προσκεχωρήκασιν acceperit interpres: homo alioquin & doctus & iudicij non vulgaris. Cum ait de ſingulari certamine Hectoris & Aiacis: πάνυ εὐήθης ἡ διάλυσις, πάλιν ἐκείνων Αἴαντος νικῶντος· πρὸς δὲ οὐδὲν καὶ δῶρα διδόντων ἀλλήλοις, ὥσπερ φίλων: torſerunt iſta interpretem

Pag. 162. Pag. 163. Pag. 167. Pag. 171. Pag. 172. Pag. 173.

πρὸς δὲ οὐδὲν: vt locum putaret mutilum. ego integrum puto, & interpretor, nullam ob cauſſam: ſiue nulla probabili ratione interueniente, cur ſtatim à pugna, hoſtes mutuis ſe donarent muneribus, ſicut moris eſt amicorum. Vbi autem de primo Hectoris & Achillis congreſſu lo-
Pag.176. quitur, cum ait, σχεδὸν δὲ καὶ ἐφιστάμενον poëtæ verba iſta reſpicit, Iliad. υ.

—— οὐδ᾽ ἄρ᾽ ἔτ᾽ ἔτλη
Δηρὸν ἑκὰς στρωφᾶσθ᾽, ἀλλ᾽ ἀντίος ἦλθ᾽ Ἀχιλῆϊ
Ὀξὺ δόρυ κραδάων, φλογὶ ἴκελος.

ex his capies quid ſit apud Dionem σχεδὸν ἐφίστασθαι, ὥσπερ αὐτός φησιν Ὅμηρος. Ταμιεύεσθαι milites dicuntur, cum non omnes ſuas vires primo effundunt conatu: qui fuit mos ſtultus veterum Gallorum: ſed ſic eas diſpenſant, vt repetere, ſi opus ſit, ſemel atq. iterum pugnam queant. item cum non confertos cuneos temerario impetu aggrediuntur, ſed vel ſingulos, vel plures quidem, verùm intra virium ſuarum modum. Xenophon Παιδείας libro IV. παρέχον ἡμῖν ταμιεύεσθαι, ὥστε ὁπόσοις ἐβουλόμεθα αὐτῶν μάχεσθαι. Sæpius autem hac notione verbũ iſtud legas cum aliqua adiectione poſitum: vt τὴν ὁρμὴν ταμιεύεσθαι, vel τὴν ἐπίνοιαν, aut ſimile aliud, ſicut ad primum librum Sueton, obſeruabamus. Dicenda hæc fuerunt, vt ex-
Pag.177. plicaremus hunc locum: ἐπεὶ δὲ ᾐσθάνετο κάμνοντα ἤδη, καὶ πολὺ τῆς προτέρης ὑφεικότα ὁρμῆς, ἅτε οὐδὲν οὐ ταμιευσάμενον ἐν τῷ ἀγῶνι. poſtrema quàm non intellexerit interpres, ex iis quæ diximus paret. ſed locus præterea corrigendus: nam ſcribendum, ἅτε οὐδὲν αὑτῆς ταμιευσάμενον ἐν τῷ ἀγ. vt qui
Pag.182. in prælio, ſui impetus, ſiue virium ſuarum, nihil reſeruaſſet. Scribe, καὶ πρὸς, φιλίαν πράξαντες ἀπέλθοιεν. & quod magis eſt, ſi inita cum Troianis amicitia diſcedere poſſent. Hectorem Priamo patri ἐν γήρᾳ βαθεῖ ſua morte defuncto ſucceſſiſſe in regno Troiæ prodit noſter. de Hectore non de
Pag.185. & 186. eius patre accipiendum quod ait: καὶ αὐτὸς βασιλεύσας συχνὰ ἔτη, καὶ τλ. Lego cum negatione, ταῦτα γὰρ οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς πεποιημένοις καὶ λεγομένοις. quis neſcit belli Troiani τὰ κεφάλαια, principium, exitum, alia apud poetam non legi? Lego ibidem, ἐν. ἐοικότα τῷ ὄντι καὶ ἀπιθάνοις φάσμασιν· ἐν γὰρ τοῖς Ὥρου γεγραμμένοις ὀνείρασιν, οἱ ἄνθρωποι τοιαύτας ὄψεις ὁρῶσιν. errore manifeſto editum, ἐν γάρ τοι ὥρῳ. bene ſane quod non emendauit aliquis ſciolus τῷ. ita enim vel cæco via patet ad coniiciendum. Fieri poteſt, vt lateat hîc alius auctoris nomen: nos longius à veſtigiis vulgatæ lectionis recedere auſi nõ ſumus. Eſt etiam corrupta librorum ſcriptura iſto loco, quem ap-
Pag.187. ponã, vt videtur ſcribendus. Id ibi agit Dio, vt probet ex ipſo modo profectionis Grecorum à Troia palàm fieri attendentibus, non victores ipſos pro arbitrio ſuo domuitioni ſe accinxiſſe: verum coactos, vt pote victos, tempore alieno, furtim, cum ſibi quiſque priuatim, non in commune conſuleret. Docet qualis vincentis exercitus ſoleat eſſe diſceſſus: item qualis cladem paſſi, ac fugientis. de his igitur ait: ἀνάγκη τοὺς μὲν φοβουμένους καὶ φεύγοντας ἐκ τῆς πολεμίας ἀπιέναι τὴν ταχίστην τοὺς νικῶντας, ἢ διακινδυνεύειν μένοντας. traiectio eſt: nam rectum erat, φεύγοντας τοὺς νικῶντας. dum victores victi fugiunt. ita autem concinnamus hæc, ne maiorem mutationem adhibere cogamur. de victore exercitu ait: τοὺς δὲ κρατοῦντας, καὶ

πρὸς

περὶ τοῖς αὐτῶν, ἔχοντας τοσοῦτον πλῆθος αἰχμαλώτων καὶ χρημάτων. περιμένειν τὴν ἀσφαλεστάτην ὥραν. victores, ait, qui præter ſuas opes, quas ante victoriam habebant, tantum inſuper captiuorum tantámque omnium rerum copiam ſint conſecuti, tempus anni ad iter commodiſſimum facile præſtolentur. οὐ πάντα γὰρ εἰώθασιν paullo poſt, pro πάντες. quod ita cape, εἰώθασι γὰρ πάντες οὐ τοῖς νικῶσιν ἐπιτίθεσθαι. Sine cauſſa aſteriſcus eſt iſtis iniuſtus: οὐκ ἂν εἰ μετ᾽ τ. ſana enim & verba ſunt & ſententia: *nunquam id facturi, ſi reuerſum cum gloria Agamemnonem occidiſſet Ægyſthus*. Mox lego: καὶ κατεπλύθη ὁ τῶν Πελοπιδῶν οἶκος. propius ſit κατελείφθη, per diphthongum: non placet. Scribe ductu ſententiæ, τοὐναντίον δὲ ἐχρῆν, ἢ δεινοὺς ἅπασι φαίνεσθαι τοὺς νενικηκότας, ἢ μηδένα αὐτοῖς ἐπιχειρεῖν. oportebat alterum duorum, Pag.188. ſi quidem Græci de Troianis victis triumphauerant, vt vel terribiles eſſent omnibus, vel certe vt eos auderet nemo laceſſere. quàm abſurdè corruperunt? ἢ δήλους ἅπ. & καὶ μηδ. eadem ratione emendabis ἀπανίστασθαι, vbi vulgò ἐπανίστασθαι, quod pugnat cum ſententia. Pag.189. οὐχ ὥσπερ εἰώθασι μετὰ σπονδὰς κατ᾽ ὀλίγον ἐκλείπειν. ſolent ciues atque incolæ vrbium obſeſſarum, ſi loco parum fidant, vbi primum per inducias, aut fœdus qualecunque, exeundi poteſtas facta fuerit, ſuis rebus conſulere, & vrbem cui metuant relinquentes, aliò migrare. omnes periti rerum fatebuntur non aliter quotidie fieri, veréque hoc Dionem ſcripſiſſe. omnes porrò Græcè docti fatebuntur recte hæc exponi ſic à nobis: in quibus omnia tamen alia ſomniauit interpres. at quæ deinceps habentur, perficienda prius quàm exponenda. Cum legis vniuerſam Ἑλλάδα occupatam à Deiphobo, caue de ea interpreteris quam vulgo ita vocant Pag.190. Græci, Latini Græciam: ſed de parte illa Theſſaliæ quam vetuſtiſſimi Γραικοὶ & Ἕλληνες tenuerunt, à quibus poſtea in vniuerſam gentem quæ lingua illa vteretur, appellationes ſunt propagatæ, alteram Græcis, alteram Romanis frequentantibus. extare tamen apud Ariſtotelem, Callimachum, alióſque vetuſtiſſimos Græcorum Γραικὸς vocabulum, alibi notabamus. Sequitur, ὕστερον δὲ τῶν Ἀχαιῶν τοὺς ἐκπεσόντας ὑπὸ Δωριέων, ἀπορουμένους ὅποι τράποιντο, δι᾽ ἀδείας εἰς τὴν Ἀσίαν ἐλθεῖν, ὡς παρὰ φίλοις τε καὶ ἐνσπόνδοις, γῆν ἀπὸ Πριάμου τε καὶ Ἕκτορος λαβόντας οἰκῆσαι κατὰ φιλίαν, παρέντες καὶ ἄλλα οὐ σμικρὰ χωρία. Etiam qui acutiſſimi non ſunt, facile intelligant mendas in poſtremis verbis contineri. nam παρέντες vocem non feras ſine ſolœciſmo. & cum ait ἄλλα χωρία, manifeſto indicat, præceſſiſſe alicuius loci, aut fortaſſe etiam plurium appellationes. tam certa hæc ſunt, vt pluribus non ſint demõſtranda. Suſpicamur deeſſe aliquid, ſine melioribus libris nulla cuiuſquam coniectura reparabile. at pro παρέντες quin Γάργαρόν τε vel Γαργαρόν τε ſit ſcribendum, ne dubitandum quidem cenſemus. Fortean & in illis, κατὰ φιλίαν, veſtigia ſunt occulta appellationũ eiuſmodi. quãquam & ipſa ad ſententiam ſunt optima. Porro ex his diſcimus, etiam ante illas Ionum, Æolum, & Dorum colonias quæ celebrantur ab hiſtoricis & geographis, conſediſſe Græcos in Aſia: & quidẽ iam inde à Troicis tẽporibus, vt Dioni placet: cũ ſuperiores coloniæ aliquot poſt res Troianas ſeculis ſcribãtur deductæ. Nos verò alibi demõſtramus ignaros ſuæ originis Grecos fuiſſe, cũ Iones Aſiaticos ex Europæis ſcripſerũt eſſe propagatos:

nam contra. Græcorũ omnium antiquiſſimi fuerunt Aſiatici Iones. quippe Iones ſoboles Iauanis. ab eo fonte reliqui omnes Græci manarunt. ea prima omnium appellatio: ea lingua vetuſtiſſima. verùm huius loci nõ eſt hæc diſputatio: quam alibi luculentiſſimis rationibus firmamus. Sub finẽ ſcribit Dio, quẽdam ſe Medum audiuiſſe, qui diceret, Perſas de bellis Darij & Xerxis cõtraria plane tradere, iis quæ ſcripta ſint à Grȩcis. tum addit, ὅτι μὲν οὖν ψεύδη ταῦτά ἐστιν, οὐκ ἄδηλον· ὅτι δὲ εἰκὸς ἦν τὸν βασιλέα κελεῦσαι στρατεῦσαι τοῖς ἄνωθεν ἔθνεσιν, οὐκ ἀδύνατον, ἵνα μὴ θορυβῶνται. ſcio quomodo interpres acceperit vocem στρατεῦσαι: nec poterat accipi cõmodius. at nos obelo dignam putamus, & ſcribimus, ταῦτα ψεῦσαι. Suſpecta nobis & vox ἀνήκοος, cum ſtatim ſcribit, ἴσως οὖν εἴποι τις ἀνήκοος, οὐκ ὀρθῶς Ἕλληνας καθαιρεῖς. quomodo enim aliquis reprehendat quæ non audiuerit? non igitur ἀνήκοος, verum ἀκηκοώς. cæterum ne id quidem facit ſatis: & Dionem aliud quid ſcripſiſſe ſuſpicio eſt.

XIII. Olympici λόγου argumentum theologicum. Procæmiorum Dionis ἀπότασις nimia. θαυμασμὸς auium noctuam circumſtantium. Dionis ὡραϊσμοί. τὸν χρόνον ἐξήκει. Myſorum ad Danubium appellationem Homero notam fuiſſe. ἄνδρες οὐ νόθοι. ἐπίνοια & ἐπίπνοια.

NON breuibus notulis, ſed amplis commentariis dignus erat liber hic, quem Olympicum appellauit: quia vel recitatus fuit, vel certe ita ſcriptus, quaſi recitandus eſſet in celebritate ludicri Olympiorum. Argumentum philoſophicum eſt è primæ philoſophiæ penetralibus, quam etiã θεολογίαν appellant: ad primum enim philoſophum, & eum qui ſupra naturam ſe euehat, de Deo & intelligentiis tractatio pertinet. Operæ pretium fuerit totam hãc diſputationem, qua de variis modis quibus numinis cognitio paratur, déq; ſimulacrorum origine agitur, diligentius inſpicere, & quò ſpectet mens Dionis inquirere. verum ea veſtigatio, alterius operæ eſt, non huius ἀποσχεδίου. Quod autem Photius, vir exquiſiti iudicii, obſeruat, procœmia Dionea prolixitate fere peccare: heic ſi alibi vſquam locum habet. nam & longum eſt exordiũ, & γλαφυρώτερον ac pictius, quàm pro grauitate ſeueriſſimi argumenti. Eſt autem procœmiũ inde ductum. Θαυμάζειν aues dicuntur, quæ noctuam interdiu circunſtant: quod Ariſtoteli proditum in Hiſtoriis Animalium, ex communi Græcorũ omniũ perſuaſione. Inde Æſopi apologus, quem pluribus, cũ heic, tum in cõmentariolo περὶ τοῦ σχήματος perſequitur Dio: atq; eò ſæpe alluſum ab optimis ſcriptoribus, vt olim ad Laërtij Arceſilã notabamus. cũ igitur Dionẽ ab exilio recens reuerſum, in Olympica panegyri omnes vndique cingerẽt, virtutẽ illius & inſignem fortunam admirantes: ille ſimilem ſe noctuæ dicens, priſcã hanc vulgi Græcorũ opinionẽ refellit: quẽ illi θαυμασμὸν putarent, contemtum eſſe affirmans atque irriſionem. nam admirationem auium reliquarum, pauonem mereri non noctuam. tum autem ſtilo flo-

ridiore pauonem caudam iactantem deſcribit: vt non ſine cauſſa, Syneſio ſcriptum ſit, Dionem in quibuſdam ſcriptis ſuis ὑποκαλλωπίζειν καὶ ὡραΐζεσθαι, καθάπερ τὸν ταὼν περιαθρεῦντα ἑαυτὸν, καὶ οἷον γαυρούμενον ἐπὶ ταῖς ἀγλαΐαις τοῦ λόγου. verum hæc laſciuia luxuriantis ſtili propria iis ſcriptis auctoris noſtri, quæ fuerunt. In eo ſermone, vt ad inſtitutum accedamus, legendum cum interrogatione, οὐδ' αὖθις ἐθέλει σκοπεῖν, &c. repetendum enim τὸ πῶς ex ſuperioribus. Illa autem repetitio ibidem, τὸ κοῦφον, κοῦφον ὄν, inepta eſt, ac mendæ ſuſpecta. Scribe ſtatim, οὐδ' ὅπως ἐν μέσῳ εὖ μάλα ἥσυχοι καὶ ἀτρ. & poſtea, χρὴ δὲ ἐὰν ὑμᾶς βραχὺ, ὅ, τι ἂν ἐπίῃ μοι τούτῳ ἕπεσθαι. probum illud, τὸν ἄλλον χρόνον ἐξῆκα ἀλώμενος: priora vitæ meæ tempora tranſmiſi errans. χρόνον ἐξῆκα, & ὁ χρόνος ἐξῆκεν, probi ſunt dicendi modi. Subiiciam nunc inſignem vulgatæ lectionis errorem. Καὶ γὰρ δὴ τυγχάνω μακρὰν τὴν ὁδὸν τὰ νῦν πεπορευμένος, εὐθὺ τοῦ Ἴστρου καὶ τῆς γε τῶν χώρας, ἢ Μυσῶν, ὥς φησιν Ὅμηρος, κατὰ τὴν νῦν ἐπίκλησιν τοῦ ἔθνους. Mirum non vidiſſe interpretem ſcribendum eſſe τῆς Γετῶν χώρας ἢ Μυσῶν. vulgata lectio ſententiam habet imperfectam. quis autem dubitat loqui Dionem de ſua ad Getas peregrinatione? quod ait Getas Homero appellari Myſos, locum poëtæ reſpicit, quem interpretatur geographus libro VII. vbi Getas & Myſos iſtos, vlteriorem Iſtri ripam accolentes, veteribus Græcis Thraces appellatos ſcribit. ſed antiquum nomen, & vni Homero proditum, omnibus tandem & Græcis innotuit & Latinis: Myſiam enim vocarunt geographi & hiſtorici terram vltra Iſtrum: recentiores quidam Græci, Μυσοὺς interpretantur Vngaros. quod igitur ait Dio, κατὰ τὴν νῦν ἐπίκλησιν, id vult: eandem eſſe appellationem eorum tractuum recentem, cum Homerica. quod adeo mirati ſunt nonnulli veterum criticorum, vt propterea illo loco, Θρηκῶν καθορώμενος αἶαν, Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων, pro Μυσῶν neſcio quid aliud ſubſtituendum cenſuerint, cum ſit πολὺ πιθανώτερον, vt doctè iudicat Strabo, ὠνομάσθαι μὲν ἐξ ἀρχῆς Μυσοὺς, μετωνομάσθαι δὲ καὶ νῦν. Getas igitur ſiue Myſos Homero dilaudatos hoc afficit elogio noſter: ἀφικόμην εἰς ἄνδρας οὐ νόθους, οὐδὲ σχολὴν ἄγοντας ἀκροᾶσθαι λόγων, ἀλλ' ὑμετέρους, καὶ ἀγωνιῶντας καθάπερ ἵπποι. putet aliquis ſcribendum, οὐ νωθεῖς, vel νωθροὺς non aſſuetos otio aut pigritiæ. mihi videtur venuſtè ἄνδρας οὐ νόθους appellare viros fortes, verè viros, Troas haut Troiadas. pro ὑμετέρους aut ἐνεργοὺς, aut ſimile aliud opus: nec male conueniat, ἀλλ' ἀτημελεῖς, equis enim comparat ferocibus: cogitaueram & de tranſpoſitione, cum auctor forte ſcripſiſſet, οὐδὲ σχολὴν ἄγοντας ἀκροᾶσθαι λόγων ἡμετέρων, ἀλλ' ἀεὶ ἀγωνιῶντας. Recte ſcriptum ſæpius ἐπίνοια, non ἐπίπνοια. ita appellat eam quæ in titulo dicebatur πρώτη ἔννοια, per quam τὸ ὂν apprehendimus, & Deum eſſe credimus. nec rectè quia ſeparatur hæc notitia ab altera poſterius parta, quam appellat ἐπίκτητον, aut quia hanc appellat auctor φύσει δαιμόνιον ὑπολήψεως ἐμφύτου, dixeris ſcribendum eſſe ἐπίπνοια. cauſſam norunt, qui ſciunt quid ſit, & quàm paucis contingat, qui appellatur proprie Dei adflatus. Scrib. διὰ τὴν ξυγγένειαν τὴν πρὸς αὐτούς: nempe deos. mox, λόγον εἰληφότες περὶ αὐτῶν. ſcrib. περὶ αὐτῶν. vel αὐτῆς. videlicet τῆς καθόλου φύσεως. vtrumque ex præcedentibus licet. Lege, ὥσπερ ἀπὸ μητρὸς γῆς λιχμώμενος. Poſtulat ſententia ſcribi,

Pag. 194. Pag. 198. Pag. 201. Pag. 202.

μυεῖσθαι παραδοίη εἰς μυστικόν τινα οἶκον ὑπερφυῆ κάλλει καὶ μεγέθει. ſuſpicor tamen
Pag.203. deeſſe aliquid, cum aliter ab auctore locus eſſet conceptus. Mox, πολὺ δὲ μᾶλλον ὅπως τοῦτο καὶ μέχρι τῶν θηρίων διικνεῖται· τοῦτο, id eſt, huius rei ſenſus.
Pag.204. ὑποφέρουσι perperam pro ὑπερφέρουσι, vt paullo ante ὑποφυῆ pro ὑπερφυῆ.
Pag.206. facetiſſimus comicus dixit περιφέρουσιν. Ait, ὁρῶ μὲν οὖν ἔγωγε τοῖς πολλοῖς πανταχοῦ ἀκρίβειαν. ad ſequentia attende: non dubitabis effectam eſſe culpa librariorum ſententiam menti auctoris contrariam. nam ille tale quid ſcripſerat, τοῖς πολλοῖς ἀμελουμένην πανταχοῦ τὴν ἀλήθειαν. abutar otio meo & patientia lectoris, ſi pluribus hoc docere inſtituam. Sequuntur nonnul-
Pag.214. la, quibus tractandis, plus temporis eſt opus. Legitur poſtea, τοῖς δὲ ποιηταῖς, πολλάς τινας μορφὰς καὶ παντοδαπάς· ἐπειδὴ περιλαβεῖν τῇ ποιήσει ῥᾴδιον, κ. concinnanda quæ hiulca ſunt & deformia ſic: πολλάς τινας μορφὰς, καὶ παντοδαπὰ εἴδη περιλ. τῇ π. ῥ. Sed hæc nunc ſatis: nam vt diximus non breuium notarum, ſed iuſti commentarij res ſit, ſi vellem ſingula perſequi.

XIV. Emendantur aliquot loci in ea quam habuit Athenis de exſilio ſuo. Δίων.

Pag.221. INITIO diſtingue, διὰ ταῦτα δὲ καὶ ἀποθανόντος, δι' ἃ πολλοῖς καὶ σχεδὸν πᾶσιν ἐδόκει μακάριος, διὰ τὴν ἐκείνων οἰκειότητα καὶ ξυγγένειαν· ταύτης ἐν. ita paſſim in hac oratione interpunctio corrupta: quam mediocri attentione facile per te reſtituas. mox ſcribo, ἠλαφρύνετο ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τὸ βάρος.
Pag.222. & 224. deinde οὐχ οἷά τε γινόμενα ἀπαλλαγῆναι τῆς δ. &, ποιῇ τὸ κατὰ τὴν τέχνην. item, μὴ ἀδικῶσιν ἄλλος ἄλλον. re-
Pag.226. ſtituta voce quæ excidit, vt & aliis locis. Caſu quodam non vera virtute, aut ob prærogatiuam vllam rectæ inſtitutionis, victoriam de Perſis retuliſſe Athenienſes eo probat Dio, quod paullo poſt deuicti fuerint à Lacedæmoniis, ita vt cogerentur etiam vrbis ſuæ mœnia deiicere. deinde addit: ἐπεὶ ἔχοις ἄν μοι εἰπεῖν, εἰ τότε Ἀθηναῖοι ἀμουσότεροι καὶ ἀγραμματώτεροι γεγόνεσαν· ἔπειτα αὖθις ἐπὶ Κόνωνος, ὅτε ἐνίκησαν τῇ ναυμαχίᾳ τῇ περὶ Κνίδον, ὡς ἄμεινον ἐπάλαιον καὶ ᾖδον; *alioquin*, ait, *poſſis ne dicere, ſi tunc* cum victi ſunt à Lacedæmoniis, *erant Athenienſes muſices ac literarum rudiores: poſtea cum duce Conone nauali prælio ad Cnidum* eoſdem Lacedæmonios *vicerunt, luctari & canere melius ſciuiſſe?* quid planius aut apertius? eruditus tamen interpres hæc non intellexit, leuiter corrupta in vulgatis libris. vt ea deſcripſimus, nihil eſt obſcuri. Reſtitue mox negationem, & ſcribe, ψέγειν αὐτοὺς, ὡς οὐ δυναμένους ζῆν ὀρθῶς. hoc melius, quàm vt interpres: cuius tamen iudicium meritò laudes; vidit enim τὸ ἄτοπον, & prudenter vitauit.
Pag.227. Lego, οὐ κατὰ δύο καὶ τρεῖς ἀπολαμβάνοντες ἐν παλαίστραις καὶ π. interpres ἀπολαμβάνων cum vulgatis legit: de quo iudicent docti. mihi videtur Dio non adſumſiſſe auditores, ſed ab iis & quæſitus, & adſumtus, ſimul ac
Pag.228. in locis publicis eſſet conſpectus. Diſtingue, ἀμελήσαντες, εἴτε Ἕλληνας, εἴτε Ῥωμαίους. nam hi caſus cohærent cum voce διδασκάλους. minus bene heic

interpres. mox, διδάσκαλος ὢν εἶπον, ὥσπερ, οἶμαι, τοξικῆς τε καὶ ἱππικῆς· ἢ νὴ Δία, &c. In enumeratione materiarũ ex quibus pretioſa ſuppellex parari ſolet ponuntur hæc: καὶ θύσσος καὶ ἔβενος. vir eruditus cum quid eſſet θύσσος neſciret, Græcam vocem retinuit. Legendum autem, καὶ θύον καὶ ἔβ. thyam enim intelligi non dubitabit, qui Plinium ſaltem, vt de Græcis taceam, in conſilium adhibuerit, libro XIII. cap. XVI.

XV. Corriguntur quædam loca in XIV.

DEEST negatio in iſtis ex priore de libertate: τί δαί; οὐκ ἔξεστι τοῖς λῃσταῖς ταῦτα ποιεῖν τοὺς ληφθέντας; καὶ οὐδὲν ἧττον δοῦλοί εἰσι. ſcribendum, δοῦλοι οὐκ εἰσί. Ei qui dixerat, ſeruum omnino illum eſſe, cuius cædendi & occidendi poteſtatem alias habeat: his verbis Dio reſpondet. Quis neget, inquit, latronibus & piratis hoc in ſuos captiuos licere? nihilominus tamen, ſerui illi non ſunt. αἰχμάλωτοι quidem ſunt, at non δοῦλοι. Scribe ſub finem: δύο εἶναι φορεῦντας ὀρθαῖς πάρας. male enim vox ὀρθαῖς abeſt. Pag.232. Pag.234.

XVI. Ad poſteriorem Περὶ δουλείας καὶ ἐλευθερίας notæ. Antiopæ partus, & liberi.

PRODITVM eſt à Pauſania & ſcriptoribus hiſtoriæ fabularis, Antiopam cum abduceretur Thebas captiua, vbi ad vicum Eleutheras dictum acceſſiſſet, in quadam ſpelunca gemellos enixam eſſe: quos ibi relictos & depoſitos, paſtor quidam cum inueniſſet, & ſuſtulit eos & ſtudioſè educauit: indito alteri eorum Zethi nomine, alteri Amphionis. Non memini vſquam legere, paſtorem iſtum Pandionis filium nothum fuiſſe. Dio tamen in huius hiſtoriæ mentione videtur id dicere, his verbis: ναὶ μὰ Δία, ἔφη, πλέω γε τῆς οἰήσεως τοῦ Πανδίωνος, εἶπε, νόθου παιδός. ſed locus iſte palàm mendoſus eſt, quod ipſe Helleniſmus arguit. emendationem verò eius tentare ſine ope codicum meliorum, aut non poſſumus, aut non audemus. nam omnino ingentis monſtri aliquid hîc latet. Reſtitue in iſtis negationem: ἢ οἷς αὖ χαλεποὶ οὐκ ὦσιν οἱ λεγόμενοι αὐτῶν δεσπόται. vel quod ſubiicitur exemplum de Eumæo poterat huius mendæ interpretem virum eruditum admonere. nihil enim verius. At paullò poſt recte interpres ſuſtulit negationem. legítque, οὐ γὰρ ἐὰν μὲν Ἀθηναίων τις δοῦλος &c. Lego, ὃν ἂν τις κεκτημένος κύριος ᾖ, ὥστε. non κυρίως ὤ. &, καὶ γὰρ δὴ ὁρῶμεν Μεσσηνίους ἐκείνους, δι᾽ ὅσων ἐτῶν, &c. *Vides enim Meſſenios, quàm multos poſt annos,* &c. non ὡς δι᾽ ὅσων. Pag.237. Pag.239. Pag.241. & 242.

XVII. Ad eam Περὶ λύπης. *Medeæ* φάρμακον ἐφημέριον. *mendæ aliquot tolluntur.*

Pag.244. TI' δὲ οὕτως ἀγαθὸν θέαμα καθίκνῆται; ſententia neque animum neque aureis meas implet. an ita fuit? τί δὲ οὕτως ἀγαθὸν θέαμα; ἐπεὶ καὶ ψυχῆς καὶ σώματος ἡ λύπη καθικνῆται. an potius locus hoc modo concipiendus? τί δὲ οὕτως ἀγαθὸν θέαμα; καθικνῆται γὰρ, οἶμαι, καὶ τοῦ σώματος τὸ πάθος. hæc emendatio priore melior: nam πάγος haut dubie deprauate ſcriptum pro πάθος. Pro εἴκειν τῇ φθορᾷ τῆς διανοίας, ſuſpicabar ſcribendum τῇ φορᾷ. & προσμηχανᾶσθαί τινα ἔξωθεν: non τινάς. Ait, εἰ μὴ πάντως ἀεὶ φαίνεσθαί τινα αἰτίαν τοῦ πάθους. videtur
Pag.245. aliquid deſiderari: vt ſi ſcribas, εἰ μὴ ἐν τοῖς ἀεὶ φ. Scribe, καθάψηται τῆς γνώμης. Cum ſcribit, τοσούτων οὖν δυσκόλων ὄντων, ἀπὸ τοῦ σώματος ἀρξαμένοις, τί δεῖ προσδοκᾶν; non ſatis capio rectam illorum interpretationem, ἀπὸ τοῦ σώματος ἀρξαμένοις. quod eo dico, vt de illis cogitent acutiores. Illud nequaquam dubito, quin vitioſa iſtorum ſub finem interpunctio inter-
Pag.246. preti fuerit fraudi. nos ea vti concipienda ſunt deſcribemus. καὶ σοι πάρεστιν ἤδη τοῦτο τὸ πέρας· κἂν ἐπὶ πλεῖστον ἔλθῃς τοῦ βίου, πολλὴν λῆρον ἡγήσῃ καὶ μεγάλην εὐήθειαν, τὸ νομίζειν ὅλως τί δεινὸν εἶναι τῶν γινομένων· ἢ μέγα ἢ θαυμαστὸν, δίχα γε ἑνὸς, τὸ χωρὶς λύπης καὶ φόβου καὶ τῶν τοιούτων παθῶν μίαν γοῦν ἡμέραν διαγαγεῖν. heic deſinit periodus: deinde ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ſequitur, καθάπερ τὸν Ἰάσονα φασὶ, δή. in vulgatis exemplaribus deſideratur particula comparationi inſeruiens: quam omnino putem neceſſariam. Senſus eſt poſteriorum horum verborum: nihil magnum aut admiratione dignum cenſeri debere, præterquam illud, vt aliquis ſine vllo dolore, ſine metu, & ſimilibus perturbationibus, non dicam ætatem longam: ſed vel vnicum diem poſſit tranſigere. quemadmodum eſt in fabulis Iaſonem, cum remedium aduerſus imminentia pericula accepiſſet à Medea in diem vnum, damni paſſum nihil, neque à dracone neque ab igniuomis illis tauris. Apollodorus libro primo: τούτῳ τῷ φαρμάκῳ χρισθέντα ἔφη, πρὸς μίαν ἡμέραν μήτ' ἂν ὑπὸ πυρὸς ἀδικηθήσεσθαι, μήτε ὑπὸ σιδήρου.

XVIII. Percurritur diſſertatio Περὶ πλεονεξίας.

Pag.247. OI μὲν πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ὑπὲρ τούτων οἴονται λέγειν, ὑπ. Scribendum, οἴονται δεῖν λέγειν. ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο ἀπολλύουσι χρήματ᾽ ἐπιθυμίαν: ſcrib. ἐπιθυμίᾳ. καλῶς δὲ μέμνη-
Pag.249. & 250. ται καὶ μέτρων καὶ σταθμῶν, ὥσπερ τοῦ δικαίου καὶ τοῦ πλεονεκτεῖν, μηδένα μηδενὸς τούτων εὑρημένων. nemo hæc intelligat ita ſcripta. corrigendum: ὡς ὑπὲρ τοῦ δικαίου, καὶ τοῦ πλεονεκτεῖν μηδένα, τούτων εὑρημένων. iam & pueri intelligant. Euripidis verſus quos reſpicit, quia non

habentur paullo antè, vbi eius poëtæ iambos è Phœniſſis tranſcripſit, apponemus. καὶ γὰρ μέτρ' ἀνθρώποισι καὶ μέρη σταθμῶν Ἰσότης ἔταξε, κἀριθμὸν διώρισε. τῶν δὲ αἰτιωμένων μετὰ μικρὸν ἡττηθέντων. ſine dubio vox αἰτιωμένων eſt corrupta: nec melior altera in ora libri, quam interpres eſt ſecutus. noſtra emendatio rem ipſam, & fidem hiſtoriæ ſequitur. ſcribimus enim τῶν δὲ διαδεξαμένων. Creonem intelligit, qui occiſis fratribus Thebis regnauit, & propter eam quam ait Dio cauſſam ab Adraſto & Athenienſibus, deinde etiam ab Epigonis bello laceſſitus eſt.

περὶ τὴν σύμμετρον καὶ τὴν προσήκουσαν. nempe θερμότητα, vel φύσιν. neque mutandum. Pag.152.

XIX. Ἀσκεῖν. ἀναδιδάσκειν. veteris auctoris dictum, Ἕκαστος ἐστὶν ἑαυτῷ μάντις ἄριστος. nimio ſtudio hebetari ingenia. εὐσταθεῖν, εὐστάθημα, εὐσταθής. ἐπιδιδόναι, & ἀναδιδόναι pro dictare.

ΑΣΚΕΙΝ commune verbum eſt, earum omnium artium quæ ad curam & cultum, quà corporis, quà animi pertinent. heic verò ἄσκησιν appellat Dio exercitationem in dicendo, ſiue ſtudium poſitum in paranda dicendi facultate. Rogatus fuerat ab aliquo Romani imp. procerum, qui ætate iam prouectior eloquentiam ceperat adamare: vt rationem ſibi indicaret, per quam voti ſui poſſet compos fieri. Hunc in propoſito firmat, & qui potiſſimum ei ſint legendi auctores, ac quomodo, breuiter indicat. Laudans facundiæ vim in eo qui remp. adminiſtret, ait: πολλάκις οὖν ἰδεῖν ἐστιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἀναδιδάσκοντας μὲν ἑτέρους καὶ χαριζομένους καὶ ἀναθήμασι κοσμοῦντας· ἐπαινουμένους δὲ τοὺς λέγοντας. Scio vocem eſſe probam ἀναδιδάσκειν, pro docere cõtrariũ eius quod ante doctus aliquis fuerit. ſed quid poteſt commune eſſe ei verbo cum ſequentibus illis χαρίζεσθαι, & κοσμεῖν ἀναθήμασι; nolo pluribus vrgere ἀτοπίαν huius ſcripturæ. Scribendum eſt, ἀναλίσκοντας: longè diuerſa ſententia ab illa quam vides apud interpretem. Tantum, inquit, poteſt eloquentia in ciuitate: vt ſæpe videas ſummas laudes non illis deferri qui maximos ſumtus faciant, qui ſingulos beneficiis demereri ſtudeant, aut publicè vrbem donariis ornent: ſed eos qui facultate dicendi valeant. Scribe: χρήσιμον σεαυτῷ νενόμικας. Conſideremus hæc verba: μέχρι νῦν μὲν γὰρ ὥσπερ τις ἔφη τῶν παλαιῶν, αὐτῷ κακῶς εἶναι μάντις, κἀγὼ ἐξαρκεῖν ᾤμην ἐμαυτῷ περὶ τοὺς λόγους, μόγις καὶ τοῦτο. gratias amico agit quod dignus ab ipſo fuerit iudicatus, à quo conſilium in ſtudiis peteret. nam equidem, inquit, hactenus, ſicut vetus ſcriptor quidam dixit, bonum ſibi quemque vatem eſſe, ita de me exiſtimaui, aliis in eloquentiæ ſtudio præire me non poſſe: at mihi certe poſſe: etſi id quoque ægre. mens Dionis, animo quidem meo, iſta. Quare lego, καλὸς εἶναι μάντις. dixerat vetus ille quem laudat ἕκαστος ἐστὶν ἑαυτῷ μάντις ἄριστος. certius de hoc loco ſtatueremus ſi extaret ille auctor quem laudat, vel eius nobis in mentem veniret. quærant igitur ſtudioſi: & cum inuenerint, noſtris Pag.154.

conatibus æquos ſe præbeant. Politico homini abſtinendum monet à nimio ſtudio & anxia cura: hebetari enim ingenium & tardius reddi
Pag.155. ad agendum. Labor, ait, συννήψει τὴν ψυχὴν, καὶ ὀκνηρὰν ποιεῖ προσφέρεσθαι. Græcè docti non agnoſcent verbum συννήψει. vide num ſcripſerit συννω-πεῖ. mœſtum reddit: quòd veriſſimum eſt: atque hæc cauſſa vel præcipua palloris, qui ferè intentioris ſtudij comes. & προφέρεσθαι ſine σ. ſicut προφορικὸν dicimus λόγον, non προσφορικόν. Quid ſit, σώματος ἀπολείψεως δεῖ, nemo dixerit: ἀπαλείψεως legit interpres: quod quid ſit, omnes intelligunt. Corrupta ſunt hæc: μὴ οὕτως ἀναγινώσκοντα ἑτέρων ἐπισταμένων. iuuas aliquid, ſi ſcribas αὐτὸν ἀναγ. ſed codices hac parte mutilati. itaq; manum abſtinemus. Euripidem ita laudat, vt fateatur eius dictionem blandam & ad perſuadendum aptam, non explere omnes numeros τοῦ τραγικοῦ ὑπαθήματος καὶ ἀξιώματος. hoc vult: concinniorem eſſe quàm grauiorem. quid autem eſt ὑπάθημα? Lego, εὐστάθημα. propriè εὐσταθεῖν dicitur, quod ſtat firme. idem ad animum transfertur, vt βαρύτης & *grauitas.* ergo εὐσταθὴς homo, grauis, ſeuerus, nec leuis. σαρκὸς εὐστάθεια doctori Gargetio voluptas non titillans ſenſus, nec poſita in motu, ſed grauis & ſeuera, quæ percipitur omni dolore detracto. alibi leges, βίος εὐσταθὴς καὶ ἥσυχος. & quod huc propius facit, εὐσταθῆ καὶ βαρεῖαν, τὴν αὐστηρὰν, καὶ σεμνὴν ἁρμονίαν apud Dionyſium Halicarnaſſeum. vt nemini ſit dubium, quin rectè heic εὐστάθημα & ἀξίωμα iunctim tragico characteri tribuantur.
Pag.257. tur. Scribe, ἢ οὐκ ἂν ἐντυγχάνοιμεν αὐτοῖς δεδουλωμένοι τὴν γνώμην. Mirum
Pag.258. ἐπιδιδόναι poſitum pro dictare, quod Græcis ὑπαγορεύειν. tamen aliter non poteſt exponi cùm ait: γράφειν οὐ συμβουλεύω σοι αὐτὸν, ἀλλ' ἢ σφόδρα ἀργαίως, ἐπιδιδόναι δὲ μᾶλλον. ſubeſt, opinor, vitium. In Gloſſario veteri ἀναδιδόναι non ἐπιδιδόναι ea notione legere memini. nam ait auctor Gloſſarum: *Dictare*, ἀναδιδόναι, ὑπαγορεύειν. mendoſum eſt ſtatim: ἔπειτα ἐλάττον γίνεται. Scribe ſemper ἀπαγγελία, non ἐπαγγελία.

XX. Argumentum lucubratiunculæ Περὶ φιληκοΐας. ἔσωσέ με. *μαντεύεσθαι ἐκ τοῦ πελάγους. Chori non ſunt inter partes primarias dramatum: ſublati è comœdia: in tragœdia neglecti ab hiſtrionibus.*

HIC ſermo figuratus eſt: aliud enim vult, quàm quod palàm profitetur. Titulum præſcripſit Dio, de ſua audiendi cupiditate: re vera eos irridet, qui ingens deſiderium ipſius audiendi cùm præ ſe ferrent, eiúſq; vnius rei gratiâ Cyzicum, vbi geſta hæc ſunt, Pruſâ veniſſe videri vellent: ad citharœdi tamen cuiuſdam aduentum ipſum deſeruerant: & auditioni philoſophicarum diſſertationum, aurium oblectamentum inane antepoſuerant. Porro tantulum ſcriptum, quàm graues & multas habeat mendas, ex iis quæ dicturi
Pag.260. ſumus liquidò conſtabit vnicuique. Scribe, δῆλοι εἶναι πάνυ διψῶντες.

notiſſimus Helleniſmus. & ἐλθὼν οὕτω ἐς Κύζικον. Cyzicus non longè ab-
fuit à Dionis patria: vterque locus in Bithynia. Sequitur, Καὶ δὴ καὶ τὸ
τοῦ κιθαρῳδοῦ, τοῦτο ὃ λέγουσιν, ἔσωσέ με, ᾠδήν τινα αὐτοῖς. deeſt aliquid. ſcriben-
dúmque, ᾠδήν τινα ᾄσαντος αὐτοῖς. ſententiam elicio hanc: cùm celeber-
rimum eſſet Dionis ab exilio reuerſi nomen, in quamcunque Aſiæ vr-
bium ille veniſſet, incredibili omnium ſtudio excipiebatur: cùm opta-
rent vbique homines, & videre ipſum, & publicè diſſerentem audire.
Inter cæteros etiam Pruſaenſes eius ciues ſimile deſiderium inceſſit:
qui tamen cùm Dionem rogarent vt Pruſam veniret, ſéque aſpicien-
dum audiendúmque ipſis præberet: reſponſum tulerunt: Pruſam qui-
dem nolle ſe adhuc ire: ſed Cyzicum venturum, & per aliquot dies
ibi ſubſtiturum, atque omnibus copiam ſui facturum. nec diſtulit, quin
vt promiſerat Cyzicum veniret: quò cum magna turba confluxiſſet,
quaſi Dionis aſpectu & auditione fruitura: accidit res ridicula, vt ti-
bicine magni nominis ſuperueniente, Dio deſereretur. Hoc igitur ait:
accidiſſe ſibi eiuſmodi aliquid atque olim Arioni: nam vt illum dul-
cedo cantus ſeruauit: ita ſe moleſtia turbæ ad ſe confluentis ſeruatum
eſſe, tibicinis eius aduentu, ad quem repente vniuerſa turba tranſuo-
lauerat. Accipe, ἔσωσέ με, vt apud Horatium, *ſic me ſeruauit Apollo*. di-
ctum ἐν ἤθει. ab eadem mente ille apud Theocritum, ζῶν τ᾽ ἄφες. Emen-
da ſtatim corruptiſſimam diſtinctionẽ: ἀλλ᾽ οὐδ᾽ Ἀρίονος ἐκ τοῦ πελάγους·
μαντευόμενοι δηλονότι, πῶς γὰρ εἰδεῖεν τὸ σαφὲς οὐκ ἀκούσαντες ἐκείνου; ſcriben-
dum: ἀλλ᾽ οὐδὲ Ἀρίονος· ἐκ τοῦ πελάγους μαντευόμενοι δηλονότι. πῶς γ. aduenit,
inquit, nobilis quidam fidibus cantator: quem illico dixerunt omnes
optimum eſſe ὄντων τε πρό τ᾽ ἐόντων. vnde autem id nouerant? necdum
enim audiuerant. nimirum, inquit Dio, ex ipſo mari diuinationem hanc
hauſerant. hoc ille dicit, alludens venuſtè ad hiſtoriam Arionis: cuius
aduentum in Tænarum promontorium præceſſit ἐπισημασία quædam
maris, velut vox præconis iubentis vt ore fauerent, & animum aduer-
terent cuncti qui forte ibi erant. Plutarchus in Septem ſapientum con-
uiuio: οὐκ ὄντος πνεύματος, ἀλλὰ νηνεμίας καὶ γαλήνης, πόρρωθεν ἀφεωρᾶτο φρί-
κη καθιοῦσα παρὰ τὴν ἄκραν, ἀφρόν τινα καὶ ψόφον ἄγουσα τῷ ῥοθίῳ περὶ αὐτὴν
πολύν. ὥστε πάντας ἐπὶ τὸν τόπον οὗ προσέμενε (lego, προσεδέχετο ἔμενε) καταδρα-
μεῖν θαυμάσαντας. lege ſequentia. iam ergo perſpicuum, quid ſit, ἐκ τοῦ
πελάγους μαντεύεσθαι. Sequitur, πρότερος ἂν ἐπηκολούθουν, εἰ καὶ ἤδη μετὰ νεβρῶν
τινῶν ἢ μόσχων. Lege, εἰ καὶ ἔδει. etiamſi oportuiſſet verſari inter feras, quæ
Orpheum ſequebantur: ſic enim eſt in fabulis. Mendosè etiam ſcribi-
tur, διὰ τὴν προσοῦσάν μοι ἀκρόασιν περὶ τοὺς λόγους. lego, ἀκρασίαν. quam vo-
cauit φιληκοΐαν, appellat heic, ἀκρασίαν περὶ τοὺς λόγους. Scribe, Ταὐτὸ δὲ πέ- Pag.261.
πονθα πρὸς τοὺς σοφιστάς τε καὶ ῥήτορας ἅπαντας σχεδόν, καθάπερ οἱ πτωχοί. οἳ καὶ
τοὺς μετρίως εὐπόρους μακαρίζουσι δή. Reſtitue ἀπὸ præpoſitionem, cuius
amiſſæ veſtigia parent in iſtis: ἀλλὰ ποιητῶν. Scribendum, ἀλλ᾽ ἀπὸ ποιη-
τῶν. Mox ſcribo: λέγω δὲ τὰ ἰαμβεῖα· ἐπεὶ τούτων μέρη διεξίασιν ἐν τοῖς θεάτροις.
Choros veterum tragœdiarum intelligit Dio, cùm ſcribit ſuæ ætatis
hiſtriones, in docendis fabulis antiquorum tragicorum ſolitos miſſa

facere τὰ μαλακώτερα καὶ τὰ περὶ τὰ μέλη. qui locus ſtudioſorum obſeruatione dignus. Sanè inter partes primarias ac legitimas dramatum, chorum non eſſe conſtat. itaque iam olim de noua Græcorum comœdia, item Latina ſublatus fuit. eundem verò cum tragici poëtæ retinuiſſent, hiſtrionibus tragicis, vt res arguit, conſilium ſuum non probarunt.

XXI. Ad librum περὶ ἀναχωρήσεως *notæ. anachoretæ veterum Chriſtianorum.* φλοῖσβος. ἐκδημεῖν ἐργασίας. *non pauca emendantur.*

ANACHORETAS eccleſia vetus appellauit, genus hominum qui cœleſtem in terris vitam meditantes, τὰς κοσμικὰς μερίμνας ἀποταξάμενοι, in ſola loca ſeceſſerant. Nomen hoc & inſtitutum an Dionis Chryſoſtomi ætate notum Chriſtianis hominibus fuerit, grauis eſt, nec huius loci diſquiſitio. Videtur ſanè oblata auctori iſta ſcribendi occaſio, ex ſermone quodam de iſtiuſmodi anachoretis, cum familiaribus habito: ſiue illi de Chriſtianis loquerentur, qui propter ſæuiſſimorum tyrannorum perſecutiones, in montes atque eremos ſeceſſerant, & *vitæ ſanctimonia admirabili* inclaruerant, ſiue de Eſſenis: nam *Eſſenos fuiſſe Dioni* probe cognitos teſtatur etiam *Syneſius.* Principium orationis abruptum, qualia ſolent eſſe initia ſcriptionum quæ ex alio ſermone pendent. Adfinis argumenti eſt Senecæ epiſtola L V I. ſed longè tamen diuerſæ res ſunt ἀναχώρησις de qua heic Dio, & illud de quo Seneca, ſilentium in ſtudia ſepoſitorum. Non
Pag. 262. longe ab initio videndum an ſatis hæc integra: καὶ γὰρ τὸ ἐπὶ πότῳ ξυνεῖναι, καὶ τὸ πίνοντα ἢ κυβεύοντα, ἢ ἄλλο τι τῶν βλαβερῶν. καὶ ἀσυμφόρων πράττοντα διατελεῖν, πανταχοῦ τοιαῦτά ἐστι, ἀδολεσχοῦντα, &c. ſuſpicabar geminandam vocem πανταχοῦ; hoc modo: πανταχοῦ ἐστι· πανταχοῦ τοίνυν ἐστὶν ἀδολ. agitare conuiuia, alea ludere, & id genus alia contra bonos mores exercere, fit vbiq. vbique igitur licet tempus in talibus perdere. Porro ſequentia verba ἀδολεσχοῦντα καὶ ἀκούοντα λόγων οὐδὲν χρησίμων, ἢ περὶ τὰ βασιλέως πράγματα διατελεῖν, ἢ τὰ τοῦ δεῖνος ὥς ἔφη τις, vt commode capias, memineris eorum quæ leguntur apud Theophraſtum in Characteribus ethicis, vbi notas ponit τοῦ ἀδολεσχοῦντος & τοῦ λογοποιοῦντος. ac fortaſſe ille ipſe auctor eſt, quem heic
Pag. 263. laudat ſine nomine. Lege cum interrogatione, Μὴ οὖν βελτίστη καὶ λυσιτελεστάτη πασῶν ἡ εἰς αὑτὸν ἀναχώρησις; aut ſimpliciter, ἡ οὖν βελτ. Turbæ ſtrepitum nihil nocere prudentibus & ad opus ſuum ſerio attendentibus, probat exemplo eorum qui ad mare habitant: nam iſtos nihil maris mur-
Pag. 264. mur impedit quominus ſuas res agant: ὅτι οὐδὲν οἴονται προσήκειν αὐτοῖς τοῦ φλοίσβου τούτου, οὐδὲ φροντίζουσιν. quorſum huc metus mentio? nihil enim hoc ad propoſitam quæſtionem. noli dubitare ſcriptum Dioni τοῦ φλοίσβου. vox ſignata, & propria in ſono maris vndarum ad littus alliſarum. Homerum, patrem illum omnium Græcanicarum elegantiarum, vocem hanc, vt alias multas primum finxiſſe, conſentiunt Græci. Scribe, καὶ μὴν οὕτως ἐπιτήδευσα

ἡ ψυχή. non καὶ ἡμῖν. &, ὥσπερ ὕδατος ἐν ἐπικλινεῖ χωρίῳ ὅποι ἔτυχε τρεπομένου, οὐδὲν ἂν ὠφεληθείη, οὐδ' ἀπὸ τῆς πάσης ἐρημίας τε καὶ ἡσ. Nihil mutandum, ſed obſeruanda enallage numeri in illis , καὶ οὐδὲν οὔτε ὁρᾷ τούτων, οὔτε αἰσθάνεται αὐτῶν. nempe ἡ κύων. cum tamen præcederet numero multitudinis. οἶδα ἔγωγε καὶ τὴν κυνῶν, τὰς μὲν καλῶς ἀχθείσας. Bene interpres, πολλοὺς τινας δρόμους τοῦ λαγὼ θέοντος. Illud, opinor, editi libri non bene: οἱ δέ τινες ἐργαλεῖον ἐκδανείζοντες, ἢ ἄλλας ἐργασίας. ægrè admittunt aures noſtræ genus illud loquendi, ἐκδανείζειν ἐργασίας. quare puto ſcripſiſſe auctorem: ἢ ἄλλας ἐργασίας ἐργαζόμενοι. Scribe, ἀποβαίνῃ, non ἀποβαίνειν. Non capio iſta: πολλάκις ἐκ τινος ἐνθυμήματος ψευδοῦς καὶ ἀδυνάτου ἀποβῆναι πρᾶγμα ἀληθές. Lego, ὅτι πολλάκις ἐκ τινος ἐνθυμήματος ψευδοῦς καὶ ἀδυνάτου δυνατὸν ὂν ἀποβῆναι πρᾶγμα ἀληθές. Vide quàm ſæpe perfidi librarij, vbi erant ſimiles vel eædem dictiones omiſſione bonos auctores deprauarunt. Pag. 269.

XXII. Argumentum commentarioli Περὶ κάλλους *expoſitum aliter quàm à Photio factum. Dio æmulatur Socraticorum ſcribendi rationem. Dialogi ſine vlla perſonarum diſtinctione. Liber totus appoſitis perſonis illuſtratus. occaſio ſermonis huius. ſpecula malorum aſpectu hebetari.* ἀναρχίαν ἀναγράφειν. *Critias Athenienſium* νομοθέτης. περιτεῖναι δέρμα. *Dionis Chriſoſtomi in hiſtoria Romana, etiam ſui temporis ablepſia, vel obliuio: confundit vxores Neronis: item res Neronis & Domitiani.* Rhodogune. διατέμνειν. βιβλίον *&* βυβλίον. ἀποβλέπειν. *vultus ſubmiſſio ex verecundia, aut reuerentia. Dionis locus cum Apollonij & Virgilij verſibus de eadem re comparatus.* Σπαρτοὶ *Thebani, & de ſatore illorum.* Ἑλληνικὸς ἄκρος. Μινύαι.

ARGVMENTVM huius ſermonis his verbis indicat Photius: Περὶ κάλλους δὲ ὁ λόγος, ὃν ἐπιγέγραπται ἔπαινον τὸν αὐτὸν καὶ περὶ νεανίσκου διέξεισιν· ἐν ᾧ ὡς οὐ παρὰ πᾶσιν ἔθνεσι καὶ βαρβάροις τὸ αὐτὸ νομίζεται κάλλος, ἄλλο δὲ παρ' ἄλλοις νικᾷ. Ego vero de conſilio auctoris cum hunc libellum ſcriberet longe aliter ſentio. Exiſtimo enim Dionem, cuius omnis & vita & oratio publicorum morum cenſura quædam fuit: dum ephebi eximiam formam laudat, nullis fœmineis corruptam artibus: id præcipue agere, vt virorum ſui temporis ſtultitiam caſtiget, qui pulchritudinem virilem in muliebrem mollitiem conuerterent: præclarúmque adeo Dei donum vitio animi infamarent. Itaque non tam ἐγκωμιαστικὸς illius ephebi eſt hic liber, quàm διασυρτικὸς τοῦ βίου. quod Photio non eſſe obſeruatum, eo magis miror, quia ipſe auctor mentem ſuam ſub aliena perſona palàm facit hæc ſcribens: σὺ ἀεὶ λόγους ἀδολεσχεῖς, ὥστε διασύρειν τὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ νῦν ἐξ οὐδενὸς ὡς εἰπεῖν ἐπὶ ταῦτα ἦλθες. Sed habent hoc multi Dionis λόγοι, vt finem præcipuum cuius gratia ſunt ſcripti, niſi animum ſeriò attendas non ſtatim videas. in quo Platonem & τοὺς Σωκρατικοὺς λόγους eum eſſe æmulatum, ſciunt qui ſunt in illis verſati. Huic verò commētáriolo alia difficultas acceſſit, quæ erudito

interpreti fraudi fuit multis locis. Non enim videtur meminiſſe perſæpe, dialogi forma ſcriptam eſſe hanc diſſertationem. Error autem inde, quod colloquium hoc diuerſarum perſonarum ſic plane contexitur (idem & in aliis quibuſdam factum inuenias) quaſi liber eſſet, μονοπρόσωπος. non nomina appoſita collocutorum: non illa verba in hoc genus ſcriptis familiaria, *inquam* & *inquit*. nihil denique eſt vnde perſonæ mutatio poſſit à tironibus dignoſci. Qui ne heic errent, ac velut in tenebris offendant, non grauabimur integrum librum deſcribere, appoſita perſonarum diſtinctione: qua ex re quantum lucis non parum alioquin obſcuro ſcripto, ſit acceſſurum, malo ſtudioſos ex ipſa lectione cognoſcere, quam ex prædicatione noſtra.

ΔΙΩΝ καὶ Ο ΔΕΙΝΑ.

Ὡς ὑψηλὸς ὁ νεανίσκος καὶ ὡραῖος! ἔτι δὲ ἀρχαῖον αὐτοῦ τὸ εἶδος· οἷον ἐγὼ οὐχ ἑώρακα τῶν νῦν, ἀλλ' ἢ τῶν Ὀλυμπίασιν ἀνακειμένων, τῶν πάνυ παλαιῶν παίδων. αἱ δὲ ὕστερον εἰκόνες ἀεὶ χείρους καὶ ἀγεννεστέρων φαίνονται· τὸ μέν τι ὑπὸ τῶν δημιουργῶν· τὸ δὲ πλέον, καὶ αὐτοὶ τοιοῦτοί εἰσιν. Ο ΔΕΙΝΑ. Ἢ δεινὸν λέγεις, εἰ ὥσπερ φυτόν τι ἢ ζῶον, ἐκλελοίπασι τῷ χρόνῳ οἱ καλοί· οἷον δή φασι τοὺς λέοντας παθεῖν τοὺς ἐν τῇ Εὐρώπῃ· οὐ γὰρ ἔτι αὐτῶν εἶναι τὸ γένος· πρότερον δὲ ἦσαν καὶ περὶ Μακεδονίαν, καὶ ἐν ἄλλοις τόποις. ἢ οὕτως οἴχεται δὴ κάλλος ἐξ ἀνθρώπων; ΔΙΩΝ. Τό γε ἀνδρεῖον ὦ βέλτιστε. τὸ μέν τοι γυναικεῖον ἴσως πλεονάζει. ἀνὴρ δὲ καλὸς, σπάνιον μὲν καὶ γίνεται νῦν, καὶ γενόμενος τοὺς πλείστους λανθάνει, πολλῷ μᾶλλον ἢ οἱ καλοὶ ἵπποι τοὺς ὀρεωκόμους· εἰ δ' ἄρα καὶ ἅψαιτο τῶν τοιούτων, μεθ' ὕβρεως ἐστὶ πρὸς οὐδὲν ἀγαθόν· ὥστε μοι δοκοῦσι καὶ οἱ γενόμενοι ταχὺ λήγειν καὶ ἀφανίζεσθαι. οὐ γὰρ μόνον ἡ ἀρετὴ ἐπαίνῳ αὔξεται· ἀλλὰ καὶ τὸ κάλλος ὑπὸ τῶν τιμώντων αὐτὸ καὶ σεβομένων· ἀμελούμενον δὲ καὶ οὐδενὸς εἰς αὐτὸ βλέποντος, ἢ πονηρῶν βλεπόντων, σβέννυται ὥσπερ τὰ κάτοπτρα. •

Ο ΔΕΙΝΑ. Ἆρ' οὖν ὥσπερ Ἀθηναῖοι πολλάκις, καὶ ἡμᾶς χρὴ ἀναρχίαν ἀναγράφειν τὸν παρόντα καιρὸν, ὡς οὐδενὸς ὄντος καλοῦ; ΔΙΩΝ. * καὶ μὰ Δία, ὡς Πέρσαι γε ἐνόμιζον· Ἑλλήνων δὲ οὐδεὶς, ἢ εἴ τις ἐκ τῶν τριάκοντα. ἢ οὐκ οἶσθα Κριτίαν τὸν τῶν τριάκοντα, ὅτι κάλλιστον ἔφη εἶδος ἐν τοῖς ἄρρεσι τὸ θῆλυ, ἐν δ' αὖ τοῖς θήλεσι τοὐναντίον; Ο ΔΕΙΝΑ. Οὐκοῦν δικαίως Ἀθηναῖοι νομοθέτην αὐτὸν εἵλοντο· ἐπί γε τῷ μεταγράψαι τοὺς παλαιοὺς νόμους, ὃς οὐδένα αὐτῶν ἔλιπεν. εἶεν. οἱ δὲ Πέρσαι πῶς ἐνόμιζον; ΔΙΩΝ. οὐ γὰρ φανερὸν ὅτι εὐνούχους ἐποίουν τοὺς καλοὺς, ὅπως αὐτοῖς ὡς κάλλιστοι ὦσιν; τοσοῦτον διαφέρειν ᾤοντο πρὸς κάλλος τὸ θῆλυ· σχεδὸν καὶ πάντες οἱ Βάρβαροι, ὥσπερ τὰ ἄλλα ζῶα, διὰ τὸ μόνον τὰ ἀφροδίσια ἐννοεῖν. ὡς οὖν λέγεται Δαίδαλος ποιῆσαι, τὸν ταῦρον ἐξαπατῶν, περιτείνας τῷ ξύλῳ δέρμα βοός· κἀκεῖνοι γυναικὸς εἶδος περιτιθέασι τοῖς ἄρρεσιν· ἄλλως δὲ οὐκ ἐπίστανται ἐρᾶν. Ἴσως δὲ καὶ ἡ τροφὴ αἰτία τοῖς Πέρσαις· τῷ μέχρι πολλοῦ τρέφεσθαι ὑπό τε γυναικῶν καὶ εὐνούχων τῶν πρεσβυτέρων· παῖδας δὲ μετὰ παίδων, καὶ μειράκια μετὰ μειρακίων μὴ πάνυ συνεῖναι, μηδὲ γυμνοῦσθαι ἐν παλαίστραις καὶ γυμνασίοις. ὅθεν ἐγὼ οἶμαι ξυμβῆναι αὐτοῖς ταῖς μητράσι μίγνυσθαι· ὥσπερ οἱ πῶλοι ἐπειδὰν ἁδρότεροι ὄντες ἀκολουθῶσιν ἔτι ταῖς μητράσιν, ἐπιβαίνειν ζητοῦσι· τὸ μέν τοι τῆς τροφῆς ἐστὶ ἐνταῦθα δείκνυσι τὴν ἰσχύν· καλλίων μὲν γὰρ δὴ πολὺ ἵππος ὄνου· οἱ δέ γε ὄνοι, οὐκ ἐπιθυμοῦσιν ἵππων διὰ τὴν φύσιν· εἰ μὴ ὅς ἂν ᾖ τεθραμμένος ἵππου γάλακτι· ὁμοίως καὶ ἵππος πωλευθεὶς ὑπὸ

ὄνου τὸ

οὗ τὸ αὐτὸ πάσχει. Ἐν δὲ τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἡ ἐξουσία παρανομόν τι ἐστί. Νέρωνα οὖν πάντες ἐπιστάμεθα ἐφ' ἡμῶν, ὅτι οὐ μόνον ἐξέτεμε τὸν ἐρώμενον, ἀλλὰ καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μετωνόμασε γυναικεῖον, τῆς αὐτοῦ ἐρωμένης καὶ γυναικός· ἧς ἐκεῖνος ἐπιθυμήσας ἔγημεν· ἀναφανδὸν εἴρξας τὴν πρόσθεν, ἐφ' ᾗ τὴν βασιλείαν εἰλήφει.

Ο ΔΕΙΝΑ. Καὶ τί ἦν τὸ ὄνομα τῇ γυναικί, ὃ τῷ εὐνούχῳ ἔθετο; ΔΙΩΝ. τί δέ σοι τοῦτο; πάντως γὰρ οὐ Ῥοδογούνη ἐλέγετο· ἀλλ' ἐκεῖνός γε καὶ τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ τρίχας διεκέκριτο· καὶ παιδίσκαι ἠκολούθουν ὁπότε βαδίζοι, καὶ ἠμπίσχετο ἐσθῆτα γυναικείαν, καὶ τά τε ἄλλα οὕτως ἠναγκάζετο ποιεῖν· τέλος δὲ προὐτέθησαν μεγάλαι καὶ τιμαὶ καὶ χρήματα ἄπειρα τὸ πλῆθος, ὅς τις αὐτὸν γυναῖκα ποιήσειεν.

Ο ΔΕΙΝΑ. οἱ δ' οὖν καὶ ὑπέσχοντο; ΔΙΩΝ. τί δαί; οὐκ ἔμελλον ἐκείνῳ ὑποσχέσθαι τοσαῦτα διδόντι; ἢ οὐκ οἶσθα τὴν δύναμιν τοῦ διδόντος ὅση ἐστίν; ὅπου γε καὶ ὁπότε τὸν βασιλέα ἀποδέξασθαι δέοι, τὸν πλουσιώτατον ἀρνοῦνται, καὶ περὶ οὗ ἂν πιστεύωσιν ὡς πλεῖστον ἀργύριον λήψεσθαι· τὰ δὲ ἄλλα οὐδὲν φροντίζουσιν ὅπως ἂν ᾖ· καὶ μένῃ πάντας διατεμεῖν παραλαβὼν τὴν ἀρχήν, τούς τε ἄλλους ἅπαντας, καὶ αὖθις ἐκείνους τοὺς εἰληφότας τὰ χρήματα. καὶ ἔτι πάντων αὖθις καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἀφαιρήσεσθαι· τούτῳ δὴ μάλιστα περιῆν ὁ Νέρων, καὶ οὐδεὶς ἀντέλεγεν αὐτῷ περὶ οὐδενός. ὅ, τι εἴποι, οὐδ' ἀδύνατον ἔφη εἶναι ὃ κελεύσειεν· ὥστε καὶ εἰ πέτεσθαι κελεύοι τινά, καὶ τοῦτο ὑπέσχετο αὐτῷ· καὶ συχνὸν χρόνον ἔτρεφε τὸ ἔνδον παρ' αὐτῷ ἐν τοῖς βασιλείοις ὡς πτησόμενος. μόνος γὰρ δὴ οὐδένα τρόπον ἐφείδετο χρημάτων, οὔτε διδοὺς οὔτε λαμβάνων. διὰ μόνην μέν τοι ταύτην τὴν ὕβριν καὶ ἀπέθανε, τὴν εἰς τὸν εὐνοῦχον. ὀργισθεὶς γὰρ ἐξήνεγκεν αὐτοῦ τὰ βουλεύματα τοῖς περὶ αὐτόν· καὶ οὕτως ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἠνάγκασαν ὅτῳ ποτὲ τρόπῳ ἀπολέσθαι αὐτόν· οὐδέπω γὰρ καὶ νῦν τοῦτό γε δῆλόν ἐστιν· ἐπεὶ τῶν γε ἄλλων ἕνεκεν, οὐδὲν ἐκώλυεν αὐτὸν βασιλεύειν τὸν ἅπαντα χρόνον. ὅπου γε καὶ νῦν ἔτι πάντες ἐπιθυμοῦσι ζῆν· οἱ δὲ πλεῖστοι καὶ οἴονται, καίτοι τρόπον τινὰ οὐχ ἅπαξ αὐτοῦ τεθνηκότος, ἀλλὰ πολλάκις, μετὰ τῶν σφόδρα οἰηθέντων αὐτὸν ζῆν. Ο ΔΕΙΝΑ. Σὺ μὲν ἀεὶ λόγους ἀνευρίσκεις, ὥστε διασύρειν τὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ νῦν ἐξ οὐδενὸς ὡς εἰπεῖν ἐπὶ ταῦτα ἦλθες· ὃ δὲ ἐβουλόμην ἐρέσθαι οὐκ εἴασας. ΔΙΩΝ. Ἴσως γάρ μου καταφρονεῖς καὶ ἡγῇ με ληρεῖν, ὅτι οὐ περὶ Κύρου καὶ Ἀλκιβιάδου λέγω, ὥσπερ οἱ σοφοὶ ἔτι καὶ νῦν· ἀλλὰ Νέρωνος καὶ τοιούτων πραγμάτων νεωτέρων τε καὶ ἀδόξων, ὧν μνημονεύω. τούτου δὲ αἴτιον, τὸ μὴ πάνυ φιλεῖν τοὺς τραγῳδούς, μηδὲ ζηλοῦν· ἐπεὶ οἶδα ὅτι αἰσχρόν ἐστιν ἐν τραγῳδίᾳ τοὺς νῦν ὄντας ὀνομάζειν· ἀλλὰ ἀρχαίου τινὸς ἔδει παραδείγματος, καὶ οὐδὲ πάνυ πιστοῦ· οἱ μὲν οὖν ἔμπροσθεν οὐκ ᾐσχύνοντο τοὺς τότε ὄντας ὀνομάζειν, καὶ λέγοντες καὶ γράφοντες· οἱ δὲ νῦν ἐκείνους ἐξ ἅπαντος ὀνομάζειν ζητοῦσιν· ἢ τινὶ δὲ σοφίᾳ προσάπτουσιν αὐτό, ἐγώ σοι ἐρῶ· καὶ μὴ πάντα φλυαρεῖν με φῇς, ἀλλ' ἴσως ὅπου δέῃ· πάντως γάρ τινι τῶν βιβλιοπωλῶν προσέσχηκας;

Ο ΔΕΙΝΑ. Διὰ τί δὴ τοῦτό με ἐρωτᾷς; ΔΙΩΝ. Ὅτι εἰδότες τὰ ἀρχαῖα τῶν βιβλίων σπουδαζόμενα, ὡς ἄμεινον γεγραμμένα καὶ ἐν κρείττοσι βιβλίοις· οἱ δὲ τὰ φαυλότατα τῶν νῦν καθέντες εἰς σῖτον, ὅπως τό γε χρῶμα ὅμοια γίνηται τοῖς παλαιοῖς, καὶ προσδιαφθείροντες, ἀποδίδονται ὡς παλαιά. Ἀλλὰ τί ἦν, ὃ πάλαι δὴ ἐρέσθαι σπεύδεις; Ο ΔΕΙΝΑ. Περὶ τοῦδε τοῦ νεανίσκου ὅστις τέ ἐστι, καὶ οὗ τινος υἱός· ὡς ἐγὼ οὐδένα πώποτε ἐξεπλάγην· ἡ μὲν γὰρ ἡλικία παῖδα αὐτὸν ἐνδείκνυσιν, ἑκκαίδεκα ἴσως, ἢ ἑπτακαίδεκα ἐτῶν. τὸ δὲ μέγεθος οὐδενὸς ἧττον τῶν ἀνδρῶν· ἡ δὲ αἰδὼς τοιαύτη, ὥστε καὶ τὸν προσιόντα αἰδεῖσθαι εὐθὺς ποιεῖν· καὶ οὐκ ἔστιν ἐπὶ πλέον εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὁρᾶν, εἰ μὴ καὶ αὐτὸς ἀποβλέψειεν ἀπὸ τύχης. οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἀναιδὴς ἢ λίθινός ἐστιν, ὅς τις ὑπομένει καὶ ἀντιπήσεται ὁρῶν

αὐτῶν· ἀλλ' εὐθὺς ἀνάγκη τραπῆναι καὶ μεταβαλέσθαι τὼ ὀφθαλμώ· τοῦτο δὲ τὸ πάθος πάνυ θαυμάζω, ὅτι τὸ κάλλος ἐὰν μετ' αἰδοῦς ᾖ, καὶ τοὺς ἀναιδεῖς τρέπει τε καὶ ἀναγκάζει αἰδεῖσθαι. ΔΙΩΝ. Ἴσως γὰρ οὐ προσενόησας τὸ ἐν τοῖς ὕδασι γινόμενον. Ο ΔΕΙΝΑ. τί δή; ΔΙΩΝ. Ὅτι τοῦ ἡλίου ἐπιλάμψαντος εἰς τὸ κατευθύ, μάλιστα ἀντιλάμπει. καὶ ἴσως ἑώρακας ἐν τοῖς τοίχοις τὸ κινούμενον καὶ περιτρέχον φῶς· οὐκ ὂν ἀληθινόν· ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἐν τοῖς ὕδασιν αὐγῆς τοῦ ἡλίου γιγνόμενον πρὸς τὸ μάλιστα κατευθύ· τοιοῦτον οὖν τι καὶ ἀπὸ τῆς ἀληθινῆς αἰδοῦς ἀντιλάμπει τε καὶ ποιεῖ δοκεῖν αἰδεῖσθαι τοὺς ἐρῶντας· ἔπειτ' εὐθὺς ἐπελθόντες ἀναιδεῖς εἰσιν· ὡς ἔμοιγε καὶ ὁ παιδοτρίβης ἐδόκει καὶ αὐτὸς εἶναι ἐνθουσιῶν τε καὶ ἐκπεπληγμένος. οὐκοῦν ἔτι μᾶλλον θαυμάσεις, ἐπειδὰν πύθῃ, ὅτι οὗτος τοιοῦτος ὢν οὐδενὸς υἱός ἐστιν. Ο ΔΕΙΝΑ. Πῶς λέγεις μηδενὸς υἱὸν εἶναι αὐτόν; ΔΙΩΝ. Οὕτως ὅπως σὺ ἐπύθου ὅτου ἐστίν· οἶμαι γὰρ ἐρωτήσειν σε ὅτου υἱός ἐστιν. Ο ΔΕΙΝΑ. Ἀλλ' ἢ τῶν σπαρτῶν ἐστιν εἷς;

ΔΙΩΝ. πρέποι μὲν ἂν τῷ μεγέθει αὐτοῦ καὶ τῇ ἀνδρείᾳ, εἴγε ἐπιεικεῖς ἦσαν, καὶ φιλάνθρωποι τὰς φύσεις, ὥσπερ ὅδε· ἀλλὰ μὴ παντελῶς σκληροὶ καὶ ἄγριοι, τῆς γῆς τὰ τέκνα. ἐπεί γε τὸ σῶμα οὐ φαύλως εἰκάζεις, Βοιωτίῳ μᾶλλον εἰκάζων αὐτό, ἢ Λακωνικῷ τε καὶ Ἀττικῷ· ὅτι μὲν γὰρ Ἑλληνικῶν ἄκρος ἐστὶν οὐ δεῖ δήπου ἀγνοῆσαι.

Ο ΔΕΙΝΑ. Τί γάρ; εἴη τις ἂν τοῦ γένους διαφορὰ πρός γε τὸ κάλλος;

ΔΙΩΝ. ἀλλ' οὐκ οἴει τὸ μέν τι βαρβαρικὸν εἶναι ὥσπερ εἶδος, καὶ κάλλος; [ἢ οὐδένα οἴει γίγνεσθαι ἐν τοῖς βαρβάροις καλόν;] τὸ δὲ Ἑλληνικόν, ὥσπερ καὶ φωνὴν καὶ ἐσθῆτα; ἀλλ' ὁμοίως σοι δοκεῖ γενέσθαι καλὸς Ἀχιλλεύς τε καὶ Ἕκτωρ; Ο ΔΕΙΝΑ. Οὐ γὰρ μόνον ὡς περὶ ἀνδρείου τοῦ Ἕκτορος ὁ ποιητὴς διέξεισιν; ΔΙΩΝ. ὅπου γε τὰς ναῦς ἐμπίπρησιν· οὐ γάρ οἶμαι περὶ κάλλους αὐτῷ ἔπρεπεν αὐτοῦ ἔτι μεμνῆσθαι· τελευτήσαντος δὲ καὶ γυμνωθέντος, ἐκπλαγῆναι φησιν αὐτοῦ τὸ κάλλος τοὺς Ἀχαιοὺς ἰδόντας· οὕτω πως λέγεται. Οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν Ἕκτορος. οὐ γάρ, οἶμαι, πρότερον ἦν αὐτοῖς σχολὴ θηήσασθαι αὐτὸν ἀκριβῶς· καὶ τὰ ἄλλα σχεδὸν σαφέστερον ἐπέξεισιν, ὡς περὶ ἄλλου τινὸς τῶν καλλίστων. τήν τε γὰρ κεφαλὴν χαρίεσσαν αὐτοῦ φησιν εἶναι, καὶ τὴν κόμην πάνυ μέλαιναν, καὶ τὸ σῶμα οὐ σκληρόν· περὶ δὲ τοῦ Ἀχιλλέως εἴδους οὐδὲν λέγει καθ' ἕκαστον, ἢ τῆς κόμης, ὅτι ξανθὴ ἦν· καὶ περὶ τῆς Εὐφόρβου κόμης καὶ Πατρόκλου, ὡς μάλιστα ἐν ἀκμῇ τελευτησάντων. καὶ περὶ τῶν ἄλλων σμικρόν τι περὶ ἑκάστου καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν τῶν καλλίστων. πλὴν ὅτι γε οὐδὲ κἂν εἴποι, τούσδε ὁμοίως γενέσθαι καλούς· οὐδὲ Ἀλέξανδρον, ἢ Εὔφορβον, ἢ Τρωΐλον ἐοικέναι Μενελάῳ καὶ Πατρόκλῳ καὶ Νιρεῖ· οὐδὲ ἐν τοῖς βαρβάροις Σέσωστριν τὸν Αἰγύπτιον, ἢ Μέμνονα τὸν Αἰθίοπα, ἢ Μινύαν, ἢ Εὐρύπυλον ἢ Πέλοπα.

Ad hoc exemplum poſſunt illuſtrari omnes & Dionis & aliorum dialogi huius generis: in quibus deſiderantur hodie librariorum culpa certæ notæ, quibus auctores vſi erant ad deſignandam mutationem perſonarū: de quibus accuratè diſputamus, in libro De Critica. Porro continet hic liber ſermonem habitum cum è palæſtra redirent Dio & ille alter quicum loquitur. Solebant animi cauſſa etiam viri graues adire gymnaſia, & exercentes adoleſcentes ſpectare. Forte ibi tum viſus adoleſcentulus quidam formę adeo bonæ, vt omniū oculos in ſe raperet. hinc nata occaſio dialogi: cuius ſcopū antè aperuimus. Nunc pro ratione inſtituti quędā breuiter adnotabimus. De leonib. Europæis conſule Ariſtotelē & Pliniū,

Ait de pulchritudine, πονηρῶν βλεπόντων σβέννυται, ὥσπερ τὰ κάτοπτρα. conſtat multis rebus hebetari ſpecula & ſuum amittere fulgorem. notiſſimum eſt de mulierum profluuio. mirum quod Plinius in XI. ſcribit: *Hominum dentibus quoddam ineſt virus: namque & ſpeculi nitorem ex aduerſo nudati hebetant.* Ἀναρχίαν ἀναγράφειν ſoliti Athenienſes cum Rempublicam adminiſtrabant magiſtratus illegitimi ; & qui per vim irruperant: cuiuſmodi tempora duo in illorum hiſtoriis ſunt inſignia: ante prætorem Euclidem, & Triginta tyrannorum. Quia igitur magiſtratus non legitimè creati pro non magiſtratibus habentur, ideo ἀναρχίαν id tempus vocarunt in ſuis faſtis. Longe aliò vocem hanc tranſtulit Dio, cum ſcripſit, καὶ ἡμᾶς χρὴ ἀναρχίαν ἀναγράφειν τὸν παρόντα χρόνον. quæ verba obſcuriſſima eſſent, niſi illa eſſent adiecta, ὡς οὐδενὸς ὄντος καλοῦ: & tamen ne id quidem obſtat, quin videatur mihi durè dictum ἀναρχίαν ἀναγράφειν pro κάλλους ἀναρχίαν ἀναγρ. quomodo ſcriptum à Dione arbitror. nec mirum vocem vnam heic periiſſe ; cum ſtatim pluſculatum amiſſione hæc ſint deprauata, ναὶ μὰ Δία ὡς Πέρσαι γε ἐνόμιζον. ſunt iſta Dionis: ſermonem alterius excipientis, qui ex iis quæ antè dicta ſunt collegit, nullam omnino extare iam pulchritudinem: Negat Dio reſpondens, eam eſſe mentem ſuam: fateri enim, & ſua ætate pulchros reperiri poſſe multos: cæterum non vera pulchritudine, quam intelligebat ſuperiore oratione, ſed illa quę fuit à Perſis probata: fœminea nempe ac molli, vt poſtea explicatur. non erit attendenti dubium, quin hæc ſit loci iſtius ſententia. Quare ſupplendum aliquid neceſſario: putà ἀλλ' εἰσὶ πολλοὶ ναὶ μὰ Δ. potes etiam breuius: Ναὶ μὰ Δία, εἰσὶν, ὡς Π. De XXX. tyrannis Xenophon, in II. Ἑλληνικῶν. Dio qui Critiam vnum è XXX. vocat νομοθέτην, reſpicit Xenophontis verba de illorum creatione. ἔδοξεν, ait, τῷ δήμῳ τριάκοντα ἄνδρας ἑλέσθαι, οἳ τοὺς πατρίους νόμους ξυγγράψουσι, καθ' οὓς πολιτεύσουσι. Scribe, ὡς οὐδένα αὐτῶν ἐλ. & φανερὸν ὅτι. item, σχεδὸν δὲ καὶ πάντες οἱ βάρβαροι, ἧπερ τὰ ἄλλα ζ. barbarorum plerique de pulchritudine iudicant non aliter ac bruta animalia: quibus id ſolum pulchrum eſt, in quod libidine feruntur. is autem eſt fœmineus ſexus. quod heic legitur, περιθεῖναι τῷ ξύλῳ δέρμα βοός, in aliis libris ſcribitur περιτεῖναι. lego, περιτείνας. cum extendiſſet circum vaccam ligneam corium bubulum. elegans verbum περιτείνειν. melius autem quadrat heic participium quàm verbum. Τροφὴ educatio eſt, non cibus, vt vertit interpres in iſtis, ἴσως δὲ καὶ ἡ τροφὴ αἰτία τοῖς Πέρσαις. deinde ſcribe, τῷ μέχρι πολλοῦ γε. non ὅ, & ἐρώμενον ac ἐρωμένης: non per α. In iis quæ de Nerone ſcribit Dio, fraudi illi fuit ſenilis memoria; aut erat vir optimus rerum Romanarum valde ignarus. nam quod ait Neronem Sporo nubentem εἶρξαι ἀναφανδὸν, hoc eſt, palàm nuntium remiſiſſe priori coniugi, ἐφ' ᾗ τὴν βασιλείαν εἰλήφει, de Octauia intelligit, filia Claudij: quam cum vxorem duxit Nero imperium accepit pro dote: quod & Burrus illi exprobrauit, cùm propter Sabinæ amorem Octauiam eiiceret. non igitur Octauiæ ſucceſſit Sporus, vt ſcribit Dio: ſed Sabinæ: cum multo antè prima Neronis vxor Octauia eiecta primò, deinde etiam occiſa fuiſſet. Falſum etiã eſt quod paullo poſt narratur de Neronis cæde: quaſi

Pag. 269.

Pag. 270.

An pertinuerit hoc ad ἀναρχίαν legitimam apud Perſas in interregno?

occaſionem ei Sporus præbuiſſet iniuriæ impatiens. quis hiſtoricorum hoc dixit? imò verò contrarium plane iidem affirmant: narrant enim Sporum adeo fidelem marito ſuo Neroni fuiſſe, vt è quatuor illum comitantibus (plures enim non erant) cum periit, vnus ipſe fuerit: ſed enim manifeſtò confunduntur à Dione duæ hiſtoriæ, cædis Neronis & cædis Domitiani. Quod enim ſcribit, tum mori coactum Neronem, poſtquam eius conſilia à Sporo fuiſſent detecta familiaribus ac domeſticis: quis non videt hallucinationem eſſe, cum ea tribuantur Sporo Neronis, quæ de Domitiani puero quodam garrulo, vt erant Alexandrini, hiſtorici narrant? qui conſilium tyranni illius de occidenda vxore Domitia atque aliis procerum multis, ipſi Domitiæ detexit, traditis illi pugillaribus vbi erant nomina omnium inſcripta interimendorum. Audiamus Dionem Caſſium in Domitiano: ἤκουσα δὲ ἔγωγε καὶ ἐκεῖνο· ὅτι πάντας ἅμα αὐτοὺς Δομετιανὸς ὑποπτεύσας ἀποκτεῖναι ἠθέλησε, καὶ σφῶν τὰ ὀνόματα ἐς σανίδιον φιλύρινον δίθυρον ἐσγράψας, ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον ἐν τῇ κλίνῃ ἐν ᾗ ἀνεπαύετο ὑπέθηκε· καὶ αὐτὸ παιδίον τι τῶν γυμνῶν τῶν ψιθύρων καθεύδοντος αὐτοῦ μεθ᾽ ἡμέραν, ἀφελόμενον εἶχεν, οὐκ εἰδὼς ὅ, τι φέρει. περιτυχοῦσα δὲ αὐτῷ ἡ Δομιτία, τά τε γεγραμμένα ἀνέγνω, καὶ ἐμήνυσε καὶ ἐκείνοις. κἀκ τούτου καὶ ἄλλως διανοούμενοι, συνετάχυναν τὴν ἐπιβουλήν. Fal-
Pag.371. litur interpres cum illa, πάντως γὰρ οὐ Ροδογούνη ἐλέγετο, accipit ἐρωτηματικῶς, neque obſeruat ſic digerenda eſſe hæc, vt à nobis factum. Vbi audiſſet qui cum Dione loquitur, muliebre nomen Sporo fuiſſe à Nerone impoſitum, cupide petiit illud ipſum nomen ſibi indicari. at Dio, vel quia non meminerat, vel quia curioſitatis vanæ amici nollet habere rationem, *quid hoc ad te?* inquit. *certe enim Rhodogune non fuit appellatus Sporus.* quod ita accipiendum: putas Neronem Sporo ſuo illuſtre aliquod ex antiqua hiſtoria nomen indidiſſe: cuiuſmodi eſt Rhodogune: ideo illud cupis cognoſcere. falleris verò: nam obſcurum & indigena nomen Sporo inditum. itaque nihil ad te: qui præſertim nomina recentia faſtidias, neque alia libenter audias, quàm quæ ex antiquitate ſint petita. de hoc veterum nominum ſtudio paullo poſt Dio acturus eſt: quæ ad horum verborum lucem ſunt adhibenda. Sporus dictus eſt Sabina nouo nomine, & Poppæa. Rhodogune nobilium fæminarum in Aſia frequens nomen apud Herodotum, Iuſtinum, Appianum, Polyænum, alios. διατέμνειν non eſt *caſtrare*: ſed ἁπλῶς de grauiſſimo ſupplicio vſurpatur: vt in euangelio D. Matthæi διχοτομεῖν: apud poëtam διαμηδεϊσὶ τέμνειν. Scribe, τὸν ἅπαντα χρόνον· ὅνγε καὶ ν. Neronem mortuum non ſemel, ſed ſæpius, ait, propter Pſeudonerones, de quibus ad Suetonium notabamus. Inepta poſſit videri
Pag. 372. eiuſdem vocis repetitio in iſtis, εἰδότες τὰ ἀρχαῖα τῶν βιβλίων σπουδαζόμενα, ὡς ἄμεινον γεγραμμένα, καὶ ἐν κρείττοσι βιβλίοις. eruditus interpres ἐν βιβλίοις interpretatur in chartis. qua notione βυβλίον ſcribi non βιβλίον ſanctio poſtulat grammaticorum. Scribe, τό γε χρῶμα, *colore ſaltem.* Etiam ibi aliquid deeſt: ὡς ἐγὼ οὐδένα πώποτε ἐξεπλάγην. ſcribe, πώποτε οὕτως ἐξεπλ. Ait, εἰ μὴ καὶ αὐτὸς ἀποβλέψειεν ἀπὸ τύχης: *niſi & ipſe forte conuerſum alio vultum habuerit.*

hoc ſignificat heic ἀποβλέπειν: quod verbum, vt omnia fere compoſita, pro loco variè accipi debet. Natura ita comparatum eſt, vt ſi quem vehementer venereris, aut mireris impenſius, ſiue propter excellentem formam, vt heic dicitur, ſiue ob aliam cauſſam, ei acrius te contuenti, quaſi ad fulgorē Solis vultum ſubmittas: hanc aſpectus infirmitatē, elegantiſſime comparat Dio cum luminis ſolaris repercuſſione, quando aquam in pelui ferit: quod ἀντιλάμπειν ipſe appellat. At τὸ κινούμενον καὶ περιτρέχον φῶς ἐν τοῖς τοίχοις, eſt quod philoſophi dicunt τὸ ἀνακεκλασμένον φῶς. illa, inquam, tremula, & vaga atque inſtabilis impreſſio, ex aquæ criſpatione procedens, quæ per laquearia & parietes cernitur volitare. Eadem comparatione vſus eſt Apollonius, ſed in alia re. libro enim tertio diuiſum in multas curas animum his verſibus expreſſit:

Πυκνὰ δέ οἱ κραδίη στηθέων ἔντοσθεν ἔθυεν,
Ηελίου ὡς τίς τε δόμοις ἐνιπάλλεται αἴγλη
Ὕδατος ἐξανιοῦσα, τὸ δὴ νέον ἠὲ λέβητι
Ἠέ που ἐν γαυλῷ κέχυται· ἡ δ' ἔνθα καὶ ἔνθα
Ὠκείῃ στροφάλιγγι τινάσσεται ἀΐσσουσα.

tam elegantem locum non ſiuit intactum diuinus Maro: cuius verſus plus quàm aureos de Ænea, magno curarum æſtu fluctuante, non poſſum quin aſcribam.

Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis
Sole repercuſſum, aut radiantis imagine Lunæ,
Omnia peruolitat latè loca, iámque ſub auras
Erigitur, ſummíque ferit laquearia tecti.

non ſine fructu & voluptate hæc conferas cum verbis Dionis. Ait, καὶ ποιεῖ δοκεῖν αἰδεῖσθαι τοὺς ἐρῶντας. Lego, ὁρῶντας. tum ex præcedentibus manifeſto: tum ex re ipſa. nam illa vultus demiſſio de qua loquitur, non amantium propria eſt, verum communis omnium, qui quidem canino vultu non ſint, vt ait Homerus. Ait, Ἀλλ' ἢ τῶν σπαρτῶν ἐστιν εἷς; immani errore interpres σπαρτῶν accepit pro Σπαρτιατῶν. nam Spartos poëtis celebratos intelligit, homines terra natos, (ideo ſequitur, τῆς γῆς τὰ τέκνα) è dentibus draconis Marte geniti, quem Cadmus occiderat. Lege poëtarum interpretes: omnia quidem ad vnguem conueniunt quæ hic de Spartis dicuntur, cum iis quæ apud fabularis hiſtoriæ auctores de iiſdem leguntur. Meminit Spartorum etiam alibi Dio, vt in XXIII. vbi ſatu Iaſonis non Cadmi ſcribit procreatos: aliter quàm Apollodorus, Hyginus atque alij. Scribo paullo poſt: ὅτι μὲν γὰρ τῶν Ἑλληνικῶν ἄκρως ἐστίν, οὐ δεῖ δή που ἀγνοῆσαι. appellat ἄκρως Ἑλληνικὸν, eum qui forma, vultu, cultúque nihil exoticum, nihil non Græcanicum referat. Mox commiſſa tranſpoſitio eſt in iſtis, ἢ οὐδένα οἴει γίγνεσθαι ἐν τοῖς Βαρβάροις καλόν. quæ verba ſua legitima ſede mota, in medium ſermonem Dionis ſunt inſerta, cum tamen Dionis non ſint, ſed illius qui cum ipſo loquitur.

Pag. 273.

Quare totum locum ita concipimus. τί γάρ; εἴη τις ἂν τοῦ γένους διαφορὰ πρός γε τὸ κάλλος; ἢ οὐδένα οἴει γίγνεσθαι ἐν τοῖς Βαρβάροις καλόν; Ἀλλ' οὐκ οἴει τὸ μέν τοι Βαρβαρικὸν εἶναι, ὥσπερ εἶδος, καὶ κάλλος· τὸ δὲ Ἑλληνικὸν, ὥσπερ καὶ φωνὴν καὶ ἐσθῆτα; Porrò & hæc & ſequentia quantum perſonarum diſtinctione illuſtrentur, nemo ambiget qui ad lectionem cerebri ſanus ac-
Pag.274. ceſſerit. Sequitur, οὕτω πως λέγεται. malim, οὐχ οὕτω πως λέγεται; Corrupta & hæc eſſe nemo non videt: πλὴν ὅτι γε οὐδὲ κἂν εἴποι, τοῖσδε ὁμοίως αἰνεῖναι καλούς. nullum heic locum τὸ αἰνεῖναι poteſt habere, interpres αἰνεῖν: quem non audio. Cenſeo ſcribendum: πλὴν ὅτι γε οὐδεὶς ἂν εἴποι τοῖσδε ὁμοίως ἂν εἶναι καλούς. Poſterius tamen, ἂν παρέλκει. plana ſententia ex ſuperioribus. In fine pro Μινύαν, qui mihi incognitus eſt, ſcribendúmne ſit Μίνωα, lectoris eruditi arbitrium facio.

XXIII. Argumentum τοῦ περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης. quædam in eo notata.

QVÆ ſit adfinitas inter philoſophiam, & germanam rhetoricen explicatur hac diſſertatiuncula: etſi aliud vide-
Pag.275. tur titulus promittere. Ait inter cætera: οἱ φιλόσοφοι δὲ πόρρωθεν τὰ πράγματα ὁρῶσιν, ἐπ' αὐτὸν ἐξετάζοντες, ὁποῖα ἄττα ἐστί. Scribendum, ἐπ' αὐτῶν: hoc eſt, in abſtracto, non in concreto, ſicut loquuntur in ſcholis. Ait, ὥσπερ ἐπὶ τρυτάνης, ἔφη τις, οἶμαι, τῶν ῥητόρων αὐτῶν ἐπὶ τὸ λῆμμα ἀεὶ ῥέποντες. orator quem ait, eſt Demoſthenes: cuius verba ſunt ſub finem orationis Pro corona: οὐδ' ὅσα συμβεβούλευκα πώποτε τουτοισὶ ὁμοίως ὑμῖν, ὥσπερ ἂν εἰ ἐν τρυτάνῃ ῥέπων ἐπὶ τὸ λῆμμα συμβεβούλευκα.

XXIV. Corriguntur nonnulla in commentariolo, Ὅτι εὐδαίμων ὁ σοφός.

Pag.276. DIONIS verba: εἰ γὰρ ἅπαξ ἔδει κλαίειν τοὺς ἀνθρώπους διὰ τὴν ἀτυχίαν, καὶ γινομένους παρεστήκει θρηνεῖν, τῶν ἐσομένων αὐτοῖς κακῶν ἕνεκεν· καὶ τελευτήσαντας, ὅτι πολλὰ καὶ δεινὰ πεπόνθασι· καὶ πάντας, ὅτι εἰσὶν ἐν κακοῖς. Triplicem ſtatuit hominum conditionem: naſcentium, defunctorum; & vitam agentium. quod ſi propter humanæ ſortis infelicitatem lamentari homines oportet: omnes, ait ille, lacrymis digni: naſcentes propter futura mala: mortui, propter præterita: in vita poſiti, propter inſtantes calamitates, quibus vndique obſidentur. cum hoc velit Dio, videndum eſt, quàm bene ſcriptum ſit, καὶ πάντας. poſtulat enim ſententia, καὶ ζῶντας. quod vel ea ratione poteſt probari, quòd aduerſatur vulgata lectio ei quod modò dixit, mortuos miſeros eſſe, propter mala quæ olim tulerint: non autem quæ iam ferant. nullum enim

ponere ſe in morte ſenſum iis verbis ſignificabat. quare falſum fuerit mortuos, εἶναι ἐν κακοῖς. falsò igitur dixerit πάντας. Scribe, τοῦ γε ἀθλίου· non δέ. in vocula γε poſita totius ſententiæ vis. Corrige mox corruptam & lectionem, & perſonarum diſtinctionem in iſtis. δαίμονα δὲ ἄλλως ἀγαθὸν λέγεις; πῶς γε; ὥσπερ ἄνθρωπον· ἔτι δὲ μᾶλλον θεὸν ἢ τοὺς θεοὺς, εἴπερ ν. Scribendum, Δαίμονα δὲ ἄλλως ἀγαθὸν λέγεις; Ἔγωγε, ὥσπερ ἄνθρωπον· ἔτι δὲ μᾶλλον θεόν. Η τοὺς θεοὺς εἴπερ νομίζεις ἀγαθοὺς εἶναι, οὐ δικαίους νομίζεις, καὶ φρ. &c. vel, Πῶς γὰρ οὐκ; ὥσπερ ἄν. Putáſne, ait, dæmonem aliter & per ſe conſideratum, (non quomodo dicimus hominem εὐδαίμονα, vel κακοδαίμονα.) bonum eſſe aliquem? Sanè: ſicut & hominem eſſe arbitror quendam bonum: ſed dæmonem tanto magis, quia ſit deus. Deeſſe aliquid in iſtis rectè obſeruatum eſt: τοὺς δὲ πειθομένους ἀνάγκη καλῶς ἀπαλλάττειν, καὶ τί ἂν γίνεσθαι * οὐκ ἂν θαυμάζειν οὕτως ἔχειν. ſed hoc amplius notabis perſonarum confuſionem: quam non animaduertit interpres.

Pag. 277. Pag. 279.

XXV. Titulus & argumentum ſermonis XXVI. Mos Diogenis cynici & aliorum philoſophorum. quædam emendantur.

QVI in noſtris libris XXVI. λόγος numeratur, Photio eſt LXXVII. Eius titulum agnoſcit ille Patriarcha eundem qui eſt hodiéque: διατριβὴ περὶ τῶν ἐν συμποσίῳ. ſcopum tamen auctoris ex illis verbis non capias. melius igitur ſic inſcribas ex ipſo Dione, qui theſim huius diſſertationis ſtatim initio proponit: Οτι οἱ ἄνθρωποι γίνονται καταφανεῖς ὁποίαν ἔχουσι διάνοιαν ἕκαστος ἐν ταῖς πανηγύρεσιν, οὐχ ἧττον, ἢ ἐν τοῖς συμποσίοις. Moris fuit antiquis Philoſophis illis, qui in corripiendis publicis moribus operam ſuam occupabant, celeberrimos quoſque hominum conuentus adire, & grauium ſermonum occaſionem ex iis quæ agerentur captare. ad panegyres igitur illas Græcorum nobiliſſimas itabant: perſuaſi vt heic ait Dio, ſicut in conuiuiis ingenia ſua & ſtudia produnt homines: ita etiam, ac multo quidem magis, in huiuſmodi conuentibus palàm ipſos facere, quomodo erga virtutem aut vitium eſſent affecti. Idcirco ſcribebat Dio Iſthmici initio, Diogenem cynicum ad ludicrum Iſthmium ventitaſſe: non eo animo, quo ſoliti ſunt cæteri: ſed ἐπισκοποῦντα τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὴν ἄνοιαν (non male ſcribas διάνοιαν, ex huius principio, vbi in eadem ſententia eam vocem poſuit.) αὐτῶν· ἤδη γὰρ ὅτι φανερώτατοί εἰσιν ἐν ταῖς ἑορταῖς καὶ ταῖς πανηγύρεσιν. Cynicum Diogenem imitati ſunt cum alij ſapientiæ profeſſores: tum etiam Dio noſter: cuius λόγοι nonnulli, aliud nihil ſunt, niſi ſermones ab ipſo habiti cum ad ludos, eo quem diximus fine, veniſſet. Eius generis diſſertationes aliquot Dionis, vt hæc, & ſequentes duæ, atque aliæ. Lege heic, οὗτοι μὲν οὖν σχεδὸν τι μαινόμενοι, πολλὰ κακὰ δρῶσιν. non, πολλὰ καὶ δρῶσιν. Pag. 286.
ſic ſtatim, κακὰ ἐργάσασθαι. Ait, οὐκ ἀπὸ τῆς ταραχῆς καὶ τοῦ πλήθους τῶν ἄλλων, Pag. 287.

ἡσυχίαν ἄγει. non diſpliceat ἀπὸ τῆς τ. immunis eſt à cæterorum perturbatione, nec turbæ eorum ſe immiſcet. ὑπὸ tamen non damno. Scribe mox, ὅσῳ χρήματα ἐκδανείζοντα πολλά. qui magnam pecuniæ vim in fœnore
Pag.288. poſitam habeat. Sub finem, περίεργον δὲ οὐ. οὕτως ἄρα καὶ περὶ τὸ σῶμα ἔχουσιν οἱ ἀνόητοι. Peſſimo verò flagitio hæc ita ſcribuntur, ὡς ὅσῳ τε ἀκολάστως καὶ ἀδεῶς χρῶνται, θεραπεύειν σφᾶς κελεύουσιν. tota periodus tranſpoſitione & omiſſione corrupta eſt: quam legitimo ordini hoc modo reſtitues, atque explebis. τὸν μὲν ἄλλον χρόνον οὐδὲν αὐτοῖς μέλει ὅπως δύνωνται ὑγιαίνειν· ἀλλὰ σιτίοις τε καὶ οἴνῳ καὶ ἀφροδισίοις, ὡς ὅσῳ τε ἀκολάστως καὶ ἀδεῶς χρῆσθαι· ἐὰν δὴ ἄρα τις καταλαμβάνῃ κόπος, ἢ περὶ τὰς τοῦ ἀέρος μεταβολὰς ἀηδῶς ἔχωσιν, ἰατρῷ χρῶνται, καὶ θεραπεύειν σφ. κτλ. quæ deſiderantur poſſunt & aliter ſuppleri: quod lectoris arbitrio relinquimus. ſententia quidem ea ſit oportet quam exhibet noſtra emendatio: à qua non longe abit interpres: cuius iudicium neutiquam aſpernandum.

XXVI. Melancomas pugil: & certamina illius. Iatrocles eius antagoniſta. νικᾷν τὸν ἀνταγωνιστὴν τὸν ἀγῶνα. Σεβαστὰ *Neapolitanorum.* λείπεσθαι, ἄληπτος, ἀπαρέξωστος, *verba artis athleticæ. quædam corriguntur.*

MELANCOMAS quidam fuit pugil nobiliſſimus, Tito imperatori vnicè dilectus. Huius vincendi ratio erat digna admiratione, non minus quam rara & ſingularis. cum enim pugilatus ſit τῶν βαρέων ἀγώνων, & ceſtibus contundi ſolerent victi à victoribus, donec cogerentur amiſſis ſæpe auribus, & facie miſerè lacerata, ἀπειπεῖν, ac victos ſeſe fateri: Melancomas contra, non cædendo, ſed manus ſuſtinendo in altum ſublatas, quaſi ictum meditaretur, antagoniſtis exprimebat ἥττης confeſſionem. Themiſtius Euphrades oratione X. ἦν τις ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων πύκτης ἀνήρ, Μελαγκόμας ὄνομα αὐτῷ, κάλλιστός τε καὶ μέγιστος, καὶ τὴν τέχνην εὐδοκιμώτατος, οὗ καὶ τὸν Τίτον φασὶν ἐραστὴν γενέσθαι τὸν αὐτοκράτορα. οὐδένα πώποτε τρώσας, οὐδὲ πατάξας, μόνῃ τῇ στάσει, καὶ τῇ τῶν χειρῶν ἀνατάσει πάντας ἀπέκναιε τοὺς ἀντιπάλους. ἀπῄεσαν οὖν τῇ μὲν φύσει χαίροντες, τῆς δὲ προθυμίας ἡττημένοι. hic eſt Melancomas de quo ſcripti ſunt Dioni duo libelli, XXVIII. & qui eum ſequitur. Facit Dio mentionem Iatroclis antagoniſtæ Melancomæ: animis quidem illi paris: cæterùm viribus & arte longè inferioris. itaque victum hunc ait à Melancoma, eo quem diximus artificio, tum aliàs, tum in Neapolitano certamine quodam. Auctoris mens iſta: ſed verba obſcuriora, nec erudito interpreti intellecta. ὅτε, ait, Ἰατροκλῆς ὁ τοῦ Μελαγκόμα ἀνταγωνιστὴς καὶ μόνος ἐκείνῳ οὐκ ἀξιῶν παραχωρεῖν, ὃ γοῦν ἐφ' ἑαυτοῦ· οὐδὲν μέν τοι πλέον ἐποίει· ἡττᾶτο γὰρ ἀεί ἐνίοτε δι' ὅλης ἡμέρας ἀγωνισάμενος· ἤδη μέν τοι ἀπειρηκὼς ὥστε τὸν τελευταῖον τοῦτον ἀγῶνα τὸν ἐν τῇ Νεαπόλει, οὐδένα ταχύτερον τούτου ἐνίκησεν. fortaſſe aliquid deeſt, quod ſine exemplaribus integrioribus diuinare non poſ-

ſumus, minima tamen mutatione ſententiam effeceris non incommodam, ſi ſcribas: ἤδη μὲν τοι ἀπειρήκει· ὥστε καὶ τὸν τελευταῖον τ. α. totam periodum ita verte: *hic eſt Iatrocles Melancomæ antagoniſta: & qui ſolus ei cedere, quantum quidem in ipſo eſſet, indignum ſe iudicabat. cæterùm nihil illum hoc iuuabat: ſemper enim vincebatur: & quidem aliquando poſt integri diei certamen. ſed iam cœperat Iatrocles inferiorem ſe fateri: itaque in nouiſſimo agone Neapolitano neminem facilius quàm iſtum vicit Melancomas.* etiam vt non addas illud καὶ ſententia manebit: erítque locutio elegans. νικᾷν τὸν ἀνταγωνιστὴν τὸν ἀγῶνα, ita dictum, vt νικᾷν Ὀλύμπια τὸν δεῖνα. agon Neapolitanus de quo loquitur, is eſt, opinor, quem Auguſtalia vocabant, Græca inſcriptio vetus, ΣΕΒΑΣΤΑ. de quibus conſule librum V. Ioſephi Scaligeri De emendatione temporum. Cum ait Dio Iatroclem cum Melancomæ totos aliquando dies certaſſe: caue putes pugilatum inter eos commiſſum, niſi quomodo antè dicebamus ex Themiſtio: nam & Dio ipſe paullò poſt itémque in ſequenti oratione, idem narrat ſine vlla varietate. Scribe, τόδε εἶναι γενναῖον. Tolle etiam pluſquàm ridiculum mendum quod hunc locum obſidet: τοί γὰρ τοι, εἰπεῖν, ἀφ' οὗπερ ἤρξατο ἀγωνίζεσθαι Πυθοῖ, πρῶτος μὲν ὧν ἴσμεν ἀνίππως διεγένετο, πλείστους καὶ μεγίστους στεφάνους ἀνελόμενος, καὶ ἀνταγωνισταῖς οὔτε φαύλοις, οὔτε ὀλίγοις χρησάμενος. cucurbitæ non hominis caput habuit, qui primus vocem ἀνίππως in hanc periodum intulit. quid enim pugilibus certantibus commune cum equo? Omnino ſcribendum ἀνήττητος: quod erudito interpreti non ſuboluiſſe miror. vel antecedentia lege, vel ſequentia: cogeris fateri ſic corrigendum: aut certe quod idem eſt, ἄλειπτος. Voce ἀνήττητος vtitur Dio non longè poſt: at voce ἄλειπτος ſtatim: ſcribens, Melancomam patrem, etſi athletam nobilem, ab hoc tamen filio ſuo victum: οὐ γὰρ, ait, ἐκεῖνος ἄλειπτος. hoc eſt, *nam pater non manſit inuictus.* Non ferendus error interpretis, qui legens ἄληπτος falſam Dioni ſententiam affixit. Notiſſimum athleticæ rei verbum eſt λείπεσθαι pro vinci, & inferiorem eſſe in certamine. inde ἄλειπτος, qui antagoniſtæ ſuccubuit nunquam. Lapis Romæ Demetrio pancratiaſtæ poſitus. Pag. 290.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ. ΕΡΜΟΠΟΛΕΙΤΗΝ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ. ΠΑΝΚΡΑΤΙΑCΤΗΝ. ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗΝ
ΠΑΛΑΙCΤΗΝ. ΠΑΡΑΔΟΞΟΝ. ΑΛΕΙΠΤΟΝ

& paullo poſt in eadem inſcriptione:

ΠΑΝΚΡΑΤΙΑCΤΗC. ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗC
ΑΛΕΙΠΤΟC. ΑCΙΝΕΞΩCΤΟΣ

Vbi notabis & aliud verbum athleticum ἀσινέξωστος: *qui loco moueri ab antagoniſta non potuit.* Ita igitur accipies τὸ ἄλειπτος hoc loco. at verbum λείπεσθαι ſæpius corruptum offendes in hoc libello: vt cum ait, δεῖ γὰρ πρῶτον τούτοις ἀνήττητον εἶναι τὸν μέλλοντα ὑπὸ μηδενὸς τῶν ἀνταγωνιστῶν ληφθήσεσθαι. ſcribe, λειφθήσεσθαι. deinde vbi diſputat magnum argumentum amoris Dei in Melancomam, quod iuuenis obierit ἀνήττητος: quia longa ætas hanc ei laudem potuerit adimere, legendum eſt, ἴσως δὲ καὶ λειφθῆναι που. Cum dixiſſet is qui Melancomæ obitum deflebat, illum eò lacrymis digniorem, Pag. 291.

quod prius diem ſuum obiiſſet, quàm vllam in hac vita voluptatem deguſtaſſet: confutans iſta ſcribit Dio: ἡδονὰς δὲ τὶς μείζονας ἢ ἑαυτ' ὅςτις φιλοτιμότατος ὢν, ἀεὶ ἐνίκα, καὶ θαυμαζόμενος ᾐσθάνετο; mendum paret: legendum autem, ἡδονὰς δὲ τὶς μείζονας ἥσθετο; ὅςτις φ. &c. Ait, ἔτι δὲ καὶ ἄλλοις ὀνομάζοντος ἐμοῦ. ſignificat ſe in medio ſermone derelictum à pædotriba ſiue alipta quem alloquebatur. ὀνομάζοντος igitur poſuit pro ὀνομάσοντος, vel μέλλοντος ὀνομάζειν.

XXVII. Percurritur funebris in Melancomam oratio. Vulgi error tempori cauſſam adſcribentis eorum, quæ fiunt in tempore. pugilatus difficile certamen. ἔργον *pro* ἀγών. *Iaſon & Iaſion.*

ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ hic λόγος à Dione ſcriptus eſt athlothetæ illius in gratiam, qui pro ratione ſui muneris, mortuum Melancomam laudauit. non multa heic ſunt, quæ nos alio properantes morentur: nonnulla
Pag.293. tamen: vt, οὐδ' εἰ πάνυ μακροῦ γήρως ἔτυχεν. non agnoſco hunc Helleniſmum: nam vel πάνυ τοι μᾶλλον μακροῦ ſcribendum, vel πάμπαν μ. Pulchritudinem laudans, hoc illi eſſe proprium ait; vt nullius commendatione egeat, ne opere quidem vllo, ex quo agnoſcatur. apparere enim ſimul cum eo qui ſit illa
Pag.294. præditus: addit, εἴποι δ' ἂν τις ὅτι καὶ πρότερον, ὅμως ὀξῆσαι αἴσθησιν αὐτοῦ περιέχει. nihil iſta ſignificant. Lege, εἴποι δ' αὖ τις, ὅτι καὶ πρότερον· οὕτως ὀξεῖαν αἴσθησιν αὐτοῦ περιέχει. non ſolum ἅμα τῷ ἔχοντι φαίνεται τὸ κάλλος: ſed ipſum etiam præcedit: famâ nempe: quæ multitudinem cogere ſolet ad ſpectaculum raræ formæ. Vbi fortunam Melancomæ laudat, quod inuicto ei contigiſſet mori, ſcribit: οὐδὲ γὰρ ὅτι ταχέως ἐτελεύτησε, διὰ τοῦτο φαίη τις ἂν αὐτὸν διαφυγέσθαι. nemo non videt amiſſam dictionem vnam, ac ſcribendum, αὐτὸν ἀήττητον διαφυγέσθαι. corrupta etiam neque interpreti intellecta, acuta ratio qua probat Dio, nihil fuiſſe periculi ne lõgior vita nomen & gloriam inuicti athletæ, Melancomæ inuideret. ἐν τῇ πείρᾳ, inquit, τοῦ σφάλλεσθαι, οὐκ ἐν τῷ μήκει τοῦ χρόνου. nullum heic acumen: imo ſententia nulla. Scribe, τὸ σφάλλεσθαι. longitudo temporis non eſt cauſſa τοῦ σφάλλεσθαι, & cur aliquis vincatur: ſed experimenta ipſa, & certamina. cum igitur Melancomas in modica vita antagoniſtas omnis generis, eóſque validiſſimos expertus ſit, ac vicerit: nihil ei metuendum fuit à longiore vita. Dicuntur hæc aduerſus vulgi errorem, quo tempori attribuitur cauſſa eorum quæ fiunt in tempore. Philoſophi dictum eſt in IV. Phyſicorum, εἰώθαμεν λέγειν, ὡς ὁ χρόνος πάντα κατατήκει. & multa id genus apud ſcriptores ex perſuaſione vulgi. atqui nihil agunt quantitates: tempus autem quid aliud niſi quantitas quædam & menſura motus? Nõ præſtabo carere grauiore menda, verba quę iam ſubiiciam: diſtincta eſſe perperam, hoc liquet.
Pag.296. ſententia parebit, ſi ea ſic emendes: ὅσα δ' αὖ περὶ ἀθλήσεως, καὶ περὶ

ἀθλητῶν εἴρηκα· καὶ ἀποδεδειχθέντος γε ὅτι ἀρίστη ἐστὶ τῶν ἐν τῷ ἔργῳ· ἴσως δὴ κἀμοὶ καὶ τοῖς παροῦσι προσήκων ὁ λόγος, ὥστε τοῦτον ἄριστον ἀποφαίνειν. Quia probauit ſuperius pugilatum eſſe grauiſſimum & laborioſiſſimum, ac proinde præſtantiſſimum omnium certaminum: nunc ait, quæ dixit de genere certaminis quo vſus Melancomas, eadem dicta videri debere de ipſo eius ἀθλήσεως athleta: cum igitur demonſtratum ſit, pugilatum anteire cætera omnia certamina: neque ipſi neque auditoribus dubitandum eſſe, quin omnes athletas ſuperauerit Melancomas. τὰ ἐν τῷ ἔργῳ, ſi ita ſcripſit auctor, appellat, diuerſas certandi ſpecies quibus vterentur athletæ. Ait, καί τι αὐτῷ τούτῳ παραγενέσθαι χαλεπώτατον, τὴν ἀνδρείαν καὶ σωφροσύνην. planior ſcriptura erit, καί τι τῷ αὐτῷ ταῦτα παραγενέσθαι χ. Iaſonem referri inter eos Pag. 297. qui forma inſignes fuerint, non mirarer; qui meminerim quantopere eius pulchritudinem laudet Medea apud Apollonium: miror tamen ideo, quia ſcribit Dio, iſtos quorum nomina poſuit, nulla alia re niſi formæ laude in notitiam hominum perueniſſe. quis dubitat falſiſſimum hoc eſſe in Iaſone? Ἰασίωνος igitur ſcribo, non Ἰάσονος. vt Ganymedes Iouis, Adonis Veneris amore clari ſunt: ita Iaſion Cereris.

XXVIII. Emendantur aliquot in Charidemo loca.

MENDOSA ſunt initio Charidemi iſta, κἀμοῦ φήσαντος, τούτοιν ἐδήλου τὸν νεώτερον δὴ λέγων, ἐν Μεσσήνῃ ἔτι εἶναι, μετ' οὗ διὰ πένθος τἀδελφοῦ, videtur legendum, τούτοιν ἐδήλου τὸν ἕτερον (τὸν νεώτερον δὴ λέγων) ἐν Μεσσήνῃ ἔτι εἶναι, μεγάλου διὰ πένθος τἀδελφοῦ. Omitto leuia multa, quæ fere interpretem non fugerunt: vt ἀχθομένῳ, non ἀχθομένῳ. & οὔτοι ταῦτα. non οὗτοι. item, ἐν φρουρᾷ δὴ ὄντες, Pag. 299. non δεῖ. & ſimilia his alia. illud grauius, quod reſpondetur à patre Charidemi interrogato, ecquid moriens filius mandata quædam dediſſet ſuis, aut omnino dixiſſet aliquid: πολλά, inquit, καὶ δαιμόνια, ὥστε ἐμοὶ δοκεῖν πάντελόν τι. ego vocem πάντελον hoc loco poſſe ferri non puto. Lego igitur, ὥστε ἐμοὶ δοκεῖν τεράστιόν τι. imò ait, multa dixit moribundus filius: & illa quidem diuina: vt videretur mihi res prodigio ſimilis. poſtea ait ſe veritum ne filius ob imminentem mortem à ſe exiiſſet, & mentis ſuæ non eſſet. loqui enim, ὥσπερ ἐνθουσιῶντα. Scribe & reſtitue quæ operis exciderunt: δηλοῦσθαι δὲ τὴν διαφθορὰν, ἐκ τῆς τῶν σωμάτων ἀσθενείας· ἔτι δὲ μηδὲ ἐξ ἑτοίμου πορίζεσθαι, μηδὲ πᾶσιν ἄφθονα ὑπάρχειν. Deeſt aliquid & in iſtis: καὶ ταῦτα μὲν Pag. 301. Pag. 302. ἔνδον ἐγκεῖσθαι τὰ κακὰ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς, ἑτέρας δὲ ἔξωθεν κολάσεις, εἴ τις αὐτὰς παραβαίνοι ταῖς ἐκ τῆς φύσεως. lego cum interprete, κολάσεις· ἐλαφροτέρας μέν τι, εἴ τις αὐτὰς παρ. Scribe, καὶ γραφαῖς τὴν ὀροφὴν καὶ τείχη καὶ θύρας εἰργασμένοις. referendum enim ad vocem οἴκοις. Male interpres τοιοῦτον legit pro τοσοῦτον in iſtis: Pag. 306. τὸν μέν τοι τόπον τοσοῦτον ὂν ἔχειν δοκοῦμεν, γεωργίαις τε καὶ θήραις καὶ φυτείαις εἶναι τοσοῦτον, ὅσον τοῖς κατακειμένοις τὸ ἐπορέξασθαί τινος καὶ τῇ χειρὶ λαβεῖν. longe enim aliud vult Dio, quàm illi ſit viſum. ſenſus eſt: in hoc conuiuio quod vniuerſo

generi hominum à Deo eſt apparatum, tantum cuique conuiuarum loci ad ſedem ſuam eſſe attributum, quàm longum eſt ſpatium quo porrecta eius manus ad capiendum aliquid poteſt peruenire. Qui totam εἰκόνα perpenderit quæ heic proponitur, facile intelliget de modo parandarum opum accipi iſta debere: hoc igitur ſignificat: tantum bonorum expeti debere, quantum ad vſum ſit ſatis. Poſtea ſcribe, ὁ δὲ ἔφη ἄλλοι ἀλλαχῆ καταχεῖσθαι τούτου. reſpicit verba quæ non multo antè ſunt poſita. Scribe etiam, πρὸς αὐτοὺς συνάγειν καὶ φορβεῖν ὅσ' ἂν δύνωνται.

XXIX. Ad Rhodiacam notæ. Argumentum huius orationis, & præſtantia. Mos transferendi ſtatuas ad aliorum honorem. πόθεν; *pro* nullo modo. στῆλαι ἀντίγραφοι: ἐπίγραμμα. ὁ θᾶττον φίλος. πάχιον. ἀποδίδοσθαι. πρὸς τοῦ Διός initio periodi. ἔρχεσθαι ἐπί τινα, prouocare ad aliquem. μὴ *geminatum. de euictione rei emptæ elegans locus.* κτῆμα. καταθεῖναι. *Criticæ neceßitas.* δὲ δή. προσέμενος. *Nouæ tabulæ conceſſæ poſt bella ciuilia, omnibus extra Vrbem.* διατετραπῆναι. οἱ καταπλέοντες. ὅπου μὲν, ὅπου δέ. πλέον οὐδὲν εἴη. *Currus donarium apud Rhodios, & quid illud fuerit.* ἅρμα. *Lex Draconis de inanimatis quæ cædis cauſſam præbuiſſent.* κρίνειν. διαπέμπειν. τιμᾶσθαι. *Seruorum venditio* ἐπ' ἐξαγωγῇ. *Mos, vt Imperatores ad ſacra certamina euntibus commendatitias darent: quæ ante certamen peractum non aperiebantur.* ποιεῖν ὅ, τι οὖν. πιπλούμενοι. βραχιόνια, & περιβραχιόνια, βραχιάλια. περιδήματα. λόγοι. τὸ παρὰ μικρόν· εἶτα. *Crato Neronis miniſter.* τὸν ἥλιον φέρειν· εἰσεῖναι τὸν Ὀρέστην. *Rhodiorum* ὠνησμία *in publico. mendæ plurimæ corriguntur.*

RECTE patriarcha Photius iudicauit, omnium Dionis orationum accuratiſſimam eſſe iſtam: & ex qua perſpici poſſet facillime proprius dicendi character illius. Operæpretium ſane fecerint tirones, ſi diligenter attenderint qua ſubtilitate, & argumentorum copia materiam non vulgarem tractauerit. Lyſiam autem ferę imitatur Dio, potius quàm Demoſthenem: probationi rei qua de agitur, magis intentus, quàm de exquiſitorum verborum electione, aut aliis ornamentis orationis ſollicitus. Tam prolixa oratione hoc vnum agit: vt Rhodiorum ſenatui ac populo morem diſſuadeat, qui apud illos obtinuerat: ſtatuas veteres transferēdi ad aliorum honorem titulis mutatis, ſurdo figurarum diſcrimine. Non apud Rhodios ſolùm hæc conſuetudo inualuerat: verum etiam apud Græcos alios, & Romanos quoque: vt ad librum tertium Tranquilli, pluribus expoſitum eſt à nobis, capite LVIII. ſed nullus fuit populus qui rem riſu dignam adeo vſu frequentarit atq; iſte: cuius gloriæ cum faueret Dio, quod etiam ex ea quā Alexandriæ habuit, facile intelligitur, ob tam abſurdum inſtitutū acerrime eum obiurgauit. Sed ad penſum noſtrum accedamus: multa enim in
Pag.310. hoc libro mendarum ſeges. Δῆλον γὰρ ὡς εἰ μὴ πάνυ τις ὑμᾶς ἀγαπᾷ, τοῖς γε ἄλλοις οὐδὲν μέλει δή που, τῶν ὑμῖν τινα φερόντων αἰσχύνην ἢ βλάβην. Interpres an

aliud

aliud legerit neſcio: perperam enim accipit: nam ita oportuit: *Manifeſtum enim eſt, niſi quis vehementer vos amauerit, cæteros certè nihil ea curaturos eſſe quæ dedecus aliquod vobis aut damnum conciliant.* εἰκὸς γὰρ ἦν καὶ καθ' αὐτοὺς ὑμᾶς τὸ δέον, σκοποῦντάς γε ἅπαξ. Etiam hoc loco deſideratur verbum, quod totius ſententiæ eſt fundamentum. Lego, τὸ δέον, σκοποῦντάς γε ἅπαξ, νοῆσαι, vel εὑρῆσαι. *probabile eſt, vos, quid ſit honeſtum, per vos ipſos (ſi quidem de eo ſemel deliberare ceperitis) eſſe cognituros.* μάλιστα δ' ἂν φαίην ἔγωγε, τοῖς καλλίστοις καὶ σεμνοτάτοις οἰκεῖον εἶναι χρῆσθαι προσέχοντας. nihil vitij: ſed non bene ceperunt. *Ego autem dicere non dubitem, ea maximè quæ honeſtiſsima ſunt & grauiſsima, circumſpectè eſſe gerenda:* eandem ſententiam poſt aliquot paginas fuſius tractatam inuenies. ἃ δὴ μέγιστα ἡγεῖσθε τῶν λοιπῶν, οὐδὲν ἐστὶ κ. lege & diſtingue, ἃ δὲ μέγιστα ἡγεῖσθε, τῶν λοιπῶν οὐδὲν ἐστὶ κ. hoc melius quàm vt interpres ἡγεῖσθε. Pag.312.

οὐκ ἀρχῆθεν ὑμῶν οὕτω τῶν πραγμάτων χρωμένων, πόθεν. Scribe, χρωμένων. πόθεν; non ſemel hæc vox ita poſita à Dione. πόθεν cum interrogatione valet minimè gentium. Plinius in Epiſtolis Græcos imitatus dixit, *vnde enim?* Plutarchus in Ἐρωτικῷ, de Solone: κελεῦσαι μὴ ἔλαττον ἢ τρὶς κατὰ μῆνα τῇ γαμετῇ πλησιάζειν οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα· πόθεν; & Dionyſius Halicarnaſſeus & alij ſæpe. idem mendum cum in hac oratione notabimus inferius, non ſemel: tum in aliis ſæpiſſime. τί δ' οὐχὶ ταὐτὸ ἱερεῖον ἅπασιν ἐν κύκλῳ τοῖς ἀγάλμασι περιπροσάγοντας, τῶν Δ. Legendum τοῖς τὸ αὐτὸ ἱερεῖον ἀπ. etiam malim, πέριξ προσάγοντας. Pag.313.

παραβαίνειν δὲ ὅμως ἐστὶν ἕκαστα πρὸς τούτους, ὅταν τις αὐτοῖς μὴ ὑγιῶς προσφέρηται. Mendo graui laborat hic locus. quid enim eſt, ἕκαστα πρὸς τούτους? ſaltem Græcè loquerentur iſti Barbari Potitij, qui hæc ita corruperunt. Legendum, παραβαίνειν δ' ὅμως ἐστὶ δίκαια τὰ πρὸς τούτους, ὅτ. certiſſima emendatio. τοῖς δὲ αἰτίοις δόξασι τὴν αὐτὴν, ὃ φασιν ὄντως, διδούς. Millies probauimus omiſſione vocum ſimilium quæ repetendæ erant, paſſim deprauatos eſſe optimos ſcriptores. exempla multa vel in vnica oratione iſta. Eiuſmodi eſt quod heic accidit: nam Dio ſcripſerat procul dubio: ὃ φησι δεδωκέναι, οὐκ ὄντως διδούς. qui facit quod Rhodienſes faciebant, & veterum ſtatuarum titulos trāsformat in honorem aliorum, dupliciter iura humanæ ſocietatis violat: primum quidem adimens veteribus quod ipſis datum fuerat: deinde autem eos qui pari honore digni viſi fuerint, ſimulato munere donans: quod enim videtur dare, ſtatuam nempe, id re vera non dat: cum nulla paretur eius cauſſa noua ſtatua. εἰς πολλοστὸν ἡγεῖσθε μέρος ἂν γεγονέναι τῶν θ. Scribe, εἰ πολλοστὸν ἡγεῖσθε μ. & ſtatim, τῶν πόνους μεγάλους ποιησαμένων. & mox, ἀπόλωνται οὐχ ἧττον καλῶς ἀνείλεσθε. nempe τοὺς πολέμους. Pag.315.

ἡ γὰρ στολὴ καὶ τὸ ἐπίγραμμα, καὶ τὸ χαλκοῦν ἑστάναι, μέγα δοκεῖ τοῖς γενναίοις ἀνδράσι. Nemo dubitat ἐπίγραμμα eſſe titulum ſtatuæ qui continet honorem defuncti. quam igitur inepta vox στολὴ iſto loco? Sed ſcripſerat Dio ἡ γὰρ στήλη καὶ τὸ ἐπιγρ. quoties iunctim poſita leguntur apud Pauſaniam & reliquos hiſtoricos στήλη & ἐπιγραφὴ ſiue ἐπίγραμμα? vnicum afferemus locum ex oratione Periclis apud Thucydidem: ἀνδρῶν ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος, καὶ οὐ στηλῶν μόνον ἐν τῇ οἰκείᾳ σημαίνει ἐπιγραφή, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ μὴ προσηκούσῃ ἄγραφος μνήμη παρ' ἑκάστῳ Pag.316.

τῆς γνώμης μᾶλλον ἢ τῷ ἔργῳ ἐνδιατρίβουσι. eandem vocem στήλη leges etiam inferius in hac oratione. Demoſthenes in ea contra Leptinem στήλας αἱ
Pag.317. ἐγγράφοις appellat. Scribe, ἔτι δὲ θεασομένων. non θεασάμενοι. &, ἃ πᾶσι τοῖς ἀ-
γίστοις ἀνάγκη προσήκειν. item, τοσούτῳ δὲ τοῦτο ἐκείνου κάκιον, ὅσῳ τὸ αὐτὸν ἀδικεῖν,
Pag.318. τοῦ μὴ σφόδρα κωλύειν ἑτέρους. item, οὐδὲ ἀποδεξομένων αὐτῶν. πολλὰ
ἂν ἱκετεύσειεν ὑμᾶς ἐὰν αὖθις. Scribe, ἐὰν αὖθις. multis precibus vobiſcum age-
Pag.319. rent, vt ſe relinqueretis, neque honore iſto afficeretis. τοὺς γοῦν
τυράννους ἢ τοὺς βασιλέας, ὧν αὖθις οἱ βιαίως ἄρχοντες καὶ παρανόμως, τὰς εἰκόνας
ἀνεῖλον, καὶ τὰ ὀνόματα ἠφάνισαν. Vulnus prope lethale impoſitum huic loco. nos verba concinnamus ſic ad ſententiæ ſalutem: τοὺς γ. τ. ἢ τοὺς βασιλέας ἀποστάντες Ἀθηναῖοι βιαίως ἄρχοντας καὶ παρανόμως, τὰς εἰκ. illuſtre huius exemplum in Demetrio Phalereo, de quo vide apud Diogenem Laërtium. ὥστ' εἰ μὴ καὶ δι' ἐκείνους γε τοὺς ἔμπροσθεν εὐεργέτας, ἀλλὰ τούτους γε οὓς νῦν τιμῶμεν, εἰκὸς ἦν φυλάξασθαι τὸ πρᾶγμα. Non recte interpres τοὺς ἔμπροσθεν εὐεργέτας interpretatur *illos qui mox futuri ſunt benefactores*, nam ἔμπροσθεν ad præteritum tempus referri debet, non futurum. ſic & paullo poſt cape in iſtis, ὁ τὸν μὲν παρόντα θεραπεύων, ὀλιγωρῶν δὲ τοῦ ἔμπροσθεν φίλου. lege ſequentia. ſic poſt pauca, οἱ πάλαι τετιμημένοι. *qui prioribus temporibus ſunt honores conſecuti.* πολὺ δὲ βέλτιον ἦν λέγειν τοῖς βουλομένοις, ποιῆσαι μικρὰ φροντίζειν ὑμᾶς, τ. dubito de fide huius lectionis: aut potius ne dubito quidem de menda. docti igitur cogitabunt, quibus vel otium maius vel ingenium magis in numerato. at mox ſcribe, καί τοι μὰ τὸν Δία, καὶ τοὺς θεούς, οὐδ' εἰ τὴν ἀνωτάτω χάριν ὑμῖν ἕξειν ἔμελλον. Pro iſtis, τινὰ ποιήσας μὴ προσαγάγοιτε, neſcio quid aliud legi voluit interpres: ſed errauit. Verba hoc ſonant: *Nam id ſolum quærere, per quæ poßis placere, quo facto gratiam alicuius tibi non ſis conciliaturus: cum interea non conſideres alium te ſi id facias læſurum immerito, aut omnino aliquid quod non deceat eſſe admiſſurum: liberis hominibus, aut qui bonis ſint moribus, nullo modo id conueniat.* malim πρᾶξεις quàm πράξεις illo loco, ἢ καθόλου τι μὴ δέον πράξεις. dein-
Pag.320. de ſcribendum, ἢ νόμισμα μὲν εἴτω χαρίζεσθε κίβδηλον. &, νομίζεσθε δὲ χαριεῖσθαι αὖθις ἐχόντας; ἀλλ' ἐὰν μὲν οἰκέτην τις ἀλλότριον ἢ σκεῦος ἀποδῷ τι φωρασάμενος ὡς ἑαυτοῦ. omnino ſcribendum ἀποδῶται φωρασάμενος, vel ἀποδιδῶται. de venditione enim non autem redditione rei vel mancipij loquitur. ἀποδίδοσθαι verò pro vendere Græci vſurpant, non ἀποδιδόναι. quare fugitiuum τι retrahe in locum ſuum. mox, χάριν αὖθις οἴεσθε τοῖς παραχρουσαμένοις ἔχειν; τίνος; cur id facerent? vel χάριν ἵνα; poſtea ſcribe ac diſtingue, ἔμπορον δέ τινα ἀκούσης τῆς πόλεως αὐτὸ γίνεσθαι· τό τε πρᾶγμα εἰ τοιοῦτόν ἐστιν, ὥστε πάλαι μὲν δοκεῖν ἐξεταζόμενον· τοσούτῳ πρόθυμοι. &c. ἀλλ' ἀγνοεῖς καὶ ἀνελευθέρως καὶ μετὰ τέχνης, τοῖς εὐεργέταις ἀχαρίστως αὐτὸν φρονεῖν φήσομεν; Interpres pro ἀχαρίστως ſcripſit ἀχαρίστων melius repetas ex præcedentibus verbum χαριζόμενος. aut etiam ſcribas ἀχαρίστως χαριζόμενος. ſententia eam vocem poſtulante. Tolle interrogationis notam à fine iſtorum, quæ non intellexit interpres: καὶ μὴν ὅτι φύσει τὸ πρᾶγμα τοιοῦτον ἐστιν, οὐχ ὁ λόγος αὐτὸ ἐξονειδίζει, θεάσασθε οὕτως. *Enimuero turpe eſſe quod facitis natura ſua, non propter*
Pag.322. *orationem meam qui id in vobis reprehendo, ſic cognoſcite.* εἰ γὰρ ἐκεῖνος

σὲ βούλεσθε γιγνώσκειν. Scribe, εἰ κακίνους ἐβούλεσθε γ. deinde, προσκαλούμενος εἰς φιλίαν, παρακρουόμενος, καὶ φενακίζων, τί ἂν ἔτι καλῶς ποιήσαι; non autem εἰς φιλίας: nec ἄλλως ποιῆσαι. Statim mox, vox prætermiſſa quæ bis fuerat ponenda: οὐκοῦν οἱ μὲν ὅπως ὅτι πράττουσιν ἀγνοεῖσθαι μᾶλλον ἐθέλοντες, κακίας σημεῖον τοῦτο ἐκφέρουσι. falſum eſt, voluiſſe Rhodios latere quæ facerent, cum ſtatuas alicui decernerent: ſed modum quo vterentur, hoc verò eſt quod ſtudioſe celabant. certum eſt, legi debere, ὅπως πράττουσιν ὅ, τι πράττουσιν. Subiicit, εἰ δ᾽ ἂν μηδεὶς ἀκούῃ λανθάνειν νομίζοντες, εὐηθείας. peſſimè & hæc ſunt accepta. Scribendum, εἰ δ᾽ ἃ μηδεὶς ἀγνοεῖ λανθ. *qui putant latere poſſe quæ ignoret nemo, ſtultæ ſimplicitatis ſuæ argumentum præbent.*

Διὰ γὰρ τοὺς φαύλους ἀδικῆσαι τοὺς χρηστούς. rectè interpres ἀδικεῖτε. niſi deſunt pluſcula verba. ſcribe, τοὺς γε τοιούτους εἰκὸς ἄχθ. &, μᾶλλον ἤπερ εἰδέναι χάριν; item, καὶ τοι πολλάκις γίνεται τοῦτο οὐκ ἀπὸ πονηρᾶς αἰτίας. non, οὐ πονηρᾶς αἰτίας. & οὐδ᾽ αὐτοῖς τούτοις λανθάνει. de iis loquitur qui ſtatuis quotidie donabantur ab Rhodiis: quorum pleroſque fuiſſe Romanos, modo dictum. Pag. 323.

Ὃ γινόμενοι εἰδότες, καὶ τὴν ῥαδιουργίαν τὴν ἐν αὐτοῖς πρὸς τοῦ Διός. muta diſtinctionem: τὴν ἐν αὐτοῖς. πρὸς τοῦ Διός, εἶθ᾽ ἂν καὶ τ. non ſemel Dio periodum ab illis verbis orditur πρὸς τοῦ Διός. etiam ſequente εἶτα vt iſto loco. iterum infra: Πρὸς τοῦ Διός, εἶθ᾽ ὧν μὲν ἄν τις παρὰ ἰδιώτου τύχοι. &c. vbi non poteſt dubitari de recta diſtinctione. Pag. 324.

ἢ κωλύει μὴ μόνον ταύτην ὑπάρχειν, ἣν ἐποίμην τὴν δωρεάν. Emenda, τί κωλύει μὴ μόνον ταύτην ὑπάρχειν ὑμῖν ἐποίμην τὴν δωρεάν. Quod ait, καὶ γὰρ εἰ νῦν εἰσιν, ἐφ᾽ οἷς ἂν ἔλθοιεν ὑμᾶς ταῦτα ποιοῦντων, ὥσπερ γε οὐκ ἦν ἕτερος οὐδεὶς τοῦ δήμου κυριώτερος: obiectioni occurrit quæ potuit fieri dicenti, hoc genere iniquitatis admiſſo, poſſe etiam in aliis quam in ſtatuis idem fieri à Rhodiorum magiſtratu. reſponderi poterat, atqui non hoc permiſſuros Romanos, ad quos prouocare fas eſſet, ſi quem Rhodij iniuria affeciſſent. fateor, inquit, Dio, minus hodie ab eiuſmodi iniuria metuendum: quia præſto ſunt, ad quos fiat prouocatio: at maiorum temporibus, cum libera veſtra ciuitas erat, ceſſabat ſubſidium prouocationis. an igitur tale quid ab illis factum? vides quàm præter auctoris mentē ſint illa accepta, ἐφ᾽ οἷς ἂν ἔλθοιεν. Lege, ἆρ᾽ οὖν οἱ τότε ὄντες οὕτω προσεφέροντο τοῖς κατὰ μέρος; πόθεν; οἱ τ. de πόθεν; pro *neutiquam, minime verò*, paullo antè diximus. Scribe etiam, οὐδὲ ἐν ἅπασι τοῖς πολέμοις, ἀλλὰ εἴποτε ἐσχάτως ἡ πόλις ἐκινδύνευσεν. non in omnibus bellis pecuniā à priuatis ciuibus ſuis exegerunt maiores veſtri: ſed ſi forte in extremum aliquod periculū Reſpublica eſſet adducta. Scribe, ποῦ τὸ χεῖρον ἢ τὸ ἄλγιον. vacat τὸ ὅτι in iſtis, ὅτι δημοσίᾳ τοὺς ἀνδριάντας ἀπογράψασθαι ὑμᾶς. niſi malis ἀπεγράψασθε ὑμεῖς. Lege & diſtinctionē reſtitue ne cū erudito interprete erres: διήρηται δὲ εἰς τοὺς κατὰ μέρος. Ὅλως δὲ, οὐκ εἰ μὴ τοῦτον τ. τ. hoc vult: Variis modis res & adquiri & poſſideri: ſed quocunq; tandē iure tuū aliquid ſit factum, id ſi tibi adimatur, parem admiſſam iri iniquitatem. Nihili eſt illa oratio, αὐτὴ πολλαῖς καὶ καλαῖς τιμῆς; ſupple vocē quæ fraude librariorū excidit, & ſcribe, τύχοι τιμῆς. Lege etiam, οὔτ᾽ εἴ τις ὠνήσαιτο παρὰ του χωρίον, ἢ πλοῖον, ἢ ἀνδράποδον οὔτ᾽ εἴ τι ἐδανείσατο. &, τοῦτ᾽ ἐστὶ βεβαιότερα τῶν ἄλλων. &, τὸ μὲν οὐκ ὄντι τι γενέσθαι. & κἂν ἐνὶ δόξῃ μόνον. & εὐπορωτέρους ἑαυτῶν. ditiores quam ipſi ſitis. Corrigenda multa in loco quem ſubiiciam vt ſcribi debet: Μὴ τοίνυν εἰ ἐκεῖνα μὲν ἐστὶν ἀνε- Pag. 325. Pag. 326. Pag. 327.

λέγεσθαι τοῖς θεοῖς, τῆς εἰκόνος δὲ οὐδεὶς οὕτως ἐστὶ τῆς ἑαυτοῦ κύριος, μὴ τὸ πρᾶγμα ἀνόμοιον ἡγήσεσθε· τὸ γὰρ μὴ πάντ' εὐθὺς τῆς πόλεως εἶναι τὰ ἐν κοινῷ, καὶ δημοσίας ἀπογραφῆς τυχόντα δόξαι βουλόμενος, λόγῳ τούτῳ κατ' οὗτο ἐχρησάμην. qui mediocriter Græcè docti ſunt, facile ex hac ſcriptura cognoſcent, quantum à mente auctoris interpres heic aberrarit. μὴ quod ſuperfluè repetitum eſt, Atticorum adſcribi debet idiotiſmo. pro voce λόγῳ quam ex cõiectura reſtituimus, ſiquis aliã commodiorẽ excogitauerit, proferat: admittemus. ὅσων εἰκόνας

Pag. 328.

ἀναστῆσαι. Melius ὅσων εἴη εἰκ. ἀνας. vel ἐστιν. Sequitur, τί οὖν; οὐχὶ νενόμισται παρά γε τοῖς μὴ παντάπασιν ἀδίκοις, ἀποστερούμενον τινὸς κτήματος, ὃ χρεῶν κατέθηκε κομίζεσθαι παρὰ τῶν εἰληφότων; alienum eſt ab auctoris mente, quod interpres hæc retulit ad depoſitũ & depoſitarios. nam Dio de reſciſſione venditionis, aut euictione rei venditæ loquitur: quod poſterius malo: quamobrem eius verba ita interpretare: ἀποστερούμενον τινὸς κτήματος: emptorẽ à quo res empta, (hoc eſt, κτῆμα,) euincitur. ὃ χρεῶν κατέθηκε: pretium quod perſoluerat venditori. καταθεῖναι, non eſt deponere, ſed ſoluere, & pecuniã pendere. rectè autem Dio ait χρεῶν: nam emptor qui euictione rem amiſit, actione ex empto pretium omnino recipit. ſed fere ſolita ſtipulatio interponi & caueri in duplum. quare actione è ſtipulatu duplũ conſequetur, nõ pretium tantum. παρὰ τῶν εἰληφότων cautè accipe, de venditore qui pretium accepit, non autẽ de illo qui euictione rem emtam abſtulit. *Hæc dicenda fuerunt, vt & ſequentia intelligerentur: quæ ignoratione veræ ſentẽtiæ* mire ſunt deprauata. Poſtquam igitur *docuit*, quid iuris eſſet in priuatis cõtractibus, cum res acquiſita adimitur emptori: idẽ publice ſeruari debere oſtendit à Rhodiis: vt nimirũ iis qui ſuis ſtatuis priuarentur, ea redderent per quæ ſtatuas meruerant. poſtea explicat quid ex eo ſit ſecuturũ. & tandem ait, μὴ δυσχερὲς εἰπεῖν, ἢ τὸ μετὰ ταῦτα, ὅτι καὶ τῆς πόλεως αὐτῆς ἀποστῆναι δεήσει, μὴ βουλομένους γε τὰ δίκαια ποιεῖν. qui legitimã criticen calũniantur, velim explicent mihi hunc locũ. ſed nõ faciẽt: niſi velint ineptire & ἀνεμώλια βάζειν. Nos affirmamus hæc eſſe deprauata, & legimus: μὴ δυσχερὲς εἰπεῖν εἴη τὸ μετὰ ταῦτα, ὅτι καὶ τῆς πόλεως αὐτῆς ἀποστῆναι δεήσει ὑμᾶς, βουλομένους γε τὰ δίκαια ποιεῖν. vereor, inquit, ne durius accipiatur, ſi dixero, quid futurũ ſit, ſi benefactores veſtri pro ſtatuis quas ipſis adimitis, beneficia quæ in vos contulerũt repetant: nimirum vrbe ipſa illis fuerit cedendũ vobis, ſi quidem ius ſuum ipſis reddere volueritis. hæc Dio: cuius argumentatio proba & valida. Poſuit enim in antecedentibus, nonnullos eſſe ex iis qui ſtatuis priuabantur, qui libertatem ac ciuitatẽ ſuam Rhodiis vel initio condidiſſent: vel poſtea difficillimis Reip. tẽporib. cõſeruaſſent: eiúſq; beneficij prꝙmiũ ſtatuas eſſent conſecuti. His igitur vel conditorib. ſuis, vel ſeruatoribus, cũ adimerent quas dederãt ſtatuas, ſi vellent ex æquo & bono quæ ab iis acceperant viciſſim reddere, quis nõ videt ipſa ciuitate fore cedendũ? Iam ergo perſpicuũ eſt rectè à nobis hæc emendari. ſed pergendũ: nondũ finis enim mendarum. εἰ γὰρ δεῖ, τίς εἴη τι τοιοῦτον δεδωκώς, ὃ μηδὲ βουληθέντα ἀποδοῦναι δυνατόν. corrige, εἰ δὲ δή τις εἴη. mirè illud δεῖ ſententiam deprauat. δὲ δὴ ſæpe ſic iungi & tirones norunt. de iis loquitur qui ſtatuæ honorẽ vitꝙ iactura redemerant, vt ipſe exponit. Scribe verò, οἱ τὰς ψυχὰς προέμενοι. non προθέμενοι. reclamat enim helleniſmus. &, εἰς οὓς ἂν καθήκῃ τὸ γένος. miſerè accepta eſt periodus hæc: εἶτα πάνθ' ἕσται ἐξ ὧν ποτε ἐκείνοις

τινὲς εὐεργετῶσιν, καὶ προθυμοῖντο πάσχοντες ἢ δρῶντες ὑπὲρ αὐτῶν συνήθη, ῥήσιμα καὶ μεγάλα ὑμῖν ἐστὶν νῦν. non poſſum ferre opem: niſi quod ῥήσιμα in χρήσιμα mutandum non dubito. Mox iſta ſic concipe: πάντες οἱ τινὰ ἀποστεροῦντες ὃ, ποιῶ, κἀκεῖνον ἀδικοῦσιν οὐχ ἧττον παρ' οὗ ποτ' ἂν τοῦτο εἰληφὼς τύχῃ· οἶμαι οἱ τῶν δημοσίων τι καταλύοντες οἰκοδομημάτων, ἄν τις τῶν καθ' ἕνα ἐποίησε χαριζόμενος ὑμῖν, μᾶλλον ἂν δόξαιεν τὸν ποιήσαντα ἀδικεῖν, ἢ τὴν πόλιν. οὐκοῦν ὁ αὐτὸς λόγος Pag.330.
καὶ εἰ πόλις ἢ τι τῶν ἰδιωτῶν τινὶ δεδώκοι, πρὸς τὸν ἀφαιρούμενον τοῦτον. ἆρ' ὑμεῖς πρὸς ἐκείνοις ὧν τὰς εἰκόνας ἀνεστήσατε, τὴν πόλιν, οἶμαι, τὴν δεδωκυῖαν ἀδικεῖτε, τουτέστιν ἑαυτούς. non eget explicatione hæc lectio: adeo plana ac manifeſta eſt. deſcripſi autem totum locum, quia nullum colum ſine menda. Quæ de Epheſiis ſubiiciuntur non ſatis capio, nec dubito mendoſa. Deinceps lege, ἔργον εἰπεῖν οὐ πάλαι μὲν γεγονός, εὐδοκιμοῦν δὲ παρὰ πᾶσιν οὐχ ἧττον τῶν πάνυ παλαιῶν. perperā enim, τῶν πάνυ χαλεπῶν. Notabis locum ſingularem Pag.331.
de conceſſis nouis tabulis, degentibus extra Romam omnibus. cuius legis auctorem non poſſum indicare. ex verbis Dionis Iulium Cæſarem vel Auguſtum fuiſſe ſuſpicor: quorum illum ſcimus genus quoddam nouarū tabularū ciuibus Ro. conceſſiſſe: verùm cum cauſſæ cognitione: hunc, veterū ærarij debitorum tabulas exuſſiſſe. ſed neutra hæc hiſtoria narrationi Dionis conuenit. Scribe, καθ' ἑνὸς τούτου παραχωρῆσαι. &, ὑμεῖς δὲ νῦν οὐδὲ ἃ ἔφθητε διαλλάσσαι τοῖς εὐεργέταις ἐᾶτε. *at vos ne illa quidem benefactoribus veſtris relinquitis, quæ iam ipſi velut in ſolutum à vobis acceperint.* proxima verba peſſimè accepta ſunt interpreti: ἀλλ' οἱ μηδὲ τῶν αὐτῶν μηδὲν ὑπομείναντες τότε τοῖς ἄλλοις, καὶ ταῦτα ἐπταικότες· νῦν εὐτυχοῦντες πράττετε ὃ μηδὲ ἐκείνων τότε μηδὲ εἷς, *qui tunc temporis ne eorum quidem quicquam facere ſuſtinuiſtis, quæ* Pag.332.
alij admitterent, cum præſertim eſſent res veſtræ afflictæ: nunc rebus lætis ac florentibus, ea patratis quæ eo tempore illorum nemo. τὸ δὲ λοιπὸν ὃ μηδόλως εἰς μηδένα ποτε συνέβη σκέψασθε, περί. quid ſibi illa volunt, εἰς μηδένα? reſtitue, τὸ δὲ λοιπὸν ὃ μηδ' ὅλως ἴσμεν εἴ ποτε συνέβη, σκ. ἢ νὴ Δία ἀπέφηνεν ἔτι δεινὸν εἰργασμένος τὴν πόλιν τοσούτοις ἔτεσιν ὕστερον; corrigendum, ἢ νὴ Δία, ἀπέφηνέ τι δεινὸν εἰργασμένον τ. π. ſi prætori veſtro iubenti vt veteris alicuius ſtatuæ elogium noua inſcriptione mutetur, adeſſet aliquis, & rogaret, quid faceret? Ecquid poſt longum adeo tempus à morte eius cui poſita fuerat ſtatua, reum illum peregerit alicuius in Remp. ſceleris? ſequitur, ἔστιν ἀνὴρ, πρὸς τοῦ Διὸς οὐκ ἂν ὑμῖν διατραπῆναι, καὶ ταῦτα ἐὰν ᾖ μέτριος; hæc nullam interpretationem admittunt: fœdo enim deformata ſunt mendo: vt mirum non ſit interpretem nihil minus exprimere quàm auctoris mentem. noſtra emendatio præcone opus non habet. Lego, οὐκ ἂν ὑμῖν δοκεῖ ἐντραπῆναι. ſiue διατραπῆναι: quod verbū & alibi ſic vſurpat. Amabo, inquit, ſi prætorem veſtrum aliquis ita compellauerit, an non fore putatis, vt pudore ſuffuſus cepto deſiſtat? vtique ſi paullo ſit homo probior. Reſtitue omiſſam vocem, τοῖς τε γὰρ σφόδρα ἀρχαίοις ἡμιθέοις ὄντας Pag.334.
ἐπιστάμεθα. cum ait, νῦν δὲ τοὺς καταπλέοντας τιμῶμεν, Romanos proceres intelligit, qui raro mare Carpathium nauigarunt, quin velut in tranſitu Rhodum, inſulam celeberrimam, luſtrarent. Ita accipe quod inferius leges: ὑμεῖς τοὺς παριόντας δεδοίκατε· κἂν ἕνα τινὰ μὴ στήσητε χαλκοῦν, τὴν ἐλευθε-

εἶναι οἴεσθε ἀποδώσειν. pro οὐκ ἄρα interpres, οὐ γὰρ ἕνεκα. ſcribe, ἄλλως τε αὖ

Pag.335. ὥσπερ οὗτοι μὴ πονηροί. ἄλλως τε οἱ μὲν ἀτέλειαν, ἢ χρήματα, ἢ γῆν, ἢ τοιοῦτόν τι δεδωκότες ἀφαιρεῖσθαι. Lege, εἰ μὲν, & ἀφῃρεῖσθε. *ſi datam prius immunitatem, aut pecuniam, aut agrum, aut tale quid aliud, auferretis, maiore illi afficerentur iniuria qui poſterius accepiſſent*: ratio Dionis manifeſtiſſima. non debuerunt hæc cum interrogatione ſcribi: ὅπου μὲν γὰρ ἐλάττων ἡ ζημία. *ibi enim minus damni accipitur.* &, ὅπου δὲ ἀτιμία μείζων. *hic vero maior eſt ignominia.* μάλιστα ὧν οὗτοί φασι ἔργον. Deeſt, φανερόν ἐστιν, aut

Pag.336. φαίνω ἔγωγε, vel ſimile quid. Poſtea ſcribe, καὶ πλέον οὐδὲν λέγουσιν αὐτοῖς εἴη, ὅτι τὴν δῶ. *neque vllo modo cauſſam ſuam ſubleuauerint, ſi dixerint.*

Pag.337. ὥσπερ δὴ εἴ τις ἀπὸ τοῦ ἅρματός τι καθέλοι. quis iſte currus? exiſtimo, vel potius ſuſpicor, inter pretioſa donaria quæ in Rhodiorum delubris viſebantur, fuiſſe aliquod ἅρμα Ἡλίου, quem deum præcipue colebat is populus, vt notum eſt. Solis currum Ouidius & alij poetæ deſcribunt. inde potes coniicere cuiuſmodi hoc ἀνάθημα fuerit. Alioquin ἅρμα liceat exponere, thenſam alicuius deorum, cùm in pompa traducuntur. Cumanus ille cui redditum fuit oraculum de paſſeribus, Ariſtodicus Hero-

Pag.338. doto in prima hiſtoria nominatur. Aufer notam interrogationis poſt ἐπιχειρήσετε: & pone τελείαν poſt ἀποδείξουσιν. & ſcribe, μεταλλάξειν τὰ ὀνόματα,

Pag.339. ἢ τινῶν ἡμιθέων, ἢ καὶ θεῶν ὄντα· εἶθ' ἑξῆς. cur Herculis, Tlepolemi atque Heliadarum ſtatuas potiſſimum nominet, cauſſam pete ex *Strabone, vbi de rebus Rhodiorum agit. Scribe,* ἀλλ' οὐκ ἐκείνοις ὅμοιοι. πόθεν; de quo ſuperius diximus. Reſtitue diſtinctiones corruptas toto hoc loco. Lege autem, ἀλλὰ καὶ φοβηθῆναι εἰπεῖν τι τοιοῦτον. Ἆρ' ὑμῖν οὐκ τῶν εἰρημένων δοκεῖ· καλὸν, ἀπὸ τούτων ἀρξαμένοις· λεγ. &c. mox, ἡ δὲ εἰκὼν δι' ἀνδραγαθίαν δίδοται, καὶ διὰ

Pag.340. τὸ δόξαι τ. νόμου δὲ ὄντος, καταποντίζειν κρίνοντες, ἐάν τι τῶν ἀψύχων ἐμπεσὸν ἀποκτείνῃ τινά. Notiſſima eſt Draconis lex: hiſtoriam de ſtatua Theagenis narrat pluribus Pauſanias Eliacorum libro altero. Sed lege heic, καταποντίζειν κρίνοντας. nam vulgatam lectionem ſubineptam eſſe fatebuntur periti iudices. verte, *cum lex eſſet, vt poſt iudicium & cauſſæ cognitionem profundo mergerent*, &c. κρίνειν non dicitur heic de lege, ſed de accuſatore qui in iudicium vocat: aut de magiſtratu cuius eſt de cauſſa cognoſcere: quod etiam in negotio iſto factum ſcribit Pauſanias quoque. Sors de hac ſtatua edita, apud Pauſaniam eſt monoſtichos, non vt heic

Pag.341. δίστιχος. Θειαγένην δ' ἀμνηστον ἀφήκατε τὸν μέγαν ὑμῶν. ἐπ' αὐτοῦ γε ὅλου τοῦ πράγματος ὄντος. Scribe, αὐτῷ γε. nempe τῷ στρατηγοῦντι. deinde ita interpunge, ὃ γὰρ δι' ἀργύριον περιῆλθεν ὁ, τιοῦν τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, ἀπόντες ἄξιον ἡγοῦνται τοῦ καθ' ἑτέραν τινὰ αἰτίαν. vox ἄλλων poteſt abeſſe. Paullo poſt ſcri-

Pag.342. be, καὶ τοῦτον ἐᾶθ' ὅτε μὴ καταλύειν. repetendum enim τὸν στόλον.

Pag.343. ἔτι δὲ μηδένα τῶν Ρωμαίων διαφέρεσθαι παρὰ τοῖσδε ἑστάναι. Vide num ita ſcribi ſit Helleniſmo conuenientius. ἔτι δὲ μηδενὶ τῶν Ρ. διαφέρειν τι παρὰ τοῖσδε ἑστ. εἰκὸς ἐστὶ μὴ ἀμελεῖν παραπέμπειν, μηδὲ τοῦ πῶς αὐτῆς τυγχάνουσι. duorum verborum idem fere ſignificantium alterum vacat: nam παραπέμπειν eſt ſilentio aliquid tranſigere, & eius diſquiſitionem contemnere. paullo ante ſic vſurpauit Dio, & ſæpe alibi. Forte ſcrib. μὴ ἀμε-

λῶν περιπέμποντας μηδὲ τοῦ π. vel μὴ περιπέμπειν μηδὲ τὸ π. καὶ γάρ τοι τοσούτῳ διὰ τοῦτο πλείονος τιμᾶτε. Scribendum τιμᾶσθε. cenſemini: in cenſum deferre cogimini, cum ab Imperatoribus tabulæ cenſuales deſcribuntur. νῦν δ' εἰσὶν οἷς αὐτοὺς ἵστατε. hoc vult: præter imperatores, etiam alios eſſe quorum gratia nouas ſtatuas fuderint Rhodij: ex quorum comparatione reliqui ſint intellecturi quàm nihili fierent à Rhodiis. Hæc ſententia, quæ non admittit illud αὐτοὺς: ſed potius οὕτως: eodem modo quo & Imperatoribus: poſita videlicet ſtatua noua. Scribo, εἰ εἰς τὸ πρυτανεῖον, ἢ εἰς προεδρίαν ἐκλήθη. *ſiue illum ad prytaneum inuitaretis, ſiue honorem primæ ſedis illi deferretis*: quod refero ad ſeſſionem in ſpectaculis. Lege, ὅσου γὰρ ἀνδριὰς γένοιτο ἄν, τοσοῦτον ἐφ' ἑκάστῳ κερδαίνετε. non ὅσον, nec κερδαίνειτε. Pag.344. corruptum etiam eſt quod ſequitur: πλὴν ὅτι γε αὐτοῖς ἀποδίδοσθε· καὶ οὐκ ἐπ' ἐξαγωγῇ, καθάπερ, οἶμαι, τὰ σφόδρα πονηρὰ ἀνδράποδα. Legendum, ἐν αὐτοῖς. vel ἐν ἑαυτοῖς. alioquin ſententia eſt nulla, quæ ſic eſt optima. Ait Rhodios tranſcribendis ſtatuarum titulis, ſic illis vti tanquam mancipiis. vt enim mancipia venduntur, ſic illos hac arte lucrifacere impenſam, quæ in nouam ſtatuam erat facienda. in hoc tamen, inquit, clementer agitis, quod hanc ſtatuarum diuenditionem ἐν ἑαυτοῖς, hoc eſt inter vos exercetis, non cum exteris mercatoribus. ita, etſi mutato domino, in vrbe tamen veſtra nihilominus remanent ſtatuæ: ſecus quam fieri ſoleat in iis mancipiis quæ venduntur ἐπ' ἐξαγωγῇ, hoc eſt ea lege atque omine, vt extra fines exportentur: quomodo peſſimi tantum ſerui, & dominis ſuis exoſi olim vænibant, vt ex iure Græcorum & Rom. alibi notauimus, & diſerte heic docet Dio. Nero eſt qui verbis illis innuitur, τοῦ γὰρ ὑμῶν ἔγγιστα ἐφ' ἡμῶν, ὡς ἐπίστασθε, τῶν αὐτοκρατόρων τις, &c. res nota ex Dionis Caſſij hiſtoria, & Suetonio cap. XXVIII. Cum autem ſcribit, ἀλλὰ ἐκείνους γε φασὶ μηδὲ τὰς ἐπιστολὰς λύειν, ἃς ἂν γράψωσι τὴν ἀθλητὴν τινὰ συνιστάντες πρὶν ἢ ἀγωνίσηται: de Romanis ipſum loqui, hoc eſt de imperatoribus, palàm faciunt ſequentia. καὶ τοῦτο οὐδένα πώποτε αὐτοῖς ἤνεγκε κίνδυνον. nam à quibus athlothetæ Elei metuere ſibi debuerunt, niſi à Romanis principibus? ſed clarius hoc docet cum addit, non eſſe exiſtimandum ita mente læua Romanos eſſe, vt nolint in ſuo imperio honeſtas artes florere, & iudiciorum libertatem. Quare ex hoc loco diſcimus, ſicut moris fuit vt Imperatores ſuis candidatis ad comitia deſcendentibus libellos darent ſic inſcriptos: *COMMENDO ILLVM ILLI TRIBVI*: ſic athletis quibus fauerent dediſſe commendatitias, ad ſacros Græcorum agonas proficiſcentibus: quæ tamen συστατικὰ non prius legebantur à ludicrorum brabeutis, quàm certamina obiiſſent, qui illa attulerant. Cæterum in Dionis verbis quæ adſcripſimus, ſuſpecta mihi ſunt illa, ἃς ἂν γράψωσι τὴν ἀθλητὴν τινὰ συνιστάντες: nam etſi clarum ex ſequentibus, quoſnam intelligat: vix tamen credam verbum γράψωσι ita ſimpliciter fuiſſe poſitum. Suſpicor ergo deeſſe aliquid, ex iis quæ diximus facile ſupplendum. Scribe, τὴν ἐλευθερίαν οἴεσθε ἀποδώσειν. &, ἀλλ' εἴγε οὕτως σφόδρα ἐπισφαλής ἐστιν. Pag.345. deinde, τὸν γὰρ ἀγνοούμενον καὶ μὴ δοκοῦντα μηδενὸς ἄξιον, ποιεῖν ὅ, ποιῶν ἔλαττον αἰσχρόν. valet autem hoc loco ποιεῖν ὅ, ποιεῖν, facere aliquid contra honeſtatem,

& id quod Remp. deceat. Quæ breuiter heic à Dione perſtringuntur de rebus geſtis Rhodiorum, de imperio maris quod olim obtinuerunt, déque ſeruata libertate etiam ſub Romanis, illuſtrari poterant ex hiſtoria, ſi id nunc ageremus. καὶ ταῦτα πιττούμενον καὶ βραχιόνας καὶ περι-
Pag.346. δήματα φοροῦντα. vulſum & pſilothro ac dropace curatum appellat πιττούμενον. Iuuenalis ſimiliter, *reſinatam iuuentutem*. at interpres ignoratione rei vulgatiſſimæ molitiē probroſam quæ Phœnici iſti obiicitur, mutauit in contrarium vitium, & eam quam Theophraſtus δυσχέρειαν appellat. ſed fraudi illi fuit vox corrupta βραχιόνας: nam βραχιόνια ſcribendum, vel περιβραχιόνια: qua voce etiam Xenophon vſus in ſexto Παιδείας. Latini *brachialia* & poſteriores item Græci: Gloſſæ veteres: Βραχιάλιον, *viriola*. περιδήματα ſunt faſciæ, quas in Diogene περὶ τυραννίδος vocabat auctor σπάργανα. Faſciis autem multis vtebantur veteres & mulieres & viri: quod ad Suetonium pridem indicatum nobis, fuſiſſimè alibi, faciente numine, explica-
Pag.347. bitur. Scribo, ἀλλὰ μάλιστα μὲν κωλύειν· εἰ δὲ μή, ἀλλ' οὖν αὖθίς γε πειρᾶσθαι, &c. mutila enim vulgata lectio, κωλύειν· κᾆτ' οὖν αὖθις. quæ non ſunt nauci. neque illud item ferendum erat interpreti, ἔπι δὲ ἐν μὲν ἐν τοῖς ἄλλοις μηδὲ αὐτῶν διαφέρετε. peſſimè ſic ſcriptum, pro εἰ μὲν ἐν τοῖς ἄλλοις. ſine qua
Pag. 348. emendatiuncula periit funditus ſententia, quæ iam planiſſima. Poſtea, τοὐναντίον γὰρ πᾶσιν ἔλεος αὖθις ὑπάρχεται τοῖς μετρίοις. ſcribendum ἐπέρχεται: *nemo paullo eſt humanior quem non inceſſat Athenienſium miſericordia.*
Pag. 349. καί τοι τὰ μὲν τείχη διὰ τὴν εἰρήνην, ὃ δὲ λοιπὸν οὐκ ἔστι κακίας σημεῖον. Lege neceſſariò ex periodo antecedente, τὰ μὲν τείχη διὰ τὴν εἰρήνην ἐᾶν
Pag.350. καταπεσόντα οὐκ ἔστι κ. σ. κἂν μὲν ὑμῖν κατά τι φαίνητε, φυλάξατε αὐτό, quid eſt κατά τι? ego ſcribo, ἐς ἄλλό τι. contendite veſtrum hunc morem cum lege quam ſuaſit Leptines, repudiauit autem populus Athenienſis, auctore maximè Demoſthene. quod ſi inueneritis per iſtum morem non prorſus idem fieri à vobis, quod Athenis futurum erat per
Pag.351. illam legem: vincant iſti qui in hoc inſtituto vos confirmant. Perperam ſcriptum δυσχερὲς τὸ ἀφαιρεῖσθαι τινὰς ἐξουσίας τὴν πόλιν. pro τινὸς ἐξουσίαν, & τὸ φυλάττειν pro τοῦ φυλάτ. & ita interpunge: ἵνα μή τινες ἔχωσι τὰς ἀτελείας, περὶ
Pag.352. ὧν ὡς ἀναξίων ἔλεγον, ἀποδοῦναι τοὺς λοιπούς. οὕτω σκοπείτω τοὺς λοιποὺς ἑκατέρων. non intelligo illa, τοὺς λοιπούς. quare puto ſcriptum fuiſſe, τοὺς λόγους ἑκατέρων. conſiderate rationes vtrorúmque iſtorum. hoc eſt, attendite & iudicate vtri iſtorum duriore conditione futuri erant, ſi lex Leptinis obtinuiſſet. λόγους appellat proportionem iniuriæ quam vtrique erant accepturi. & cùm ait, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων ἴσως ἂν γένοιτο ὁ λόγος: hoc ſignificat: eſſe aliquam proportionem inter eorum iniuriam qui ſola immunitate donati abſque honore ſtatuæ, ea ſpoliandi erant: cum iis qui ſtatuam ſolum apud Rhodios nacti, eam amittebant. cur dicat ἴσως oſtendunt ſequentia. Scribo, ὅσῳ γὰρ μεῖζον τὸ τῆς εἰκόνος ἢ τὸ τῆς ἀτελείας. & ἤπερ ἐκείνοις ὁ νόμος· *quàm Athenienſes illa lex.* Poſtquam dixit non adeò inſanire Rhodios, vt morem quo vtantur lege velint firmare: ſubiicit, καὶ πόσῳ κρεῖττον μὴ χρῆσθαι ἔστι τῶν φαύλως γεγραμμένων, ἢ ποιεῖν; vbi videtur ratio antitheſeos poſtulare ſcribi, ἢ μὴ γεγραμμένον ποιεῖν; certè ea mens eſt. Illa

verba, ἔστω γὰρ ὃ λέγουσιν ἀληθές peſſimè cum ſequentibus iunguntur: co- Pag.353.
hærere namque antecedentibus probat ſuperior diſputatio aduerſus eos qui dicebant, non promiſcue omnes ſtatuas immutari: ſed antiquiſſimas quaſque ſolùm. eſto, ait, quod iſti dicunt: concedamus ſeruatum hactenus id fuiſſe: at mox inualeſcente conſuetudine, diſcrimen omne tolletur neceſſariò. ſic enim ſunt res humanæ, vt verè diſputat Dio. quàm aliter iſta interpres? qui etiam illa non intellexit, ὃ παρὰ μικρὸν ἀνεξέλεγκτον ἐστί. tirones facile aſſequentur ſi legerint quæ ad Theophraſti Characteres ſcribebamus, cum hæc verba interpretaremur è deſcriptione μικρολόγου hominis: ὅτι τὰ μικρὰ ταῦτα πολλά ἐστι τοῦ ἐνιαυτοῦ. ibi docebamus quid ſit ὃ παρὰ μικρὸν apud Ariſtotelem & alios. Placet τῶν παραδεξαμένων præ altera lectione. eos intelligit qui primi naſcentem morem admiſerunt, nec ſe illi oppoſuerunt. deinde ſcribe, ἀλλὰ τοὐναντίον μᾶλλον· τὸ γὰρ πρῶτον γινόμενον οὐδὲ λαθεῖν ἀδύνατον τοὺς τότε· καὶ ταῦτα, οὐ φυλαττομένων ἔτι τῶν τοιούτων. nemo poteſt ambigere quin rectè negatio reſtituatur ante φυλαττομένων. ſed mihi ea vox ſuſpecta: bis enim quodammodo idem dicere videtur per hanc lectionem. friget ſane ſententia. acutus lector viderit num ſit potius ſcribendum, καὶ ταῦτα οὐ πολλῶν ὄντων ἔτι τῶν ποιούντων. *cum præſertim rari per initia eſſent qui hoc facerent*. prorſus hanc coniecturam firmat quod ſequitur continuò: τὸ δὲ ἐκ πολλῶν συμβαῖνον. εἶτα τοῦ μὲν ἑτέροις Pag.354.
βλάψοντος, ἐπειδὴ μετὰ ταῦτά ἐστι. cum adeo ſit Dioni familiaris vſus vocis εἶτα cum increpandi vim habet: miror interpretem aliter heic accepiſſe, & totius loci ſententiam corrupiſſe. Senſus eſt: Si diis auctoribus cognoſceretis inſtitutum aliquod venturis annis nociturum eſſe Reip. veſtræ, omnino ab eo abſtineretis. Ergo, qui rem aliis, non vobis, hoc eſt, poſteris veſtris nocituram non negligeretis, quia id futurum ſit: quod cum iniuria veſtra vel maxima eſt coniunctum, id negligetis, quia olim cepit? acumen ſententiæ in illis maximè poſitum: ἐπειδὴ μετὰ ταῦτά ἐστιν: & , εἰ πρότερον ἤρξατο. Quod ſequitur de ſtatuis à Nerone ſublatis ex vr- Pag.355.
bibus Græcorum, tangit Suetonius capite XXIV. Vſus Nero in eam rem opera Cratonis cuiuſdam: cui negotium dedit, vt omnes prouincias luſtraret, & omnes vndique ſtatuas detraheret. hoc diſcimus ex iſtis Dionis: ἴστε γὰρ ἃ Κράτων ἧκε μόνος, τὴν οἰκουμένην σχεδὸν ἅπασαν περιελθὼν τούτου χάριν. verùm prima verba conſtat eſſe corrupta: quib. ſine membranarum auxilio non poſſum ferre opem. Coniiciebam ſic fuiſſe initio ſcriptum, ex ipſis veſtigiis ſcripturæ: ἴστε γὰρ ὁ Στρατόνικος τὴν οἰκ. &c. καὶ τῷ δεῖνι, δι' ἣν δή Pag.356.
ποτε αἰτίαν, οὐκέτι εἰσὶν οἱ πρότερον. deeſt participium cui incumbant illa, τῷ δεῖνι. aliquis dicat, inquit, falsò dicere me, æreas veſtras ſtatuas fictilibus fragiliores: quippe illas τὸν ἥλιον φέρειν, id eſt durare adhuc, neque periiſſe. atqui non ſpectandum illud eſt, reſpondet Dio, ſi extent adhuc in rerum natura: ſed illud potius, quod per quorundam adulationem corruptæ, ad alios tranſeunt: & huic aut illi, quamcunque tandem ob cauſſam, inſcriptæ, id eſſe deſinunt quod prius fuerunt. μὴ γὰρ οἴεσθε Pag.358.
πρωτεύειν αὐτῆς, ἄνδρες Ῥόδιοι. adeo corrupti ſunt cæteri Græci, vt non

putare debeatis vos inter illos excellere: illis ſecundas à vobis obtinentibus. quin potius de illis ſic iudicate, quaſi non eſſent amplius, & omnis eorum memoria eſſet extincta. non igitur, præ cæteris laude floretis vos: ſed cæteris mortuis ſoli ſupereſtis. interpres non debuit aliam
Pag.359. comminiſci lectionem. προσέχοιτε αὐτοῖς pro ἑαυτοῖς. ὅτι πάρεστιν εἴς τινα πόλιν τῆς Ἀσσυρίας, ἢ τῆς Κιλικίας. Omnino ſubtracta negatione locus eſt deprauatus. nam auctoris hęc mens: inter alia ciuitatis Rhodiorum decora, illud eſſe vel præcipuum: quod quicunque appulerint ad eorum littus, ſiue illi Græci aut Romani, ſiue etiam Barbari fuerint, ſtatim ex ipſo aſpectu poſſunt iudicare, quamuis moneat nemo, non veniſſe ſe in aliquam Aſſyriæ aut Ciliciæ vrbem: ſed in eam quæ verè Græcorum ſit hominum. tanta εὐκοσμία vbique elucet. quo nomine etiam in ea quæ ſequitur multis laudantur Rhodij. vbi notabis illa verba: ἀλλὰ καὶ τῶν ξένων, ἐπιπλήττουσι τοῖς εἰκῇ βαδίζουσι. vt nemini mirum eſſe poſſit quod hic dicitur, neque obſcurum. Lege igitur ὅτι οὐ πάρεστιν. In fine deeſt aliquid iſtis, vt ſit
Pag.360. plena ſententia: ἐν πολέμοις εἴωθε καὶ τοὺς φαυλοτέρους ἐγείρειν τὸ κρατεῖν. An ſcripſerat. ἐν π. εἴωθεν ὁ κίνδυνος καὶ τοὺς φ.

XXX. Notæ & caſtigationes in eam quæ habita eſt Alexandriæ. Sors Apollinis Athenienſibus data: immitterent puerorum auribus τὸ κάλλιστον. *parodia ex Homero.* δῆμος πνυκίτης *vel* πυκνίτης. *Cynici veteres. magiſtratus* ἰατρῶν ἰσχυρότεροι. τὸ τῆς τιμωρίας σκληρόν. ἄνθρωπος οὐδεὶς οὐδαμόθεν. *dictum idem iactatum de Romano populo & Alexandrino: nihil eos curare præter panem & Circenſes.* χόρτον παραβάλλειν. μίξεις *&* ἀνακράσεις *populorum.* πεζὸς ἐν τοῖς λόγοις. *Æthiopes* ὑπόρτυγοι. παρειμένως ἀμιλλᾶσθαι. ἔσωσε. κατεάξαντες τὸ σεμνὸν τῆς ἁρμονίας. κνυζηθμός. *Taraxippus in circo Olympico.* παραπαίειν.

INTERROGARVNT aliquando Athenienſes Apollinem, quid facto opus eſſet, vt ciues ſuæ vrbis boni viri eſſent: tulerunt autem reſponſum hoc: *immitterent in puerorum aureis* τὸ κάλλιστον: nimirum hoc voluit λόγιος ille vates: iuuentutis aures ſcientiis & bona diſciplina eſſe inſerendas. hoc ille vocabat τὸ κάλλιστον. *rem omnium pulcherrimam*, vel *optimam*. Athenienſes verò, inquit
Pag.361. Dio, τρήσαντες τὸ ἕτερον, χρυσίον ἐνέβαλον, οὐ συνιέντες τοῦ θεοῦ. quis poteſt dubitare quin ſcripſerit auctor, τρήσαντες? *altera aure perforata aurum immiſerunt*: hoc eſt aureas inaures appenderunt. In parodia Homericorum verſuum ſcribe ſic iſtum verſum: Ἤγαγον μέγα νεῖκος ἀπαιδεύτοισι θεαταῖς. vel certè, μέγαν οἶτον. pro quo perperam ſcripſerunt μέγαν οἶκον. non ſunt autem ex vno tantum loco petiti hi verſus: nam hic, Μῖμοί τ' ὀρχησταί τε χοροιτυπίῃσιν ἄριστοι, eſt factus ex iſto vltimo libro Iliadis: Ψεῦσταί τ' ὀρχησταί τε χοροιτυ-
Pag.362. πίῃσιν ἄριστοι. reliqui ex aliis libris. Ariſtophanis verſus eſt in Equitibus, Δῆμος πυκνίτης, δύσκολον γερόντιον: quo iudiciorum frequentiam quæ celebrabantur in Pnyce, populo φιλοδικαστῇ exprobrat in os. veteres critici ſcri-

pſerunt πυκνίτης familiari literarum metatheſi in deductis à Πνύξ, vt obſeruat ſcholiaſtes. ex his vides errorem interpretis. Scribe, ἀλλὰ μὴ βαρύνεσθαι, κἂν ἄρα δυσωπῆσθε, ἐξεῖπεῖν, πηνίκα παύσεται; barbarum eſt enim ἡνίκα cum interrogatione. Cynicorum turbam multam fuiſſe Alexandriæ ſcribit Dio, οὐδὲν μὲν τοι γε καὶ ἀγεννὲς ἀνθρώπων, οὐδέν, ὡς εἰπεῖν, ἐπισταμένων. repete τὸ ν ex fine præcedentis dictionis ac ſcribe, νωθρῶν μὲν τοί γε, καὶ ἀγεννῶν ἀνθρώπων. eſt autem locus hic egregius aduerſus cynicos: quibus vſi veteres ſapientiæ magiſtris, cum eſſent omnis ſpurcitiei, arrogantiæ, ignorantiæ & impudentiæ & re & verbo doctores. Scribe, ἀλλὰ ἓν ἢ δύο ῥήματα εἰπόντες. cum ait, μὴ οὕτω οἴεσθε χειμαζομένων μόνον ἐπιμελεῖσθαι τὸν θεόν: reſpicit ad μαντικὴν τὴν δι' ἐγκοιμήσεως, & inſomnia incubantium. Homeri verſus eſt è Necyia quem vſurpat Dio, Ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖτε Τεθνᾶσι, de Caſtoribus. Vidit interpres hæc eſſe corrupta, οἱ δὲ τοιοῦτοι παρ' ἑτέρους ἴασιν, ἰατροὺς οὐκ ἔχοντες ἰσχυροτέρους. ſunt enim haut dubiè: ſed longe petita medicina quam ille adhibet. hoc enim vult Dio: eos qui λόγῳ & ratione curari nolint, alia via ſanari: per eos nempe medicos qui vim poſſint facere, & cogere. magiſtratus intelligit, vt ſtatim declarat: quos vocat heic medicos valentiores. Iam ex his conſtat, pro οὐκ ἔχοντες ſcribendum eſſe ἀνέχοντες, experientes, ferentes. *cæteri ad alios vadunt, medicos tolerantes vehementiores & duriores:* ἴασιν dixit, pro ire coguntur, deducuntur. Vltro enim ad ſuppliciũ it nemo. fortaſſe verbum deſideratur vnum, & ſcribendũ, παρ' ἑτέροις ἴασιν θεραπείαν. *ſanitatem apud alios nanciſcuntur.* Cum autem ſtatuantur vitiorum medici duorum generũ: alteri qui oratione ac ratione ſanent: alteri qui ferro & exactione pœnæ: ſubiicit, δεῖ μὲν οὖν ἑκατέρων ταῖς πόλεσι, πολὺ δὲ ἐπιεικεστέρων, τῶν ἐν ταῖς ἐξουσίαις. interpres legit ἐπιεικεστέροι. vertit enim *humaniores.* Ego proculdubio ſcribo, vel ἐπιδεέστερον. *minus illis indigent:* vel potius πολὺ δὲ ἐπιεικεστέρων τῶν. *vtriſque opus habent ciuitates: ſed illis mitioribus, penes quos eſt animaduerſionum poteſtas.* annon hoc ipſum eſt quod ſequitur ſtatim? magiſtratus benignos eſſe debere: at philoſophos πικρούς. ſemper enim veritatis oratio & eius qui vitia caſtigat eſt acerba. idcirco Perſius: *Sed quid opus teneras mordaci radere vero Auriculas?* huius rationem reddit, addens: τὸ μὲν γὰρ τῆς τιμωρίας πλῆρες ἀπόλλυσι· τὸ δὲ τοῦ λόγου πικρὸν σώζειν πέφυκε. non placet nobis illud πλῆρες. & quis dixerit, obſecro, cum interprete, *ſupplicij plenitudinem*? puto librarios ſuo illo more quem in Pandectis Piſanis videmus, literam σ quæ vocem vnam finiebat alteram inchoabat, ſemel ſcripſiſſe. quo poſteà non animaduerſo, ſecutæ ſunt aliæ deprauationes neceſſariæ. Lego, τὸ μὲν γὰρ τῆς τιμωρίας σκληρὸν ἀπ. facilitati iudicis in remittenda pœna, opponit τὸ σκληρὸν καὶ ἀπαραίτητον. hęc certa, meo iudicio, coniectura: poſt hæc de Alexandrinis ait. κινδυνεύει μέν τοι πολλή τις εἶναι ἀπορία ὑμῖν τῶν ὕστερον ἐπισταμένων. Lego ex præcedentibus, τῶν τὸ ἕτερον, vel θάτερον ἐπιστ. *alteram medendi viam:* eam nempe, quæ fit ratione & oratione. interpres τὸ ὕστερον. quod eodem modo exponi debet. Mire ſe extenuat cum ait, ἐγὼ δὲ ἄνθρωπος οὐδεὶς οὐδαμόθεν. non ſatis illi fuit ἄνθρωπος οὐδείς, hoc eſt, ἄνθρωπος τὸ μηδέν, vel οὐδάμινος: ſed addit οὐδαμόθεν. quaſi dicas ſinelare & ἀνέστιος. Ait, οἷς πάντας ἐκπλήττετε, καὶ πανταχοῦ πάντων ἀεὶ κρατεῖτε, καὶ

Pag. 363. Pag. 364. Pag. 365. Pag. 366. Pag. 367.

ἰδιώτην καὶ βασιλέα. oratio eſt ἐλεγχοφανής: ſed retulit auctor illa, ἰδιώτην καὶ βασιλέα, non ad propius verbum περίεστι, verum ad remotius ἐκπλήττετε.
Pag.370. Refert Dio cuiuſdam de Alexandrino populo dictum: τὸ δὲ Ἀλεξανδρέων πλῆθος τί ἂν εἴποι τις; οἷς μόνον δεῖ παραβάλλειν τὸν πολὺν ἄρτον· οὕτω γὰρ εἰρῆσθαι πολὺ βέλτιον· καὶ θέαν ἵππων. ſed auctor huius dicti verbo duriore vſus erat, quod molliendum ſibi duxit prudens orator, ne audientium aureis offenderet. ideo ait, οὕτω γὰρ εἰρῆσθαι βέλτιον. noli dubitare vocem quam refugit eſſe χόρτος: cum dixiſſet ille neſcio quis: οἷς μόνον δεῖ παραβάλλειν πολὺν χόρτον. quaſi de iumentis loqueretur de induſtria hoc verbi poſuerat: quod tamen eo tolerabilius, quia verbum χορτάζεσθαι vulgò etiam de hominibus vſurpabatur, ab iis qui τὴν ὀρθότητα τῶν ὀνομάτων minus curarent: de quo legant tirones quæ ſcripſimus in Animaduerſ. ad Athenæum libro III. cap. XXI. Porro quod iſte de Alexandrino, alij de Romano populo dixerunt: nihil eum curare præter duo illa, Panem & Circenſes. Iuuenalis in decima:

——qui dabat olim
Imperium, faſces, legiones, omnia, nunc ſe
Continet, atque duas tantum res anxius optat,
Panem & Circenſes.

Pag.371. Ait, περὶ τοῦ δεῖν ἀκούειν καὶ μὴ πείθεσθαι λόγων. interpres legit, καὶ μὴ ἀπωθεῖσθαι λόγους. ſententia aut hanc aut ſimilē ſcripturam poſtulante. an ſcripſerat, ἢ
Pag.372. γλίχεσθαι λόγων? Ait, τήν τε θάλατταν τὴν καθ' ὑμᾶς ἅπασαν ἐκδέχεσθαι: non eſt plena oratio: videntur nonnulla deſiderari; vnde eſt τὸ ἀκατάλληλον τῆς συντάξεως, quod eruditus lector in his & ſequentibus obſeruabit. Suſpecta etiam vox ἀνακρίσεις paullo poſt: neque video quomodó ſententiæ conuenienter exponi queat. Græcis dicuntur μίσγεσθαι & ἀνακεράννυσθαι populi qui commercia inter ſe communicant. puto ergo ſcribendum, ἀνακεράσεις. referendum ad illud quod non multo antè dicebat: Alexandriam conuenire mercaturæ cauſſa homines ex omnibus fere orbis partibus: quos ipſa redderet quodammodo ὁμοφύλους. Scribe, οὐδ' ἂν περὶ ἰχθύων
Pag.373. τὴν πόλιν ἐπαινῇ. πόθεν; vide tmemate ſuperiore. Ait, τὰ δ' ἡμέτερα φαῦλα ἢ πεζὰ ἐν τοῖς λόγοις: *noſtra vilia ſunt, & pedeſtria in ſermonibus.* huc faciunt quæ de pedeſtri ſermone obſeruabamus ad Trebellij Pollionis XXX. tirannos. Videre eſt Alexandriæ, inquit Dio, non ſolum Græcos, Romanos, Syros, Afros, Cilicas, οὐδ' ὑπὲρ τοὺς ἐκείνους Αἰθίοπας, οὐδ' Ἄραβας. ineptum eſt, ὑπὲρ τούς. interpres ὑπὲρ αὐτούς. poteſt defendi, cæterùm Dio ſcripſerat, niſi fallor, οὐδ' ὑπερτάτους ἐκείνους Αἰθ. ex re ipſa, & Homeri verſu. Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν. Dionyſius periegetes, -ὑπείρεοιο πανύστατοι Αἰθιοπῆες. Probo priorem lectionem, ἃ καὶ μικρὸν ἔμπροσθεν εἶπον, τὰ τοῦ Νείλου. aut certè, περὶ τοῦ N. non παρά. Contrario errore peccatum in
Pag.375. iſtis: οὐ γὰρ περὶ τούτου οὔτε τῶν ἵππων οὐδεὶς δραμεῖται βέλτιον, οὔτε χεῖρον ᾄσεταί τις τῶν ᾀδόντων. nam παρὰ τοῦτο ſcribendum eſſe conſtat. *propterea*, id eſt pro-
Pag.376. pter ſilentium veſtrum, & vt ait, ἂν εὐφημῆτε ὑμεῖς. Diſtingue, καὶ πολλάκις ἀηδεῖς ἔδοξαν; μὴ τὰ ὦτα ἐπαλήλιπται τῶν ἐκεῖ; cur acroamata audiuntur extra theatrum ſimiliter vt cæteri, neque furentes auditores reddunt, vt

vos

vos fueritis in theatro: quin etiam diſplicent aliquando? an cæterorum aures cera oblitæ ſunt atque obturatæ, veſtræ ſolæ patent? Mox ſi ita ſcripſit, παρὰ τοὺς νόμους ἀμυνάσθαι προθέμενος, interpretandum eſt, dum ir ſe perditum vindictam quærens acceptæ iniuriæ, modo illegitimo. ſed exiſtimo ſcripſiſſe auctorem, προσθέμενος, aut προελόμενος. Deinde ſcribe, ὁ δὲ χειρουργῇ μόνον, καὶ ἀνοίᾳ δυστυχεῖ διὰ φθόγγον, καὶ κ. & mox, illa, καθάρματος ἀγεννοῦς καὶ ζῶν οὐκ ἀξίου, de pſaltria accipe, vt per appoſitionem dicta. ita omnia erunt plana: at quomodo accipiuntur ab interprete, non eſt ἄδηλος ὁ λόγος. ſed fallitur. vt etiam in iſtis, νὴ Δία, τὸ γὰρ πρᾶγμα ἐστὶ φύσει τοιοῦτον; nec videt ſub perſona populi Alexandrini hæc dici: ſuam ἀκοσμίαν & petulantiam in theatris excuſantis: quaſi eſſet ita comparatum natura, vt ſpectaculo aliter intereſſe poſſet nemo: quod refellit Dio. Corrige, ἀλλὰ τὸ βαδίζειν, ὃ κοινόν ἐστι καὶ ἁπλούστατον δήπουθεν, τοῦ μὲν ἐμφαίνει τ. faciunt huc quæ de modeſtia inceſſus apud Græcos dicebamus ad Athenæum libro primo, cap. XVIII. Ait, ἢ πεσών τινα ἔσωσε. minus ridicule errant, qui verbum hoc deducunt à σώζω: cum ſit ab ἐσώθω, *impello*. ſed poſtulat Helleniſmus ſcribi potius ἔωσε. atque ita corrige. Cogitemus de his, ὥσπερ αὐτοῖς συγκεκραμένον, ἐμμελὲς γὰρ καὶ μέτριον. Scribe, ἀναβλύζει, non ἀναβλύζειν. & aliquanto poſt, διαστρέψαντες καὶ κατάξαντες τὸ σεμνὸν τοῦ μέλους. non διαστρέψαντες. poteſt verò κατάξαντες eſſe à κατάγω deorſum traho, deiicio. eſt autem κατάγειν τοῦ μέλους τὸ σεμνὸν ſeueræ muſicæ harmoniam in humiles concentus amatoriarum cantionum vel ſimilium nugarum mutare. alioquin non neſcimus κατακεκλασμένα μέλη, & fractam vocem quid appellent probi ſcriptores. quare interpres qui deduxit à κατάγνυμι, & accepit pro κατεάξαντες, non ſine ratione id fecit: cum præſertim ſequatur, ὥσπερ κακοὶ καὶ πονηροὶ μάγειροι συντρίψαντες τοὺς νόμους. Mendosè ſcriptum κυζηθμοῖς καὶ ὑλεγμοῖς εἰκάζετε. pro κνυζηθμοῖς καὶ ὑλαγμοῖς. canum eſt proprius ὁ κνυζηθμός. Nicander, Κνυζηθμὸν κυνὸς οὖλον ἐπώτριυνε θυμολέοντος. At de Lacedæmoniis, ὡς οὐκ ἐφοὶ προσηνέχθησαν ἀνδρὶ κιθαρῳδῷ. hic eſt Timotheus tibicen nobilis. vide Athenæum, & quæ ibi adnotamus: nam Dio ad decreti verba reſpicit, quod ibi exhibemus. Scribe, χαλεπῶς ἂν οἴομαι ἐσώζεσθε. Sequitur, εἰς ὑποψίαν αὐτοὺς καθ' ὑμῶν αὐτῶν ἠγάγετε, ὥστε ἐπιεικεστέρας χρῄζειν φυλακῆς ᾠήθησαν. contrarium ſententia poſtulat eius quod ſignificat vox ἐπιεικεστέρας. nam ſi in ſuſpicionem rerum nouarum venerunt Alexandrini, oportuit Romanos accuratiore cuſtodia ſibi ab illis cauere, & firmiore præſidio vrbem eorum munire. quare ἐπιμελεστέρας aut ἀκριβεστέρας verius fuerit. Poſtea, οἱ δ' ἐπὶ τοὺς ὅρμους ᾔεσαν, ὥσπερ ἐν ἑορτῇ ποιούμενοι, lego πιόμενοι, *potaturi*. cauponæ & thermopolia multa in ea vrbis parte quam deſignat. De Taraxippo cuius paullo poſt meminit, omnem hiſtoriam refert Pauſanias libro altero Eliacorum. ſed mirum potuiſſe interpreti probari tam ridiculam lectionem, ἐστὶν Ὀλυμπίασι κατὰ Νεμέαν τὸν ἱππόδρομον. quid abſurdius quam Nemeum circum Olympiæ collocare? nam Nemeæ quidem nullus fuit Taraxippus, qui genius in aliis Græcorum circis colebatur. Scribe vt emendatum eſt in ora libri, κατὰ μέσον τὸν ἱππόδρομον. ſitum Taraxippi in circo Olympiæ declarant iſta Pauſaniæ. παρεξιόντων τοῦ ἱπποδρόμου παρήκου-

Pag. 377. Pag. 378. Pag. 379. Pag. 380. Pag. 382. Pag. 383. Pag. 385.

σιν εἰς πλέον τὴν ἑτέραν τῶν πλευρῶν, ἔστιν ἐπὶ τῆς μείζονος πλευρᾶς, οὔσης χώματος, κατὰ τὴν διέξοδον τὴν διὰ τοῦ χώματος, τὸ τῶν ἵππων δεῖμα ὁ Ταράξιππος. ex his rectè capias quod ait Dio, in medio circo Taraxippũ fuiſſe. Poſtea quam expoſuit Dio Aiacis immodeſtiam, in ſpectando certamine curuli,
Pag. 386. & quanta illius fuerit in cætera quoque vita inſolentia, addit: τοῦτο μὲν οὖν τοιοῦτο παράδειγμα κακίας καὶ ἀνοίας, ὁμοίως ἐκ τῶν τοιούτων ἀνθρώπων, τοῖς παρ' ὑμῖν. ſequentia verba quibus explicatur quantum inter iſtos petulantes Alexandrinos & Aiacem virum fortiſſimum, ſed inſolẽtem, eſſet diſcriminis, vincunt hęc eſſe corrupta. Lego, ὅμως δ' οὐ τῶν τοιούτων ἀνθρώπων, οὐδ' ὁμοίων τοῖς παρ' ὑμῖν. nec multo aliter interpres. παραποιεῖν valet παρῳδεῖν: nam ita ſæpius dici-
Pag. 389. tur: & παρῳδία, potius quàm παραποίησις. Ait, οὐδὲ γὰρ τὸ τοῦ Ξέρξου στράτευμα λαμπρότερον ἦν, πλὴν εἰ μή τις διορύττειν, ἢ διασκάπτειν, ἢ τοιοῦτον ἕτερον ἔργον περάττειν. deeſt neceſſarium verbum, θέλει vel διανοεῖ, aut ſimile. Cum in omnibus lo-
Pag. 390. cis febricitantes reperirentur, tamen Καυνίους μόνον παρείληφε, κἀκείνων ἐστὶ τὸ ὄνειδος. Hoc vere Dio. multa in hanc rem dici poſſent, quæ malo apud Stra-
Pag. 391. bonem legas libro XIV. Emenda mox, ὅτι κοινῇ ἐκτήσασθε τὴν φιλοτιμίαν: vt paullo ante, ὅταν κοινὸν γένηται τὸ πρᾶγμα. Interpunge & ſcribe, ἐπὶ τούτῳ οὐδεὶς ἐποίησε θαυμάζεσθαι διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. σκ. Scribe poſtea, μὴ οὖν καὶ ὑμεῖς κατὰ ζῆλον τὸν Ἀλεξάνδρου; καὶ γὰρ αὐτὸς αὐτὸν ἔλεγε Διὸς υἱὸν εἶναι. deinde, εἰς ταῦτα μὲν γὰρ
Pag. 393. οὐ δύνασθε ὑμεῖς ἀναλίσκειν. Scribe etiam, ὃ οὐ δήμου ἐπιτήδευμα· πόθεν; οὐδὲ πόλεως. vide in Rhodiacam. *Poſtremo ſic Alexandrinos adfatur Dio: Nolite, ait, committere vt locus vrbis veſtræ celeberrimus cui nomen Muſio, videatur temere, vt fieri amat in locorum appellationibus, ſic dictus: cum in veſtris moribus nihil ſit* μεμουσωμένον, *aut Muſarum dignum cognomine: ſed omnia turpitudinis & fæditatis plena.* Ait, καθάπερ οἶμαι καὶ ἄλλοι τὸ τοιμάτην προσαγορεύονται. Lege, καὶ ἄλλοι τόποι μάτην προσαγ. Scribendum,
Pag. 394. ὁ δὲ, οὐ γὰρ ἦν οἱ συνέσεις μουσικῆς. non ἡ συνέσεις. Quantum autem profecerit Dio hac opera ſua, declarat narratio huius hiſtoriæ in extremo. erat nimirum Alexandrinorum ingenium deploratum, nec vlla ratione aut præceptis ſanabile: quod omnis hiſtoria teſtatur, etiam eccleſiaſtica.

XXXI. Apollinis tridens. Αἰγαιεὺς *ſiue* Αἰγεὺς, *&* Αἰγαῖος. *Tarſenſes Phiſiognomonices periti multi.* χάλκεον φθέγγεσθαι. *Caneus. multa emendantur in Tarſica oratione priore.*

TRIDENTEM Neptuno attributum eſſe nemo ignorat: Apollinis tridens non lectus mihi alibi quàm in iſto Dionis loco: περί τε Περσέως καὶ Ἡρακλέους καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος τῆς τριαίνης, καὶ περὶ τῶν χρησμῶν τῶν γενομένων. manifeſto indicatur, eos qui panegyricas orationes de Tarſo componerẽt, multa ſolitos de iis omnib. dicere quæ hic nominantur. Perſeus ſanè Tarſi cõditor celebratur à nonnullis, vt etiam Solinus teſtatur: etiam de Hercule facile eſt cauſſam inuenire,

Apollinis tridens prorſus mihi,vt dixi,res eſt incõperta. Quare ſuſpicor legendum,τοῦ Ποσειδῶνος,Neptuni enim proprius tridens, vt cuiuſque cæterorum deorũ ſua geſtamina. Inter præclara Perſei facta,eſt Andromedæ liberatio: quã Neptunus ceto expoſuerat ob Caſſiopes matris offenſam. An igitur dubitas quin Tarſi encomiaſtę in reb. Perſei explicandis,vbi ad liberationem Andromedę ventum erat, de Neptuno & eius triente multa dicerent? Omnes æqui lectores fateantur probabilem hanc emendationẽ eſſe: quæ tamen mihi eo nomine minus probatur,quod Apollinis nomen fortaſſe ſit retinendum: cum conſtet inter præcipuos deos qui Tarſi colerentur,illum eſſe numeratum. Auctor inferius: Ἄγε δὴ περὶ τοῦ Ἡρακλέους,καὶ τοῦ Περσέως,καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τῆς Ἀθηνᾶς,καὶ τῶν ἄλλων θεῶν οὓς τιμᾶτε. vides Herculi & Perſeo Apollinẽ coniungi,vt heic: & hoc amplius Mineruam. an igitur etiam iſto loco ſcribendum ſic, τοῦ Ἀπόλλωνος τῆς τ᾽ Ἀθηνᾶς. equidem ſic malo. Non video quã lectionem ſit interpres ſecutus in iſtis,quę rectè diſtincta,ſunt luce ipſa clariora: οἳ πάντα εἰδέναι φασὶ,καὶ περὶ πάντων ἐρεῖν,ἣ διατέτακται,καὶ τίνα ἔχει φύσιν· περί τε ἀνθρ. qui ſe aiunt omnia ſcire, *&* de vniuerſitate rerum dicturos,quomodo ſit diſpoſita, *&* quam naturam ſortita: necnon de hom. Ait, πάνυ χαίρετε ἀπειρυσὶ ξυνείροντες τοσοῦτον ὄχλον ῥημάτων. ridicûlum, de auditore dici ξυνείρειν. ſcribe, ξυνείροντος. Qui Ariſtophani & Cratino iungitur Plato,nõ eſt filius ille Ariſtonis Philoſophus nobiliſſimus: ſed alius Plato inter ſcenæ poëtas nõ obſcurus. Ait, ἄλλος δέ τις ἰδὼν ὅσα δεινὰ καὶ δυσχερῆ,καὶ ὅτι δυσχερῆ,καὶ ὅτι μεστὰ π. dele illa, καὶ ὅτι δυσχερῆ. mox ſcribe, ἐπειδὴ ἑαυτοὺς μὲν ἐνόμιζον.κτλ. at ſtatim, ἐπειδὴ αὐτοῖς ἐνήχετο τοῦ μύθου,nõ facile dixerim quid reponã in corrupti verbi locũ. non placet enim,neq; ὠνείκατο,neq; ἐνείματο,nec vllum aliud cuius nũc mihi in mentẽ veniat. Scribe, καὶ ἐπινοήμασι δεινούς. non ἐπὶ νοήμ. & οὐδὲ τῶν συμμέτρων νήσων· πόθεν; οὐδὲ τῶν ἐγκάρπων· ἀλλ᾽ ἣν μόνον,ἐπαινέσαι θέλων,αἰτ. Ait de Macedonibus, οἱ νεωστὶ μὲν τὰ ῥάκη περιῃρημένοι,καὶ ποιμένες ἀκούοντες, &c. quomodo νεωστὶ cũ tot ſecula lapſa eſſent ab Alexandri æuo? Scribe, οἵ πως μὲν τὰ ῥ. Scribe etiam mox, οὐχὶ λιβανωτὸς οὐδὲ σμύρνα· πόθεν; οὐδὲ ῥίζαι,καὶ δ. antè expoſuimus. &, καὶ ῥυῇ θολερώτερος. deinde, καίτοι πολλάκις. &, ἀλλ᾽ οὐ σχεδὸν ἅπαντες. reſtituta negatione poſtea: μηδεμίαν ἐθέλοι ποιήσασθαι πρόνοιαν,ὥστε αὐτὸς ὑγιαίνειν. *nullam velit curam adhibere,vt ipſe valeat.* &, ἐπεί τις πάντας ὁρᾷ τοὺς ἐν τῇ νῆι κ. Mox, πλὴν ταῦτα μὲν ἴσως κοινὰ καὶ ὑμῶν ἐστι. interpres ἡμῶν. communia ſunt & nobis. ego ſcribebã, καὶ ἄλλων. communia ſunt aliis: hoc eſt fiunt & ab aliis qui nõ dormiunt. Ait, κἂν ἐπιστήσαντες διαφράττωσιν,ἀνέπνευσαν γοῦν ὅμοιον. *quod ſi animũ ſubitò aduertentes abſtineant præ pudore,reſpirant tamen ſimiliter vt ſi rhonchos ederent.* Tanta vis eſt inolitæ conſuetudinis,præſertim prauę: vt cum eam cupias ponere, non poſſis: imprudẽti enim obrepit,aut in aliud adfine vitium degenerat. ἐπιστῆσαι pro ἐπιστῆσαι τὸν νοῦν, quod perperã adeò cepit interpres,paſſim obuiũ. Ait, λόγω δ᾽ ὥσπερ κιθαρίστρια καλεῖται γυνή. ſcribendum, λέγω δέ. nullum autem à verbo ῥέγχω eiuſmodi nomẽ deducitur,vt à ποιῶ, ποιητὴς & ποιήτρια: quare circũlocutione vti coactus eſt Dio, cum rhonchatricẽ, vel vt Plautus loquitur, rhonchiſſatricem mulierẽ vellet ſignificare. Etiam Græca lingua, quæ omnes alias facilitate flectendi voces & nouandi longe anteit, interdũ tamen inops eſt, nec paria reb. nomina poteſt pręſtare: quod nõ ſemel philoſophi queruntur. de Athenodoro qui poſtea nominatur, conſule

Pag.395. Pag.396. Pag.398. Pag.399. Pag.402. Pag.403. Pag.404. Pag.407. Pag.408.

Strabonem: ex quo diſces quanta illius apud Tarſenſes fuerit auctoritas.
Pag. 409. Lege, μὴ γὰρ οἴεσθε, ὥσπερ ἑτέρωθι πολλάκις. &, κἄπειτα τοιαύτην φωνὴν ἀφιέναι. πόθεν;
δή. pro Αἰγεῦσι, ſcribendum Αἰγαιεῦσιν, vel Αἰγεεῦσι. Straboni Ægæa vrbs illa
Ciliciæ nominatur, in XIV. Dionis Caſſij, libri per ε ſcribunt, non αι. libro
XLVII. τοὺς Ταρσέας ἑκουσίους προσλαβὼν, φρουρούς τινας αὐτοῦ ἐν Αἰγέαις ὄντας ἐνίκησε.
minus rectè in Ptolemęi codicib. Αἰγαί. Obſeruabis duplicem ἐθνικοῦ for-
mã ab hac dictione apud Dionẽ. nam qui libro ſequente Αἰγαῖοι dicuntur
alij ab iſtis non ſunt. Ait, τὸ γὰρ ἐνθάδε δεινὸν τινὰ λέγουσιν εἴς τινα πόλιν τῶν αὐτὸ τοῦτο
ἔργον πεποιημένων, &c. etſi certiſſimũ eſt verbum deſiderari, vt ſit aliqua ſen-
tentia, emendatio tamen anceps: quia non vno modo *locus* poteſt cõſti-
tui. non male ſcribas, τὸ γὰρ ἐνθάδε δεινὸν τινὰ, ἤθεσι λέγουσιν εἰς τ. π. obſerua traie-
ctionem in voce δεινὸν, quæ iungi debet cũ illis, τῶν αὐτὸ τοῦτο ἔργον πεπ. fuiſſe
verò Tarſenſem, hunc de quo loquitur phyſiognomonem, & floruiſſe in
ea vrbe τῆς φυσιογνωμονικῆς ſtudiũ, teſtantur illa verba, τὸ γὰρ ἐνθάδε δεινόν: ſi mo-
do rectè illa accipias. Erat Tarſi ſchola philoſophiæ & vniuerſæ παιδείας
Pag. 410. ἐγκυκλίου celeberrima, vt ſcribit Strabo. Scribe, ἀλλ' οὐδενὸς αὐτῶν ἐστιν ἡ φωνή. In
& 411. veteris tragici loco de Hecuba in canem mutata, χάλκεον φθέγξασθαι, ſigni-
ficat durum & aſperum ſonum pro voce emittere, cuiuſmodi eſt latratus
canum καρχαροδόντων. alio ſenſu paullo poſt dicitur Stentor χάλκεον φθέγξασθαι
ἢ σιδήρεον: non propter vllam aſperitatem, *verùm ob vocis contentionẽ &*
magnitudinem. Scribe, ἐπακούομεν Ἰδαῖοι, Τένεδός τε περίρρυτος. vel περιρρύτη.
vt apud poëtam, νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ. Quod ſequitur, ὑπ' Ἐρινύων τινῶν τυπτόμε-
νος, μὴ διαστρεφόμενος, καὶ πάντα τρόπον διακλώμενος, πάντα βούλεται ποιεῖν, καὶ μηδὲν ὡς πέ-
φυκε: non ſimplicis emendationis eget. negatio primùm antè διαστρεφόμενος,
inducenda: etſi enim iſti de quibus loquitur, Tarſenſes inquã, figuram ho-
minum non perdebant, vt paullo antè dicitur: vult tamen auctor, furias
eorum torſiſſe vultum & deprauaſſe, atque ipſos ad mollitiem infregiſſe.
hæc perſpicua auctoris mens: vt taceam quod inſtituta comparatio cum
Hecuba, quam Furiæ in canẽ verterant, illud μὴ confutat. deinde illa, πάντα
βούλεται ποιεῖν, quid, obſecro volunt ſibi? ſed hoc nemo me docuerit: omnes
enim deeſſe aliquid intelligunt. Scribo, πάντα ἐναντία βούλεται ποιεῖν, *omnia con-*
Pag. 412. *traria vult facere, & nihil conuenienter naturæ ſuæ.* Lege etiam, μηδὲ χαμαιτύ-
πην, αὐτὸ τοῦτο χαμαιτυποῦσαν: nolo hæc pluribus exponere, ne te Pudor vio-
lem. deinde, περιιὸν, & mox, λάχνης, non περιιὼν, & ἄχνης. Loquens ſub finem
de mollibus vulſis, qui præter capillos, nullum ſibi toto corpore ſinebant
pilum creſcere, σκώπτεται δὴ, ait, καὶ καταγελᾶται παρὰ τοῖς σοφοῖς καὶ νέοις ἡ τῆς φύσεως
τέχνη. non ambigo quin lateat vitium in illis καὶ νέοις: etſi poſſe defendi non
diffiteor. Suſpicor Dionem ſcripſiſſe, παρὰ τοῖς σοφοῖς Καινεῦσι. *ludibrio habe-*
tur atque irridetur Naturæ ars ab iſtis ſapientibus Cæneis. quid poterat venu-
ſtius, quàm vt iſtos, qui omnia virorum indicia tãto ſtudio ſibi auferrent,
Cæneos appellaret? Cæneum Theſſalum de fœmina virum, mox iterum
fœminam eſſe factum ex poëtis & hiſtoria fabulari notiſſimum. Plato
quoque meminit huius in XII. Legum.

XXXII. Notæ ad poſteriorem Tarſicam: Argumentum orationis. Μαλλὸς *&* Μαλλῶται. νὴ Δία. λιμουργοὶ *apud Tarſenſes.* στρατηγὸς *Tarſenſium. Ionum pœna ob temerariam magiſtratus accuſationem.* ὡς κουφότατα ἕπεσθαι. Thines *paſcua controuerſi iuris inter Tarſum & Epheſum. corriguntur multa.*

MVLTA perperam ſcripta ſunt in poſteriore Tarſica; quæ non facile emendabit quicunque deſtitutus melioribus exemplaribus negotium ſuſceperit: aut otio non valde abundarit. quorum vtrumque cum impræſentiarum nos deficiat, vt ſæpe diximus, quantumcunque eſt quod ad emendationem huius libri contulerimus, ſperamus æquum lectorem boni eſſe conſulturum. Obſeruanda autem illorum temporũ eſt conſuetudo: per quam licuit philoſophis vel ſophiſtis, cum in aliquam Græcorum vrbem veniſſent, non ſolum de iis quæ ad mores pertinerent pro concione verba facere: verùm etiam publicis ſe immiſcere interdum negotiis, & quod è re ciuium iudicarent, ſuadere. Sunt eius argumenti aliquot è Dioneis orationes. Tarſi autem, cum ille eò venit, metus & periculi omnia erant plena. in vrbe, parum firma ciuium concordia: cum vicinis Mallotis atque aliis, qui ipſorum opibus inuidebant, acris contentio. ne cum præfecto quidem vrbis ſuæ, ſatis conueniebat illis tunc temporis: cuius animus eò ſuſpectus erat Tarſenſibus, quod ſententia quadam ab eo ſe fuiſſe læſos, palàm queſti eſſent. In hoc igitur rerum ſtatu, cum inopes conſilj eos videret Dio, tum forte ἐπιδημῶν: prodit ipſe in medium, & hanc apud illos orationem habet: qua non ſolum contra præſentia pericula remedium oſtendit: verùm etiam de praua eius Reip. adminiſtratione ſic diſſerit, vt vitia publica vnde hæc mala ſcaturiebant, conetur emendare. Ait, ὃ καταφρονεῖσθαί γε οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ οἷς αὐτῶν. ſcribe, ἀλλ' ἔστιν οἷς αὐτῶν. Et mutila & corrupta ſunt quæ ſubiicio: ὅθεν ταχὺ μεῖζον ἐγένετο ἡ πόλις. καὶ διὰ τὸ μὴ πολλοῦ τινα χρόνον διελθεῖν τὸν ἀπὸ τῆς ἁλώσεως. ſcribendum μείζων. at illa καὶ διὰ τὸ μὴ non pauca verba deeſſe arguunt: alioquin ſic poſſis concinnare: μείζων ἐγ. ἡ πόλις, πρὶν ἢ πολλοῦ τινα χρ. δ. pro ἐπιτύχωσι, lege, ἐπεὶ τύχωσι. Scribe, τὸ γὰρ πολλάκις ἐγκαλεῖν, ἤδη ποτὲ ἔδοξε τοῦ συκοφαντεῖν σημεῖον. qui philoſophi ſtilo aſſuerunt, quam vim habeat iſtud ἤδη in ſimilibus locis, non ignorant. hic interpres ſæpe, aut negligit eam vocem, aut vertit male: vt in ea ad Nicomedenſeis: ἤδη ποτὲ θέας μετελάβετε. *nempe aliquando ſpectaculo interfuiſtis.* at ille ſic: *Iam nuper ſpectacula recepiſtis.* abſurdè. Scribe ſemper Μαλλῶται non Μαλῶται. neque enim Malus, ſed Μαλλὸς vrbs hæc Ciliciæ omnibus veteribus appellatur. mox, καὶ ἀποστάσεως ἀρχὴν καὶ πολέμου. & αὐτοὺς περιβαλεῖν ἀτόπῳ τινί. &, ἀλλ' ἴσως ἔστι τι τοιοῦτον. deinde interrogationis nota ſublata, quæ totam peruertit ſententiam, iſta ſic corrige, ἄρτι δὲ ὑμεῖς γε τοῦ δοκεῖν ἐλαττοῦσθαι παροξυνθέντες, εἴπατέ τι· κἀκεῖνος προσῆλθε καὶ

Pag. 414. & 415.

Pag. 416.

Pag. 417.

χράψαι πρὸς ὀργὴν, καὶ ποιῆσαι τοῦθ' ὅπερ μὴ πρότερον. quid apertius iſtis ſic ſcriptis? at interpres deceptus paucarum adeo literarum deprauatione, peſſimè ſententiam totam peruertit. proxima verba inepta geminatione illorum νὴ Δία corrupta ſunt quæ ſic concipe: Νὴ Δία, ἀλλά γε τὰ τῆς πόλεως ὑμῶν αὐτῆς, καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους πῶς πρόσεισι; varie collocant Græci ſuum illud νὴ Δία, & ſimiles dicendi formulas, quibus elegantiæ magis conſulunt, quàm ſententiæ. Dio autem, vt iam ante monebamus amat ita periodos inchoare: quod librarij cum non obſeruarent, multa loca ſtultè deprauarunt. ſic ſtatim, νὴ Δία, ἀλλὰ νῦν ὡμολογήκαμεν: & paſſim apud omnes ſcriptores. Non ſtatim coire animos eorum, qui poſt longam diſcordiam conciliati videantur, vere ſcribit Dio: Tarſenſes admonens, vt ſinerent aliquantum labi temporis, priuſquam certam fiduciam mutuæ concordiæ ſumerent: de neceſſario igitur in eam rem tempore, hæc ille: εἰ δ' οὖν τοσοῦτον (melius τοσοῦτος, nempe, πρὶν ἂν διέλθῃ χρόνος.) ὅσον μὴ διαφέρεσθαι, μηδὲ ἐπ' αὐτὸ ποτε φθέγξασθαι, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχετε ὁρμήν. ſcribo, εἰ δ' οὖν, τοσοῦτος, ἐν ὅσῳ μὴ διαφέρεσθε μηδὲν ἔτι, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ φθέγξεσθε, καὶ τὴν αὐτὴν ἕξετε ὁρμήν. Ita ergo concordia tractu indiget temporis, vt firma ſit ac ſolida: at τὸ διενεχθῆναι, inquit, καὶ στασιάσαι, πρόχειρον, καὶ διὰ μικροὺς συμβαίνει πολλάκις. Lege, διὰ μικρὰ συμβαίνει. vel cum interprete, διὰ μικρὰν αἰτίαν. illud malo. ſic mox, διὰ μικρὰ συμπίπτειν. Diſtingue, μὰ Δί' οὐκ ἔστιν, εἰπόντας, οὐδὲ δόξαντας μετανοεῖν, εὐθὺς ἔχειν. Sequitur, ἴσως μὲν γὰρ συνταραττομένοις ὑμῖν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, μεγάλης τινὸς τοῦτο δεῖται θεραπείας, μᾶλλον δὲ εὐχῆς. ſcripturæ vitium arguunt iſta ἀλλὰ καί: nos autem certa ducti coniectura, ita corrigendum cenſemus, vt pro συνταραττομένοις ſcribatur, οὐ παρὰ μόνοις. ſic lege, & integerrimam præſtabo ſententiam. Scribe mox, οὐδὲ ἀτιμάζειν δή που προσήκει, οὐδὲ ἀπορρηγνύειν αὐτῶν. pro

Pag. 420. ἑαυτῶν, vt ſtatim μέρος αὐτῶν, & paſſim. Quærentibus Tarſenſibus à Dione, an omnes illos pauperes quos ipſi λινουργοὺς (ceu natos fruges tantum conſumere,) per contemptum vocabant, pleno ciuitatis iure cenſeret donandos. reſpondet: ναὶ, φημὶ, καὶ τῶν αὐτῶν αἰτίους. ego qui non capiam, quem poſſit heic locum habere vox αἰτίους, ſcribo, καὶ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦν. de quo neminem puto dubitaturum. Scribe, ἢ τέκτων ἐὰν ᾖ, οὐδὲν προσήκει ταῦτα ὀνειδίζειν. In proximis verbis hæreo: nam ſententia huiuſmodi aliquam lectionem requirit: Ἀλλ' οὐ τοῦτο μάλιστα τῶν ἐν τῇ πόλει, &c. obiter ſe in hunc ſermonem incidiſſe ait, cum de aliis potius eius Reip. vitiis dicturus acceſſiſſet. Mox diſtinguo & ſcribo: καὶ νὴ Δία, πιστεύειν ὑμᾶς ἄξιον τῇ παρούσῃ καταστάσει; ἢ κατ' ἀλήθειαν οἴεσθε νῦν συμπεπνευκέναι; Quod dixerat, non debere Tarſenſes præſenti ſuo ſtatui nimis fidere, quaſi penitus eſſet ſublata omnis diſcordia: ſimili elegantiſſimo illuſtrat, hoc modo: οἰκίαν γὰρ ἔγωγε καὶ ναῦν καὶ τἄλλα οὕτως ἀξιῶ δοκιμάζειν, οὐ τόπον σκοποῦντας, εἰς σκέπην νῦν, κἂν μὴ δέχεσθε τὴν θάλατταν. ἀλλὰ καθόλου πῶς παρεσκεύασται καὶ πέπηγεν. profectò voci τόπον nullus heic τόπος. quid? cenſen' ſanum futurum qui in exploranda nauis fabrica aliquam loci vbi ſit rationem habuerit? Aio ſcribendum eſſe, οὐ τὸ παρὸν σκοποῦντας, εἰ σκέπει νῦν, καὶ μὴ δέχεται τὴν θάλατταν. Equidem ait, nauem ſic explorandam cenſeo, non

præſens ſolùm ſpectantes, an defendat nunc aquam, & mare non admittat: ſed in vniuerſum quomodo parata ſit, & contexta. Scribe, δηλονότι τῷ μὴ δενηθῆναι. non τὸ μή. In iis quæ ſtatim ſequuntur, mendam indicare poſſum, non tollere. At iſtum locum, qui peſſime adfectus eſt, Pag.421. certo non arbitrario iure ita concinnamus: ἀλλ' ὅπως ἔμπειροι τῶν καθ' αὐτοὺς ὄντες, καὶ νῦν ἄμεινον βουλεύησθε· καὶ τὸ λοιπὸν, οὕτως ἀπαιτῆτε τὸν παριόντα, μηδὲν ῥᾳδίως ὑμῖν, μηδ' ὃ ἐπέλθῃ μηδὲν εἰδότι, εἰσηγεῖσθαι. *ſed vt ſtatus veſtri gnari, & nunc veſtris rebus melius conſulatis: & poſthac exemplo meo exigatis ab eo qui dicturus ad vos acceſſerit, vt nullius rei temere ſit vobis auctor, néve aliquid ſuadeat quod forte ignoranti veſtram Remp. in mentem venerit;* Emenda poſtea, ὁ δὲ στρατηγὸς οἴεται μὲν τὰ βελτίω φρονεῖν περὶ αὐτοῦ ὑμᾶς, ἀναγκ. Quid appellat τὰ ὄντα cum ait Tarſenſes inuidiæ eſſe obnoxios, τῷ πολλὰ τῶν ὄντων ἀπολαβεῖν δυνήσεσθαι. præterea δυνήσεσθαι ſit verius an δυνήσεσθε, quæ ad ſententiam plurimum differunt, non facile dixerim. ſed arbitror hoc velle: eo patere inuidiæ, quia potuerint damna quondam accepta ſarcire omnia. Lego igitur, τῷ πολλὰ τῶν ἀπολωλότων ἀπολαβεῖν δυνήσεσθαι. Scribe etiam, πόθεν; εἰ γὰρ ἦσ. *minime verò: nam ſi*, &c. De iis qui ad reip. adminiſtrationem accedunt ſcribit, τινὲς δὲ ταύτην ἐπιμέλειαν εἶναι νομίζοντες, αἱ χρήματα συμφορεῖσι, καὶ ταῦτα τῶν πολλῶν. Pag.422. vide num ſit rectius, τὴν ἀρίστην ἐπιμέλειαν εἶναι. & τῶν πολλῶν. nam οἱ πολλοὶ, plebis eſt vulgus, vnde magna pecunia congeri non poteſt. Reſtitue interpunctionem, in iſtis: μηδενὸς πάλαι ἀμείνους ὄντες· τὸ δὲ μέγιστον, διὰ μὲν τὸ βέλτιστον, καὶ τῆς πατρίδος ἕνεκεν, οὐ· λοιπὸν δὲ διὰ δ. Ait, τοιγαροῦν αἱ ἄνθρωποι χαίρουσι, κ. Caue putes recte habere τὸ χαίρουσι: nam Dio ſcripſerat, παρίασιν, in publicum procedunt, & conſiliis ſuis Remp. regunt. familiare verbum Dioni in hac præſertim oratione. Ibi, οὐδὲν ἀπὸ γνώμης ἀσφαλοῦς σωθέντες: malim συνιέντες. Ait, τὸ μὲν τοί γε Pag.423. παρ' ὑμῖν γιγνόμενον, τοιοῦτόν ἐστιν, οὐδὲ ἴσως ἐγὼ πυνθάνομαι τῶν πολιτευομένων τοῦτο ἔχειν προσηκόμενον, οὐδὲ ἔστιν ἔτι τῶν κοινῶν. quot heic mendæ? Lego, τοιοῦτόν ἐστιν οὐδέν· ὡς ἐγὼ πυνθ. τῶν πολ. τοῦτο ἔχων προσκείμενον ἀεὶ, εἰδέναι τι τῶν κοινῶν. Deinde, ἀπτόμενοι μόνον τοῦ πράγματος, ὥσπερ οἱ σπονδῆς θιγγάνοντες. Mox, ὁ λέγων eſt is qui tractat Remp. & conſilio regit: ſæpius vocat τὸν παριόντα: veteres Athenienſes nominabant demagogum. ſed locus Dionis miſere acceptus: quem ita lege ac ſupple: ὥστε νῦν μὲν ἐστιν οὗτος ὁ λέγων, ἢ ἐκεῖνος, καὶ εὐθὺς ἄλλος· εἶθ' ἕτερος· τὸν δὲ περὶ πεντήκοντα ἡμερῶν, &c. vel, οὗτος ὁ λέγων, κἀκεῖνος ἔτι, εὐθ. &c. Non longe poſt emenda, ἔχειν μὲν τοι τὸν φροντίζοντα τῆς ἀρχῆς Pag.424. τοὺς ἓξ μῆνας ἡγεῖσθε· μέζον τοῦτο γὰρ ὁ νόμος κελεύει· τὸν μὲν τοί γε πολιτευόμενον, τ. Pulcherrima ſimilitudo ſubiicitur, Reipubl. eorum conſiliis adminiſtratæ, qui ad tempus illam capeſſunt, cum ſint alioqui τῶν πολιτικῶν ἄπειροι παντελῶς: & nauis quam ventus impellat imbecillis ac ſtatim deſiturus: cuiuſmodi ſunt auræ matutinæ in ora repente excitatæ, aut ventus qui ex denſæ nubis diſſolutione ortum habuerit: οὔτε τῆς τοιαύτης πολιτείας, inquit, οὐδ' ἐκείνου τοῦ πλοῦ βέβαιον οὐδ' ἀσφαλὲς ἔχοντες οὐδέν. ſcribendum, ἔχοντος. addit: διαρκέσαι μὲν γὰρ ἄχρι παντός, ἢ διαστήματος, οὐχ οἷαί τέ εἰσιν αἱ τοιαῦται προσβολαί. non ſunt illa Dionis, ἢ διαστήματος: ſed ſunt pars gloſſæ appoſitæ iſtis, ἢ ἄχρι παντός. *ad finem vſque ſemper.* aliquis hoc interpretamen-

tum aſſuerat, πλοῦ ἢ διαφθήματος. Ait, ὅμως εἰπεῖν ἅπερ ὑπεσχόμην, ἃ γ. verbum deſideratur: βούλομαι ὅμως εἰπεῖν, & ὥσπερ ὑπεσχόμην, ἃ γιγνώσκω. Quæ deinceps ſequuntur obſcuriſſima erunt, niſi qui legent rem qua de agitur notam habuerint. Sciendum igitur, fuiſſe Tarſi ea tempeſtate, poteſtate ſumma præditum eum qui Dioni ϛρατηγὸς dicitur. etſi autem magiſtratus municipales tunc fere omnes ita reperiuntur nominati: hic tamen non à Tarſenſibus, ſicut alibi fiebat vt plurimum, ad id muneris fuerat electus: ſed ab Imperatore, aut præſide Ciliciæ, vrbi illi ceu prouinciæ metropoli, & opibus florenti, impoſitus. cum hoc non optimè vt initio diximus, conueniebat Tarſenſibus: verum hæc tacita quædam ſimultas potius erat, quàm apertum odium. Tunc verò cum in vrbe verſabatur Dio, in eum locum res erat adducta, vt de inſtituenda illius accuſatione apud principem deliberaretur. de hoc igitur quid ſibi videatur aperit orator: ſed verba illius expendamus: Ait, ἔσται δέ μοι περὶ πάντων ὁ λόγος: dabo, inquit, conſilium eiuſmodi, quo non ſolum erga hunc, ſed in vniuerſum erga omnes veſtros præfectos debeatis vti. Romanorum imperium ſignificat cum ait, τοὺς ἐν τοιαύτῃ καταστάσει τυγχάνοντας, ὁποία δὴ τὰ νῦν ἐστι παρὰ πᾶσι. Ait, οὕτω προσήκει φέρειν, ὡς μήτε πάντα ἀνεξομένους, καὶ τ. Summa conſilij Dionis eſt: debere Tarſenſes cum animis ſuis ſemel conſtituere: neque omnia ſibi ferenda eſſe, neque nihil. *grauiores igitur iniurias ſuorum præfectorum, potentia* abutentium, non tolerandas: *leues & mediocres ſilentio tranſmittendas. fruſtra enim, inquit, Minoem* aliquem aut Perſeum expectaueritis, qui veſtras iniurias eat vltum. iſti heroes Tarſi obſeruabantur, ceu numina quædam tutelaria. Sequitur: τὸ μὲν γὰρ ἐφ᾽ ἅπασιν ἄπιστον εἶναι τοῦ βοηθεῖν αὑτοῖς, ἀνδραπόδων ἐστὶ καὶ δυσχερές· εἰ μηδεὶς ὄκνος μηδὲ ὑποψία καταλειφθήσεται τοῖς ἀγνωμονοῦσι. hiſce verbis priorem partem conſilij ſui confirmat, de non ferendis omnibus prorſus iniuriis præfectorum. rationem affert veram & grauem: *nam in totum priuari poteſtate defendendi ſe, ſeruorum eſt, ac periculi plenum: ſi nullus metus nulla ſuſpicio relinquatur* præfectis *delinquentibus.* quis poteſt ambigere quin hæc Dionis ſit mens? pro ἄπιστον, quam vocem corruptam, perperam conatus eſt interpres ſententiæ aptare, lego, οὐ κύριον. ſed non diſpliceat literæ vnius mutatione ſcribi ἄπυστον. hoc eſt, ſic ſe gerere, vt nunquam dicaris auſus eſſe te defendere, & vlciſci. Thucydides dixiſſet, τὸ ἄτολμον εἶναι τοῦ βοηθεῖν αὑτοῖς. non audere vim à ſe depellere. Subiicit de altero conſilij

Pag.425. ſui membro: τὸ δὲ πλῆθος ἀπεχθάνεσθαι, καὶ πάντα ἐξετάζειν, οὐχ ὑπὲρ ὑμῶν ἐστιν. *at committere vt populus in odium veniat, & in omnia inquirere, è re veſtra non eſt.* hic lectionis huius ſenſus: mihi verò ſuſpecta vox eſt πλῆθος. fortaſſe ſcribendum πλείοσι vel πολλοῖς: *plurium præfectorum odium ſibi conciliare.* quod neceſſe eſt, ſi vel minimas præfectorum iniurias paretis vlciſci. ſed vulgatæ lectioni fauet, quod non multo poſt ſequitur: καὶ μὴ πλῆθος ἄδικον, μηδὲ ἀλόγιστον ὄχλον ὑμᾶς νομίζωσιν. Scribe, ἐὰν γὰρ ἀλόγως ἐνίοτε ἐγκαλεῖν δόξαιτε, καί τις ὑμῶν περιγένηται· (διὰ πολλὰς δ᾽ ἂν αἰτίας τοῦτο συμβαίη·) δέδοικα μὴ τελέως ἀποβάλητε τὴν παρρησίαν. *ſi eueniat, vt temere alicuius accuſationem inſtituiſſe videamini, & aliquis accuſatus à vobis fuerit abſolutus, (multæ autem cauſſæ ſunt cur hoc poßit accidere) vereor ne in totum libertatem hanc amittatis.* non eſt obſcu-

rum quid ſibi velint illa, διὰ πολλὰς δ' αὖ αἰτίας τοῦτο συμβαίη: iniquitatem enim iudiciorum, & incertitudinem perſtringit tacitè. Rarum eſt quod ſequitur exemplum & memorabile. Ait Epheſios ac reliquos Ioniæ populos, quod magiſtratum lege Iulia repetundarum temerè poſtulaſſent, pœnam hanc paſſos, vt libertas accuſandi ſuos magiſtratus in poſterum illis adimeretur, ſiue edicto principis, ſiue Romani ſenatus decreto. Hæreo in his: καὶ τὴν γνώμην εὐθὺς ἔχετε, ὡς πρὸς ἐχθρὸν καὶ ἐπιβουλεύοντα ὑμῖν περὶ οὐδέν· ἀλλ' ὡς προσνοεῖτε μηδὲν ἢ μὴ μ. neſcio quid ſibi velint iſta περὶ οὐδέν. ſequentis autem periodi prima verba ſic corrigo, ἀλλ' ὅν περ νοεῖτε. vel, ὃν δ' ἄρα νοῆτε. pendet à ſuperioribus illis, ἀλλ' ὃν μὲν αὖ κρίνητε. ineptiſſimè ſanè legitur ὡς προσνοεῖτε. deinde ſcribe, δι' ἣν δή ποτε δ' αἰτίαν μὴ νομίζετε ἐπιτήδειον εἶναι, τοῦτον μὴ ἐρεθίζετε. *Si quis eſt qui nihil aut non multum vos lædat, quem tamen certam ob cauſſam parum vobis fauere exiſtimetis, hunc nolite irritare.* Poſt hæc ſcribe, μετρίως δὲ ἐνοχλούμενοι, καὶ ὁρῶντες ἀνάγκην οὖσαν φέρειν ἢ τοῦτο, ἢ τούτου μεῖζον ἕτερον, σκοπεῖσθαι ὡς κουφότατα ἕπεσθαι. nullus eſt ſenſus in vulgata ſcriptura, qui in noſtra planiſſimus. ὡς κουφότατα ἕπεσθαι interpretor, onus impoſitum quàm fieri poteſt commodiſſimè geſtantem viam carpere. idem onus & commodius & incommodius poſſe geſtari, pro ingenio baiulantis, declarat Protagoræ hiſtoria, apud A. Gellium libro V. cap. tertio. verbo ἕπεσθαι alluſio fit ad ſeruos à pedibus, qui pæne ſequi ſoliti, ſæpe iniquo preſſi onere, vt dicebamus ad Theophaſtum. Scribe, καὶ λαμπρὸς ἔδοξε Pag. 426.
δύο τῶν ἡγεμόνων κατηγορήσας ἐφεξῆς, οἱ πολλοὶ νομίζουσι τοιούτου τινὸς ἔργου δεῖν αὐτοῖς. &, ἡγεῖσθε πολυτὸς εἶναι, non ἡγεῖσθαι. cum interrogatione. deinde, ὅλως τε καὶ πρὸς τοσούτῳ καταδεεστέρους. non ὥστε ὅλως π. Mutilum eſt quod ſequitur. μηδὲ τοὺς παροξυνοῦντας ὑμᾶς. deeſt enim verbum ἀκούετε vel ſimile aliud: quod & interpres vidit. Lege etiam, καὶ βραβεῦσαί τινα μᾶλλον αἱρουμένοις. non τινάς. *qui malint in aliqua re damnum accipere.* &, τίς γάρ ἐστιν ἡ τούτων πρόσοδος, ἢ λ. Corrige verò, εἰ μὲν οὖν διὰ τὰς Θῖνας ἔμελλε Μαλλὸς μείζων Pag. 427.
ἔσεσθαι τῆς Ταρσοῦ, καὶ π. *ſi propter* Thinas *futura eſſet Mallus maior Tarſo.* Θῖνες ſunt paſcua quædam ad illud littus quod medium erat inter Mallum & Tarſum: vel ad eum lacum ſiue paludem, cuius paullo antè meminit. ſic dicta propter littoris propinquitatem, & ſolum arenoſum. iſta paſcua & Tarſenſes ſibi vindicabant & Mallottæ. paullo poſt diſſimulatum eſt Malli vrbis nomen: cum eſſet ſcribendum, ὃ μεῖζόν ἐστι τοῦ εἶναι περὶ ὑμῖν καταδικάζεσθαι Μαλλόν. *quod maius fuerit, quàm ſi adiudicata fuerit vobis ipſa Mallus.* εἶναι περὶ ὑμῖν eſt quod Strabo & alij ſolent dicere συντελεῖν πρός. explicant ſatis verba Dionis ſequentia. ipſe in ea ad Nicomedenſes dixit, συντελεῖν εἰς τὸ περὶ ἐκείνοις δικαστήριον. Scribe, καὶ τό γε πρῶτον ἡγοῦντο οἱ Λάκωνες. primi imperium Spartani tenuerunt apud Græcos: fuit enim poſt Xerxis expeditionem tranſlatus ad Athenienſes principatus. interpreti fuit fraudi vulgatæ lectionis error, καὶ πότε. Diſtingue: καὶ μὴ βουλομένων ἄρχειν ἠξίουν, πολλὰ καὶ δυσχερῆ παθεῖν. nempe συνέβη: quod è proximo repetendum. Non clam me eſt, ait Dio, malè audire vulgò philoſophos, quorum prudentia lentitudo appellatur, & ſocordia in publicis negotiis gerendis, quæ ſit Reip. noxia. hanc criminationem ita diluit: Pag. 428.

ὥσπερ εἴ τις τὸν μουσικὸν βούλοιτο ἁρμοζόμενον, ἔπειτ' ἀνιέντα τῶν φθόγγων τινάς, καὶ πάλιν ἑτέρους ἀντείνοντα ὅπερ τὴν αὐτῶν. ſenſus eſt: qui propter mitiora conſilia philoſophos accuſant, perinde facere, vt ſi quis muſicum reprehenderet, quod phthongos alios remitteret, alios intenderet. quo quid ſtultius? cum aliter non conſtet harmonia. ſententiam indicaui: verba concinnabunt, quibus ad manum erunt meliora exemplaria. In fine ſcribe, Ἀλλ' ἔοικα γάρ: non ἔοικε.

XXXIII. Obſeruatiunculæ ad eam quæ habita Celænis. de eius argumento. Sacerdotes apud Celænæos, κύριοι τῶν δύο ἠπείρων.
Orgas *fluuius*, & Orbas. *Conuentus iuridici*
Celænis habiti alternis annis.

PHOTIVS quidem habitam Celænis in Phrygia orationem hanc vt præ ſe fert titulus, autumat: ego verò nondum conſtitui, pronuntiatámne credam in ea vrbe, an ſic ſcriptam quaſi eſſet pronuntianda: quod & in aliis Chryſoſtomi huius orationibus antè obſeruabamus. Sanè videtur ὁ λόγος ἐσχηματισμένος ea ſaltem in parte quæ eſt de laudibus vrbis illius. quis enim non videt ioco potius quàm ſerio inſtitutam comparationem illam cum regionibus Indorum? Sed non eſt, opinor, liber integer: quo difficilius eſt de ſcopo auctoris aliquid affirmare. Paucula ſunt autem quæ heic notanda nobis occurrunt. Ait, οὐδ' ἂν ἀφέλῃ τις τὰ ἀγάλματα. loquitur de aſino, quem negat equum poſſe fieri vllo commento aut arte. quænam autem hæc ἀγάλματα? neque enim puto ad ſignum matris Deûm quod aſino vehi ſolitum, reſpicit. Legebam, τὰ σάγματα. quanquam ſagmata vt & clitellæ non aſinorum proprie, ſed omnium iumentorum onera portantium. Scribe, εἴ τις αὐτῷ καὶ ἑτέροις δοκεῖ δεινὸς εἶναι. Sequitur, Ἀλλ' ὅταν φήμην καταλαμβάνῃ τινά, καὶ τοιοῦτος ἄρξηται λόγος ὑποτύφεσθαι. ſcribe, καὶ τοιούτοις ἄρξηται λόγοις ὑποτ. *& per huiuſmodi ſermones typho impleri ceperit.* hoc melius, quàm quod primò in mentem venerat, καὶ τ. ἄρ. λόγος, οἷος ὑποτύφ. *& eiuſmodi oratio fuerit inchoata, quæ poßit eum inflare.* Ait, ἀλλ' οὓς σοφοὺς ὑμῖν ἀποδεικνύουσι τρεῖς, ἤτε γὰρ ἀσκομήτας, καθάπερ τοὺς ἱερέας τῶν παρ' ὑμῖν. Lego, ἀλλ' οὓς σοφοὺς ὑμῖν (vel ἡμῖν) ἀποδεικνύουσι, τρεῖς ἢ τέτταρας κομήτας, καθάπερ τοὺς ἱερέας τοὺς παρ' ἡμῖν. Quæramus quinam illi ſint ſacerdotes Celænis, quos appellat τοὺς μακαρίους, τοὺς ἀπολύτων ἄρχοντας τῶν ἱερέων, τοὺς ἐπωνύμους τῶν δύο ἠπείρων, καὶ τῆς ἑτέρας ὅλης. ego nihil memini legere quo lucem afferam huic loco. Scribe, ταῖς δὲ κεφαλαῖς πλεκομένη σισύρας καὶ πίλους. Qui Dioni nominatur Orbas fluuius, eum Strabo & alij Orgam indigetant. Lege, ὃς ἑλίττων μυρίας καμπάς. notiſſimi ſunt Mæandri flexus. Vbi eſt editum, πρὸς δὲ τούτοις, αἱ δίκαι κατ' ἔτος ἄγονται παρ' ὑμῖν: interpres legit, παρ' ἔτος: *alternis annis.* ipſo Dione auctore, cuius verba lege paullo poſt. intelligit autem conuentus quos de more præſes prouinciæ habebat in præcipuis

(Margin notes: Pag. 430. beside "da nobis occurrunt"; Pag. 432. beside "tium. Scribe"; Pag. 433. beside "huic loco. Scribe")

ciuitatibus, cum iuriſdictioni in hibernis operam dabat. De longa Indo-
rum vita ſcribit, ζῶσι δὲ οὐ πλείω τετρακοσίων ἐτῶν. fortaſſe ſcripſerat, ζ. δὲ Pag. 435.
πολλοὶ, πλείω τετρ. ἐτῶν. ſic enim videtur ſermoni Dionis conuenientius.
Arbitror deeſſe aliquid cum ait de fonte veritatis, ἧς οὐδέ ποτε γεύσασθαι Pag. 436.
τοὺς ἐμπιπλαμένους. quid ſit autem ſupplendum diuinationis res eſt, non
coniecturæ. aliquid, credo, huiuſmodi vt ſi ſcribas, οὐδέ ποτε γεύσασθαι τοὺς
οἰήσεως ἐμπιπλαμένους. de felicitate Byzantiorum & in ſuperiore quadam
oratione meminit: res verò nota, ex geographis, Tacito, & aliis ſcri-
ptoribus.

XXXIV. Notæ ad Boryſtheniticam. de Boryſthene vrbe nonnulla & de fluuio Hypani. Alectoris arx. ἀλέκτωρ. τὰ ψύχεα ἀφηκότες. *poëtæ veritatis myſtagogi,* ἀμύητοι ὄντες. *Bacchanaliorum* σκηναὶ ἀκάλυπτοι. τρίοδοι. *imitatio Phædri Platonis.* χειμέρια. *fulgetra hieme.* παῖδες σοφῶν. ὑψηλὸς λόγος: μετέωρος λόγος. *mendæ multæ eluuntur.*

STATIM initio τοῦ Βορυσθενιτικοῦ λόγου ſitus oſtenditur vr-
bis Boryſthenis. in quo ſic cum hiſtoriæ patre Hero-
doto conſentit, vt videri poſſit ab illo deſcriptionem
mutuatus, niſi plane conſtaret ἀπὸ τῆς αὐτοψίας rei ipſum
notitiam habuiſſe. Adſcribam Herodoti verba, vt con-
ferant ſtudioſi: ἀγχοῦ τε δὴ θαλάσσης ὁ Βορυσθένης ῥέων γίνεται,
καί οἱ συμμίσγεται ὁ Ὕπανις, ἐς τὠυτὸ ἕλος ἐκδιδούς· τὸ δὲ με-
ταξὺ τῶν ποταμῶν τουτέων ἐὸν ἔμβολον τῆς χώρης, Ἱππόλεω ἄκρη καλέεται· ἐν δὲ αὐ-
τῷ ἱρὸν Δήμητρος ἐνίδρυται· πέρην δὲ τοῦ ἱροῦ ἐπὶ Ὑπάνι Βορυσθενῖται κατοίκηνται.
ad Hypanim collocat Boryſthenem vrbem: ſimiliter & Dio. at Strabo,
Plinius, Arrianus, Ammianus aliíque ad eiuſdem nominis fluuium Bo-
ryſthenem. Præterea Hypanim Boryſtheni miſceri conſentiunt Hero-
dotus ac Dio: alij ſcribunt propinqua eſſe horum duorum fluminum
oſtia. Itaque roſtrum illud ſiue ἔμβολον, & quaſi faſtigium literæ Δ, quod
efficitur concurſu Boryſthenis atque Hypanis, & promontorium Hip-
polaum, ſoli deſcribunt Herodotus ac Dio: ſed hic multa adiicit alia quæ
alibi nuſquam legas. Alectoris arcem in ipſo exitu Boryſthenis Hypa-
niſque ſitam, vulgo exiſtimabant, inquit Dio, ab vxore Sarmatarum re-
gis, nomen inueniſſe: hoc ideo, quia ἀλέκτωρ poëtis idem valet ac con-
iux, ἄλοχος. De antiquæ vrbis turribus ſcribit: partem veteris ambitus oc-
cupari ab vrbe noua: vbi ſpectarentur adhuc turres antiquæ, non tamen,
multæ: τὸ δὲ μεταξὺ, inquit, συμπέφρακται κατ' ἐκεῖνο, ταῖς οἰκίαις οὐκ ἐχούσαις
ὁποῖα διαλείπει. hæc ego non capio: videtur ſcribendum, ταῖς οἰκίαις συνε-
χούσαις, ὅπου τι διαλείπει. continuis ædificiis occupantibus quicquid eſt in-
tercapedinis inter duas turres. Scribe, καὶ νεὼς τὸν μὲν ἐν τῇ νήσῳ τῇ Ἀχιλλέως Pag. 439.
καλουμένῃ ἵδρυνται. non ἵδρυται. &, Μόνου γὰρ Ὁμήρου μνημονεύουσιν οἱ ποιηταί. item, Pag. 440.
ἄλλως γε οὐδεὶς ἂν, ἠνέσχετο B. niſi hoc eſſet, quod te vehementer amamus. Pag. 441.

Pag. 442. τὰ ξύλα ἀφηκότες dixit, pro eo quod vſitatius dici ſolet, τὰ ξύλα καθιέντες.
Pag. 444. Mox ſcribe, ἐάν γε καὶ ξύμπαν τὸ λογικὸν παραβάλῃ τις, ἀνθρ. ſed ad perfectio-
Pag. 445. nem ſententiæ deeſſe aliquid videtur. paullo poſt, ὧν δὴ κἀμὲ ὁρᾷς ὄντα, ἀεί ποτε ἐντυγχάνοντα τοῖς ἐκείνου, ὅπως ἂν δύνωμαι. Poſteaquam Roſoni reſpondit auctor, ſubiicit, ταῦτα δὲ εἰπὼν πρὸς ἐκεῖνον, οὐδὲν ἧττον ὑπ' ἐκείνου, καὶ
Pag. 446. ἀναφερόμενον ἔπη τινὰ, ἀναμνησθεὶς Πλάτωνός τε καὶ Ὁμήρου. quibus verbis ad ſuperiora hæc reſpicitur, quibus de ſe dicebat Roſo: νῦν ἐπεὶ ἧψα τῶν λόγων τῆς θείας διοικήσεως, αὐτὸς ἀνεπτέρωμαι δαιμονίως. ac fortaſſe heic quoque voce eadem fuerat Dio vſus, ſcripſeràtque, οὐδὲν ἧττον ἀνεπτερωμένον ἐκείνου, καὶ ἀναφ. Sequitur, τὸ μὲν δὴ τῆς πόλεως οὕτως ἔφην δεῖν ἀκούειν· καὶ οὐκ ἄντικρυς τὴν ἡμετέραν ζῷον τὸν κόσμον ἀποφαινομένων ἢ πόλιν. ſuſpicabar ἄντικρυς locum occupare verbi ἀνέχειν: ſed ſolùm articulo tranſlato ferri ſic poteſt: καὶ οὐ, τὴν ἄντικρυς ἡμ. mox, ἰσχυρὸν καὶ ἄλυτον εὑρίσκων. nempe ὁ λόγος: non εὑρίσκον. Quod dicebat B. Auguſtinus de paganis loquens, magnis ingeniis non defuiſſe reſplendeſcentiam veritatis, ſic enim loquitur: id ipſum de antiquiſſimis poëtis pluribus mox docetur à Dione: qui etiam addit, poëtas lucis hanc ſcintillam pro luce plena venditaſſe: & cum ſacris veritatis initiati non eſſent ipſi, auſos tamen myſtas ſe illius apud vulgus profiteri: Bacchanaliorum petulantiam potius imitantes, quàm legitima initia
Pag. 447. tradentes. hæc ita Dio: θαυμαζόμενοι δὲ ὑπὸ τῶν πολλῶν, ἐπεχείρησαν αὐτοὶ τελεῖν τὸν ὄχλον, τῷ ὄντι Βακχείων τινὰς σκηνὰς ἀκαλύπτους πηξάμενοι ἔν τισι τραγικαῖς τριόδοις. non rectè interpres Βακχῶν legit pro Βακχείων. at σκηνὰς ἀκαλύπτους quod è manu exaratis eſt adnotatum, ſine dubio in contextum recipiendum: nihil enim ſignificat Aldina lectio: neque vox Græca eſt ἀμαλόπτους: etſi ἀμαλάπτω probum eſt verbum. Moris erat ſub tentoriis vt plurimum, quædam feſta agitare: quod Bacchanalia celebrantibus optime conuenit. Baccho enim vita omnis acta ſub pellibus, vt nugantur poëtæ. Bacchantium autem vmbras, vti veteres appellabant, ἀκαλύπτους vocat, propter licentiam eorum ſacrorum: nam & obſceniſſima flagitiâ palàm, non intra ſua tentoria patrabant. ideo addit ἐν τριόδοις: quia in triuiis vbi purgamenta exponebantur, impuriſſimi quique viri fœminæque conueniebant, vt ad Theophraſtum atque Athenæum notare meminimus. Scribe, τὴν δὲ
Pag. 449. χρόαν λαμπρὸν αὐγῆς τῆς καθαρωτάτης. non αὐτῆς. Ait, καὶ λέγουσι Δευκαλίωνα βασιλεύοντα τότε σφίσιν ὑπαρχέσαι, πρὸς τῆς παντελοῦς φθορᾶς. Legebatur περὶ,
Pag. 451. quod fortaſſe poteſt ferri: at ſeruata πρὸς, ſcribendum, σφίσιν ὑπαρχέσαι πρὸς
Pag. 452. φυγὴν τῆς παντ. φθο. Infra quid intelligat quando ſcribit, ἅτε γε πλῆθος πανταχῇ κεχυμένος, οὐδενὸς ἐν αὐτῷ πυκνοῦ λειφθέντος, & quæ deinceps leguntur, non capio: & videtur deeſſe aliquid in libris noſtris eo loco: vnde obſcurior multo hæc allegoria redditur. Conferant verò ſtudioſi totam hanc allegoricam diſputationem cum Platonis Phædro: nam illum dialogum heic
Pag. 453. æmulatus eſt Dio. χειμέρια appellat τὸν καιρὸν τοῦ χειμῶνος; nunquam verò aut rariſſime fulgetra micant hieme. ideo ſcribit, οἷα ἐν χειμερίοις, ἐλαυνομένων βιαιότερον πολλάκις τῶν νεφῶν, διῆξε· nempe ἀστραπή. non recte editur, οἷαι χειμ. Deinde lege, τοῦτον ὑμνοῦσι παῖδες σοφῶν. non σοφῶς. notiſſimus Helleniſmus, vt παῖδες ἰατρῶν, quem vulgata ſcriptura corrumpit. ſtatim, οὐκ ἀπὸ τρόπου τὰ λοι-

τὰ λοιπὰ εἴδη ῥᾳδίως πλάττει. &, ἀλλὰ καὶ θηρίων σκύμνοι τῶν ἀγριωτάτων. non σκύμνος. Sub finem corrige, νήπιος μὲν οὐδένα χρόνον ἐγένετο, οὐδ' ἀσθενής. male enim omiſſa litera initiali ſcriptum ἤπιος: quia præcedens dictio in eandem literam deſinebat. Lego etiam, τὴν δὲ τότε μορφὴν τοῦ κόσμου, λέγω δὲ τήν τε ὥραν καὶ τὸ κάλ. &c. & poſtea: εἰ δὲ ἀτεχνῶς ὑψηλόν τε καὶ ἐξίτηλον ἀπέβη τὸ τοῦ λόγου σχῆμα. adeo leues mendas cogimur perſequi, quia magnum ſæpe ad ſententiam momentum faciunt. ὑψηλὸν λόγον heic appellat, non verè ſublimem orationem, ſed quæ abeat in fumum & inanem μετεωρολογίαν. ſic enim in XL. μετέωρον λόγον vocat, quem heic ὑψηλόν. Pag.454.

XXXV. Argumentum huius orationis. Mos honorandi peregrinos τῇ προεδρίᾳ. *Mos ſtatuas doctorum in bibliocheca ponendi.* διὰ χρόνων ἀγαπητὸς ἐπιφαινόμενος. ἄδραστος. *Pythagoras ſtatuarius. Perſeus alatus. Corinthus Neptuno & Soli ſacra. Herophila Sibylla. Dionis ab Herodoto diſſenſus.* φιλοκαλία. *Ellipſis Attica. Dionyſij ſtatuæ Syracuſanæ. Vetus dictum,* Omnia fert longa dies. ἀνάδαστος. ἐπαφρόδισια περὶ τοὺς λόγους. *Lyſiæ venuſtas. Corinthij* ἀφνειοὶ *&* ὄλβιοι *dicti. Demetrij Phalarei ſtatuæ. multæ mendæ caſtigantur.*

ADFINIS argumenti hæc oratio eſt cum Rhodiaca: de ſtatuarum enim honore, & iure diſſerit: cum Corinthiis expoſtulans, quod ſtatuam deieciſſent, vel alij conſecraſſent, vt mos erat eius ſeculi, quam ſibi aliquot prius annis poſuerant. Leuitatem hanc atque adeo iniquitatem populi illius, quà irridet venuſtè Dio, quà obiurgat acriter. Scires rem illi admodum viſam eſſe abſurdam, nec mediocrem ex eo indignationem concepiſſe: nuſquam enim nec facundior eſt, nec vehementior: vt merito ſuo inter eximias Dionis orationes hæc cẽſeatur à Photio: cuius iudicio & nos accedimus. Vbi ſcriptum, ἡμᾶς δὲ δὶς ἐπιδημήσαντας οὕτως ἀσμένως· *ἐπειδή γε ὡς ἂν μάλιστά με ἐπειρᾶσθε κατέχειν. non improbem, ἡμᾶς δὲ δή, potius quàm δίς. deinde, οὕτως ἀσμένως ὑπεδέξασθε. non vt aliis viſum, ἐστήσασθε: nam id ſtatim ſequitur. ſcribe etiã, ἀλλὰ κἂν τὴν εἰκὼ τοῦ σώμ. κἂν pro γοῦν, *ſaltem*. cum ait de ſua ſtatua, καὶ ταύτην φέροντες ἀνεθήκατε ἐς τὰ βιβλία, ὡς προεδρίαν. morem tangit, quem pluribus expreſſit in Rhodiaca: cum honos hic deferebatur peregrinis, vt ad conuiuium publicum, vel ad ſpectacula inuitarentur, atque ibi prima ſede eis cederetur, quod vocabant καλεῖν εἰς προεδρίαν. ſimilem ſibi habitum honorem refert Dio, cum ipſius ſtatua honeſtiſſimo loco & inter primas locata fuit in bibliotheca Corinthiorum. Sic Romæ in bibliothecis ſuis poſita ab Imperatoribus, & à priuatis quoque imagines doctorum tam neotericorum quàm veterum: poſtquam primo omnium Varroni hic honos ab Auguſto eſt habitus, de quo Plinius libro VII. cap. XIX. ſed attendenda locutio Dionis mendo non carens, ὡς προεδρίαν, pro ὡς δόντες προεδρίαν. vel, ὡς ἐς προεδρίαν. Melius, ᾤεσθε τοὺς νέους προκαλέσεσθαι τὴν αὐτῶν ἡμῖν ἐπί. & ſtatim, hoc, ait, tanto honore me affeciſtis, non vt hominem vnum Pag.456.

è multis, aut vt mercatorem quotannis ad vos commeantem, aut vt theorum, qui ſacrorum vel publicæ alicuius feſtiuitatis gratia veniſſem, neque vt legatū, aut qui forte per veſtrā vrbem tranſirem: ἀλλ' ὡς μόλις διὰ μακρῶν χρόνων ἀγαπητὸν ἐπιφαινόμενον: *ſed vt eum, qui ſi poſt longa temporum interualla ſe conſpiciendum vobis dederit, bene vobiſcum agi putetis.* ita ſcribe atque inter-
Pag. 457. pretare. χαλκὸς ἄδραστος, nō eſt, *ferrū intractabile* ſed *quod fixū hæret neque vſquā fugit.* Pythagoras qui Perſeum alatum fecerat, chalcoplaſtes eſt ille nobilis de quo Plinius Pauſanias, & alij multa. Perſei talaria, ſiue vt Pauſanias vocat, ὑποδήματα ὑφ' ὧν ἐφέρετο διὰ τοῦ ἀέρος, ex fabulis poëtarum nota. Scribe, τί παθὼν ἂν ὑμῶν ἀπηλλάγη τῆς πόλεως; Quod non vni deo, ſed duobus ſimul Neptuno & Soli conſecrata eſſet Corinthus, cauſſam affert: εἰκάσαις δ' ἂν ἀμιλλωμένου τοῦ μύθου, ὃ τῆς ἐν μέσῳ δύο πελαγῶν ὑπὸ τοῦ Ἡλίου ἐξαίρετον, βουλομένου τοῦ Ποσειδῶνος. ſed nos ex iſtis cauſſam non diſcimus: videntur enim verba aliquot deeſſe, ſine quibus commodam elicere non poſſumus ſententiam. fabulam tangit Pauſanias initio Corinthiacorum. Locus de Sibylla ex aliquo poëta lyrico depromptus eſt: ni fallor, ex Pindaro, qui oraculi mentionem fecerat, quod ſtatim Dio ſubiicit. ἡ θεσπιῳ-
Pag. 458. δὸς Σίβυλλα, eſt Herophila Lamiæ filia, cui pater Neptunus. Lege Pauſaniam in Phocicis. Scribe, καὶ τὴν ἐπιείκειαν εἰς τῶν Κορινθίων, ὧν οἱ πρόγονοι δὴ ἁπάντων Ἑλλήνων μάλιστα. vel ἰδίᾳ πάντων Ἑλ. μ. *Narratio de liberata vr-*
Pag. 459. *be Athenienſium à tyrannis ope Corinthiorum, non vno modo diuerſa eſt ab hiſtoria Herodoti: qui liberationis auctores facit Lacedæmonios.* ſed opera Corinthiorum videntur vſi aduerſus Cleomenem regem Spartæ, qui pulſo Hippia, cum Iſagora conſpirauit, & δεύτερα τὴν βουλὴν καταλύειν ἐπειρᾶτο, inquit Herodotus. Dio Cleomenis tyrannidem ab ea ſeparat, cuius auctor Iſagoras: idémque videtur Hippiam Iſagoræ coniungere, tanquam eorundem conſiliorum participem: quod vereor ne ſit ἀνιστόρητον, & è librarij menda, non auctoris mente. nam etiam alias ſuſpectus mihi ille locus. φιλοκαλίαν Græci appellant elegantiæ ſtudium, & munditiei atque omnium rerum honeſtarum: aliter ſumit Dio cum ſcribit de Corinthiis, qui tot bella pro libertate vrbium Græciæ ſuſceperant: ὡς δὲ δόξαν οὐ φιλοκάλως ἔχοντες, ἀλλ' ἁπλῶς φιλέλληνες καὶ φιλοδίκαιοι. accipit φιλοκαλίαν pro nimia gloriæ cupiditate, & ambitione. ſed eſt etiam aliter interpretari, quaſi dixiſſet, οὐ μόνον φιλοκάλως ἔχοντες. familiaris enim huiuſmodi ellipſis vocis μόνον, vt etiam vetuſti critici adnotant. verè autem Corinthiis hanc laudem tribui, etiam ex Plutarcho diſcas in Timoleonte. Scribo, τετρακοσίους σφᾶς αὐτοὺς ἀπέστειλαν, ὅτε περὶ καὶ Λακεδ. & prioris Simonidis epigrāmatis verſum tertiū, Ῥῦσα δὲ Φοινίσσας ναῦς, καὶ Πέρσας ἀνελόντες, vel καθελόντες.
Pag. 460. & οὐδὲ ἕτερον οὐδεὶς ἢ δίκη. Sine interrogatione legendū: εἰ μὲν οὖν στρόβιλος, ἢ πρηστήρ, ἢ σκηπτὸς ἐμπεσὼν, σείων, καὶ κεραυνὸν ἰθύνων. eſt enim elliptica locutio, Atticis, & Hippocrati quoque admodum vſitatà. fere autem ſubiici ſolet, εἰ δὲ μή: verùm non ſemper. poſtrema verba ab aliquo poëta eſt mutuatus. Hiſtoriā iudicij Syracuſis celebrati ſuper defunctorum ſtatuis etiam Plutarchus habet in vita Timoleontis: vbi non prætermittit de ſtatua Gelonis, qui etſi tyrannus fuerat, manſit tamen poſita ei ſtatua. de illis Dionyſij quas

ait Dio ſeruatas, nihil Plutarchus: quia non Dionyſio ille honos habebatur, verùm Διονύσῳ hoc eſt Libero patri, cuius ornamenta & inſignia geſtabant: peſſime enim Dionis codices, & falſiſſimè, πλὴν ἀλλ' ἄρα Διονυσίου τοῦ πρεσβυτέρου, τὴν δὲ σχῆμα τοῦ Διονυσίου περικειμένων. cum ſit ſcribendum, τὴν δὲ σχῆμα τοῦ Διονύσου π. id quoque male, εἰ δὲ γένοιτο καὶ παρ' ὑμ. pro εἴθε γένοιτο. &, καθάπερ ἐψηφισμένον καὶ τοῦτον, pro καὶ τοῦτο: *quaſi ita iam decretum eſſet à vobis.* longe verò elegantiſſimam ſententiam corruperunt ſcribentes, Ἄνδρες δικασταί, ἅπαντάς φασι δεῖν προσδοκᾶν ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ· ἐπεὶ δ' ἐν τῷ βραχεῖ κινδυνεύει. nam Dio ſcripſerat, ἅπαντα φασὶ δ'. vulgo dicunt, omnia exſpectanda eſſe in longo tempore: at hæc ſtatua breue tempus durauit, & iam periclitatur. frequens apud poëtas illa ſententia. Sequitur hiſtoria de conſecrata Syracuſis imagine legati cuiuſdam Lucanorum, cui interpres opus non fuerat, quia Dorum linguam callebat: καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ σώματος ἐστήσαντο, παρὰ τῶν Ἀκραγαντίνων, καὶ τῶν ἐκείνῃ Δωριέων, πάντων δὲ ὧν, καὶ πᾶσι τὴν Ἰταλίαν κατοικούντων. & ab interpunctione locus laborat: & præterea mutilatus eſt. ſane & qui mediocriter attenderint, legendum intelligent, hoc ſimiliue modo: καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ σώματος ἐστήσαντο· ἐπαίνου τυχόντες παρὰ τῶν ἄλλ. ſimulacrum eius poſuerunt: eoque nomine laudati ſunt à cæteris Dorienſibus. Quia nefas erat apud veteres dicatam ſemel ſtatuam ſine graui cauſſa deiicere, ideo ſcribit auctor: longe aliud eſſe ὑπὲρ ἀναστάσεως εἰκόνος deliberare, & περὶ καθαιρέσεως. *Pag. 462.* cum enim de ponenda agitur, opportunum eſt, hominis merita expendere: at quæ ſemel fuerit poſita, eo ipſo quod dicata eſt, ius acquirit manendi, etiamſi poſtea viſus fuerit parum illo honore dignus is quem ciuitas honorauit. hæc poſtrema ſic Dion: ὅτι ἕκαστος τούτων τῶν παρ' ὑμῖν ἀνακειμένων, εἴτε χείρων ἐστίν, ἤδη τὰ τῆς οὐσίας περίκειται. niſi placeat, εἰ δὲ χείρων ἐστίν, ita ſupplendum quod paret deeſſe: εἴτε κρείττων, εἴτε χείρων ἐστίν. pro τὰ τῆς οὐσίας π. quod nihil ſignificat, poteſt ſcribi τὰ τῆς ἀσυλίας, ius illud acquiſiuit, vt moueri loco nequeat ſine ſcelere: vel τὰ τῆς ἀξίας: eo ipſo quòd poſita eſt, vel quia facta eſt ἀνάθημα huius aut illius numinis, mereri cepit, ne eam deiiceretis. de hoc more plura auctor in Rhodiaca. Diſtingue, καὶ ταῦτα μετέωρον καὶ χρυσοῦν. Γοργίαν λέγω; ὅτι. deinde lege, ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐστὶν εὐθὺς καὶ νόμιμον ἴσως καὶ πολιτικόν· ὃ δ' ὑστ. niſi aliquid ſubeſt grauius. Poſtea lego, καὶ ποτέρως ἂν ὡς εὖ βουλευομένοις ὑμᾶς ποιεῖν, π. vtro modo feceritis quod bene conſultos *Pag. 463.* decet ac prudentes. ἀνάδαστον ſemper reſtitue pro ἀνάδοτον, quæ vox nauci non eſt. alludit ad ἀναδασμοὺς agrorum: quam ſcimus fuiſſe cauſſam bellorum grauiſſimorum, non minus quàm agrarias leges apud Romanos. id quod etiam ex hiſtoria conſtat. Inuidiam ſibi conflatam ſcribit Dio, ἐκ τῆς περὶ τοὺς λόγους, εἴτ' ἐπαφροδισίαν αὐτὴν, εἴθ' ὅ, τι δὴ ποτε χρὴ καλεῖν: modeſtè appellans dicendi facultatem qua excellebat, ἐπαφροδισίαν περὶ τοὺς λόγους; non autem δύναμιν aut δεινότητα. non temere voce illa vſus: nam & de Lyſia, quem ſæpe noſter æmulatur, pronuntiat Dionyſius Halicarnaſſeus, ſcribere ipſum ἡδέως καὶ κεχαρισμένως καὶ ἐπαφροδίτως. Agonotheta ille à quo ſecundùm propriam conſcientiam po- *Pag. 464.* teſtatem dari ſibi ait liberius loquendi: eſt Traianus Imperator,

apud quem plurimum gratia poterat, & cui fuit chariſſimus: ſed menda non carent quæ de illo heic dicuntur. Verum eſt, Corinthios ab antiquis poëtis ὀλβίους & ἀφνειοὺς eſſe appellatos, quod dicit heic auctor. Homeri verſum memini è Katalogo: Ἀφνειόν τε Κόρινθον, εὐκτιμένας τε Κλεωνάς. Pindarus Olympion. oda XIII.

—— γνώσομαι
Τὰν ὀλβίαν Κόρινθον, Ἰσθμίου
Πρόθυρον, Ποσειδᾶνος ἀγλαόκουρον.

quod autem addit ſimilibus nominibus etiam à diis appellatos fuiſſe, reſpicit antiquiſſimum oraculum, Εὐδαίμων ὁ Κόρινθος· ἐγὼ δ' εἴην Τενεάτης. de
Pag. 465. epigrammate quod Midæ tumulo fuit inſcriptum, vide Herodotum in Homeri vita, & Diogenem Laërtium in Cleobulo. de hoc poſtquam dixit auctor, ſubiicit aliud carmen diſtichum huiuſmodi:

Ἀνδρὶ μὲν Ἱππαίμων ὄνομ' ἦν· ἵππῳ δὲ Πόδαργος.
Καὶ κυνὶ Λήθαργος· καὶ θεράποντι Βάβης.

ſic ſcribendum eſt. apud Iulium Pollucem homo vocatur Hippamon: illum vide libro quinto, cap. V. Demetrij Phalerei ſtatuas CIↃIↃ. euerſas fuiſſe aliquando Athenis, alibi, ſi memini, leges nuſquam. longe ſiquidem minor numerus apud Plutarchum & alios, qui illam hiſtoriam nar-
Pag. 466. rant: eſt enim res notiſſima. Ait, τὸν ἀδελφὸν, ὡς ἀνάθημα, ἀνθρωπος ἀπ. &c. hæc corruptiſſima ſunt. Ageſilai dictum habes apud Plutarchum. Scribe, τί γὰρ ἀφορίπτειν, ὥσπερ τὸν Εὐφράνορος Ἥφαιστον; de Euphranore ſtatuario multa
Pag. 467. Plinius. Sub finem ſcribe, μνάσασθαί τινα φαμὶ καὶ ἕτερον ἀμμέων. non φάμη: quod ineptum eſt. poſtrema ita concipe, γνώμη δ' ἀνδρῶν ἀγαθῶν τοῦνεκα· ἢ καὶ ἀνδριάς μοι ὀρθὸς ἕστηκας. abſit inuidia, emendatio hæc elegantiſſima eſt. alloquitur ſtatuam ſuam: & quia nulla habenda eſt ratio eorum quæ contra rationem ſint facta: tanquam ſtantem illam compellat, neque vnquam euerſam. quia, inquit, nunquam factum vt ſemel delatus honos ſtatuæ cuiquam bono, à bonis adimeretur. per hanc igitur rationem etiamnum ſtas recta, quæ mihi aliquando poſita fueras ſtatua.

XXXVI. *Emendantur aliquam multa loca in ea quam habuit Nicomediæ de pace cum Nic.*

Pag. 470.

Τὸ πεπεῖσθαι δίχα λόγου, καὶ μὴ δύνασθαι εἰπεῖν τ. Copula καὶ vel ſuperfluit, vel defecti codicis indicium facit. μὴ θορυβήσητε δὲ ἐρχομένῳ πάλιν, &c. interpres διερχομένῳ. ſubeſt vitium. οὐκ ἀποσιήσομαι δὲ, οὐδ' εἴπως ἂν μᾶλλον γνομένη δύναιτο. Lego, οὐκ
Pag. 471. ἀποσιγήσομαι. non reticet ſane: nam ſub finem ſcribit: λοιπὸν εἰπεῖν, ὅτι καὶ μὲν ταῦτα διαλλαγέντων ὑμῶν. καὶ μετὰ τῶν ἐγκωμίων αὐτῆς ἐστι καὶ τὰ ποιήματα. Legendum eſt μετά. quod mendi genus ſæpe deprehendimus.

καὶ τὰ στοιχεῖα δὲ τὰ δύο, ἢ ὁμόνοιαν εἶναι; deeſt verbum οἴεσθε, aut ſimile. Mox corrige: εἰ μὲν οὖν μὴ θνητὸν ἦμεν ἀνθρώπων γένος, μηδ᾽ ἔδει πολλὰ εἶναι τὰ φθείροντα ἡμᾶς, οὐκ ἂν ἦν οὐδ᾽. *quod ſi homines mortale genus non eſſemus, & ſi non oporteret multa eſſe quæ interitum nobis afferant, ne nomen quidem ſeditionis inter homines audiretur, vt inter deos eſt nulla.* Ἀθηναῖοι Pag. 476.
περὶ τοὺς φόρους λαμβάνειν παρὰ τῶν νησιωτῶν ἐπολέμουν. Scribe, περὶ τοῦ φόρους λ. deinde, καὶ περὶ τοῦ δικάζειν οἴκοι τὰς ἁπάντων δίκας. mox vbi editum, ἢ δικαστὰς παρὰ τῶν Βιθυνῶν ἐκείνοις ἔλαττον παρέξομεν; prior editio corruptiſſime legebat δερμάτας. interpres fecit δέρματα: nullam ſecutus probabilem rationem. de noſtra lectione amplius cogitandum. Malim paullo poſt, ὡς ἐπιθυμεῖν ἀνονήτου πράγματος: potius quam ἀνοήτου. vulgatam defendere tamen licet, ex illis præcedentibus ἀνόητον εἶναι καὶ ἐπὶ τῶν ἰδιωτῶν νενόμισται. Pag. 477.

τὰ δὲ καὶ διακλέπτοντες αὐτοὶ, τὰ δ᾽ αἰτούμενοι παρ᾽ ἕκαστα. hæc non cohærent: & deeſt, opinor, aliquid. Diſtingue, προθύμως ἐπαρκεῖτε καὶ ὁμοίως. *alacriter eos iuuatis, & ſimili aduerſus omnes animo.* Nihil mutandum in Pag. 478. his, quæ tamen interpres minus bene accepit: εὐθέως γὰρ βουλόμενος ἀδικῆσαι τὸ ἔθνος, εἰδὼς ἥκει, τί δεῖ ποιήσαντα, αὐτὸν μὴ δοῦναι δίκην. *nam ſimulac præſes aliquis in animum induxit Bithynos vexare, iam tum cum in prouinciam venit notum habet quid facto ſit opus, vt ne det pænas.* Redde lucem ſententiæ à mala interpunctione obſcuratæ: ὀνομάζεσθαί τις θέλει πρῶτος; ἔστω. πρωτεύει τις; κἂν ἄλλος ὀνομάζηται πρῶτος, ἔστιν. *auet aliquis audire primus? eſto* re vera primus. *eſt aliquis primus? etiam ſi alius primus audiat, ipſe eſt tamen.* Pag. 480.

καθόλου δὲ οὐδεὶς οὔτε ἂν ἄξιος ὢν τοῦ πρωτεύειν ἐν πόλει, δή. Legendum, οὐδεὶς οὔτε ἀνάξιος ὤν. & diſtinctio recta ex interprete reſtituenda: eſt enim valde corrupta. λέγειν πρὸς ἐκείνους & λέγειν πρὸς ὑμᾶς eſt, fauere, vt οἱ φιλιππίζοντες quondam Athenis. Attici ſcriptores dicerent πρὸς ἐκείνων & πρὸς ὑμῶν. vt apud Ariſtophanem & Lucianum πρὸς ἐμοῦ λέγειν. Lege, γῆν ἱκανὴν δοκεῖτε ἔχειν; vulgò abſurdè, τὴν ἱκανήν. ποίαν ὠφέλειαν, ποίαν ἡδονήν; Scribe, ποίαν δ᾽ ὠφέλειαν, π. mox legitur, ἃ γὰρ καὶ λόγῳ παραδειχθέντα διότι συνοίσειν μόνον ἤδη πείθειν ὑμᾶς ἔοικε, π. Scribe, ἃ γὰρ καὶ λόγῳ παραδειχθέντα διότι συνοίσει γενόμενα, ἤδη πείθειν ὑμᾶς ἔοικε, π. quæ ad concordiam vos iam impellunt, poſtquam ex oratione mea cognouiſtis è re veſtra fore vt illa fiant: quomodo ea ſi facta ſemel fuerint, non impellent vos longe vehementius? interpres, παραδεχθέντα legit. ſub finem, οἱ βουλήσονται πάλιν αὐτοῖς γενέσθαι τινὰ χάριν: non autem χαράν.

XXXVII. Notulæ ad eam quæ Nicææ eſt habita. πρὸς βλάβης εἶναι.

Pag.484. SCRIBE in ea quam habuit Nicææ: ἀλλὰ τοὐναντίον, πάντα πρὸς βλάβης μᾶλλόν ἐστι. ita enim Græci elegantiores loquuntur, non πρὸς βλάβην. itaque ſequuntur eo caſu, τοσούτῳ μείζονος καὶ χαλεπωτέρας. Malim τρεφομένων,
Pag.485. quàm στρεφομένων in iſtis: οἷον ἐν ταὐτῷ στρεφομένων θηρίων πολλῶν ἢ βοσκημάτων, ἑνὸς εἴργοντος περιβόλου. & ſtatim tolle vocem inutilem ὥστε, & ſcribe, νῦν δὲ ὑμεῖς τε ἴσως πρὸς ἑτέροις ἐστὲ μᾶλλον, κἀγὼ πολὺ καταδεέστερον ἔχω, ἢ πρότερον. & vos occupati eſtis, & ego longe deterius habeo, quàm vt par ſim ſuſcepto argumento, de concordia ciuium. æger erat cum hæc dicebat, vt modò præceſſit. meminit & in ſequentibus orationibus ſui morbi.

XXXVIII. Ad orationem quadrageſimam notæ. προπύλαια & Παρθενὼν Athenis. Ἡραῖον apud Samios. Αὐτὸς pro Imperator. Senatus Pruſæ inſtitutus permiſſu principis. Apamea vrbs magna.

Pag.486. INITIO eius quam Pruſæ habuit de concordia cum Apamenſibus, minor diſtinctio loco maioris poſita, erudito interpreti impoſuit: ſic enim erat rectum: ἔτι δὲ τῆς παρ' ὑμῖν πολιτείας ἐμπείροις οὖσι· ἐμὲ δὲ ὑπώπτευον, &c. *me autem ſuſpicabar, dicam enim quod res eſt, grauem eſſe nonnullis ciuibus, vt peregrinum, & curioſum:* mox χα-
Pag.487. λεπῶς ἂν ὑπομεῖναι πενίαν. non προσμένειν. poſtea, οὐδὲν γὰρ οὕτω δύναται τοὺς ὀφείλοντας ὑμῖν τὰ τοιαῦτα ὑπομιμνήσκειν, ὡς τὸ ὑμᾶς ἐκλελῆσθαι. non autem ἡμᾶς: quod eſt abſurdum. &, ἐπήρθη τε πρὸς αὐτὸ ὁ δῆμος. nem-
Pag.488. pe τὸ ἔργον. Haut dubie mendoſe ſcribitur paullo poſt, ὁποῖα ἔργα πολλὰ γέγονε παρ' ἑτέροις, μάτην ἀπολλύμεθα. poſtrema verba ſtare aliter nequeunt, niſi ſcribatur, παρ' ἑτέροις τε καὶ ἡμῖν, ἃ μάτην ἀπολλύμεθα. nam qui hoc verbi ad Dionem referunt, falluntur: ad opera enim publica referendum, quæ deformiter inchoata, poſtea omittuntur, & neglectu ipſo intereunt, vel etiam deſtruuntur. malim ſcribi, vnica litera mutata, μάτην ἀπολλύμενα: *qualia multa apud alios fuerunt incepta, quæ fruſtra iam pereunt.* Dubito vtrum ſcripſerit iſta ſic εἰρωνευόμενος, vt ſunt edita: λόγοι δὲ ἐγίγνοντο πολλοὶ μὲν, οὐ πάνυ πολλῶν δὲ, καὶ σφόδρα ἡδεῖς. an ſine figura, καὶ σφόδρα ἀηδεῖς. Hæc autem oſorum Dionis calumnia inde orta, quod ad ſtructuram eius operis cuius ipſe fuerat ſuaſor, & auctor ciuibus ſuis, vetus quoddam ædificium diruere oportuit, (ſiue ea porticus fuit cum columnis, vt videtur ſignificari: ſiue aliud quoddam;) cui nonnullæ officinæ

cohærebant. cum igitur Pruſæ vrbis intereſſet opus vetuſtate ipſa deforme ex oculorum conſpectu eſſe ſublatum: iſti tamen demolitionem illius non alio tulerunt animo, quàm ſi præſtantiſſimum aliquod antiquitatis monumentum foret euerſum: cuiuſmodi erant propylæa acropoleos & Parthenon Athenis: Sami Iunonis templum: & Iouis atque Apollinis, quod Didymion vocabatur apud Mileſios: aut denique Dianæ ædes Epheſina. Hic cognitis, non erit difficile certamen cum mendis quæ huic ſermoni aſperſit hominum inſcitia. Scribe igitur, καί τινες ἤσαν οἱ σφόδρα ὀδυρόμενοι τὸ χαλκεῖον τὸ τοῦ δεῖνος· κ. perierat vox χαλκεῖον quam libri veteres retinuerunt. hæc eſt fabrilis officina illa de qua mox loquitur. cuius etiam in XLVII. facit mentionem. Rectè ſcriptum eſt, ὥσπερ τῶν Ἀθήνησι προπυλαίων κινουμένων, ἢ τοῦ Παρθενῶνος. non vt legit interpres προπυλαίων κ. τοῦ Παρθ. duo opera diuerſa confundit. non enim meminerat, προπύλαια cum ἁπλῶς legitur in rebus Athenienſium, veſtibulum Arcis intelligi; opus antiquitate & magnificentia inſigne. conſule Harpocrationem. Dio iterum meminit in XLVIII. proxima verò deprauatiſſimè ſcripſit interpres, ἢ τὸ Σαμεῖον, ἢ τὸ Ἡραῖον ἡμᾶς ἀνατρέποντας. corrige, ἢ τὸ Σαμίων Ἡραῖον. de iſto Iunonis templo apud Samios legendus Strabo, libro XIV. ex eo diſces quanta fuerit operis illius præſtantia. meminit eiuſdem & antiquum prouerbium Græcorum, βαδίζειν εἰς Ἡραῖον ἐμπεπλεγμένον: quod explicat Duris Samius in XII. Athenæi. de Mileſiorum Didymio Stephanus in Ἐθνικοῖς, & alij. Scribe mox, ἀλλ' ὅμως ἦσαν οἱ χαλεπῶς ἑώρων ἀφανιζόμενα, &c. Manifeſta in his menda: τοῖς δ' ἐναντίως Pag.489.
ἔχουσι, καὶ τὴν δόξαν τῆς πόλεως ἀδοξίαν αὐτῶν νομίζουσι, δεόντως φέρειν αὐτὴν καὶ φθόνον: ex comparatione membri oppoſiti, & veſtigiis vitioſæ ſcripturæ corrigo, δέος τε φέρει ταῦτα καὶ φθόνον. tam plana ſententia, vt nihil ſupra. mox, ὅμως δ' ἐπὶ τούτοις χειμάζοντες. non ὅπως. &, οἷον ἐκ δεινοῦ καὶ ἀγρίου πελάγους καὶ χειμῶνος ἀδοκήτου σωθέντα μόλις. quàm ineptum enim eſt ὠθέντα? tam profectò, quàm quod in eadem periodo ſequitur, ἔπειτα ἐνταῦθα ὥσπερ ἐν λιμένι ναυμαχεῖν. hui ναυμαχεῖν! bellator ergo Dio? ſcribe verò ναυαγεῖν. Vbi agit de Pruſaenſium legatione ad αὐτὸν, hoc eſt Imperatorem, mendas aliquot video: de quibus cogitent quibus erit otium. ſic autem etiã alibi αὐτὸς eſt Dioni princeps. vt in XLV. πρὸς δὲ τούτοις ἐχθρόν ἀνεχόμενος αὐτὸν τινα. ſimilem eius vocis vſum obſeruabamus ad Theophraſti Characteres. νεμέσεις nullum heic locum habere poſſunt: νεμήσεις aliquem. Interpres non Pag.490.
animaduertit συνεχώρησε poſitum pro συνεχώρησεν ἄν: & ἐκέλευσε pro ἐκέλευσεν ἄν. refert aliorum ſermones qui dicebant, ſi alius præter Dionem legationem illam ad Imperatorem obiiſſet, eum nihil nõ impetraturũ fuiſſe. ea legatione cum alia petebant Pruſaenſes ab Imperatore, tum etiam illud, vt publicum conſilium & ſenatores inſtituere in vrbe ſua poſſent, quod & impetraſſe ipſos ex oratione XLVI. apparet: vbi mentio fit centum ſenatorum qui fuere tunc electi. atque hoc beneficium imputat ſuis ciuibus Dio. Niſi mendum ſubeſt ita concipi iſta debent: καὶ πολλοὺς εἶπον ἐνθάδε λόγους περὶ ὁμονοίας, (ἡγούμενος συμφέρειν τῇ πόλει τοῦτο,) χρῆσθαι εἶναι μὴ δ. aut ſine parentheſi, καὶ χρῆσθαι εἶναι. deinde, καί τι καὶ νῦν. non καί τοι κ.

Pag. 492. Male iſta legit interpres: ἀλλὰ κἂν ἐγρηγορότι κἂν βαδίζοντι μὴ σφόδρα ἐνοχλῇ τὴν ἰσχὺν τοῦ σώματος. *licet neque vigilanti, neque ambulanti multum offendat robur corporis.* Quis ferat Dionem appellantem Apameam vrbem paruam præ ſua Pruſa? ego non fero: qui ſciam repugnare veterem hiſtoriam: & non minime Dionis ipſius mentem. nam ſi vel maxime ita eſſet, quid attinebat hoc loco id dicere? Legendum eſt, ἢ πόλιν οἰκοῦντας οὐ μικράν. maniſeſtiſſime opponit inter ſe, τὴν βραχυτάτην κώμην, & πόλιν οὐ μικράν. Ex principio orationis apparet, non multo poſt reditum Dionis & κάθοδον
Pag. 493. in patriam, habitam fuiſſe: itaque ſic accipe quod ait, ὥσπερ ἤδη πολὺν ἔχοντα χρόνον παρ' ὑμῖν, *quaſi longum iam tempus apud vos egiſſem*: non vt facit inter-
Pag. 494. pres. Conuicia negat decere viros ἐπιεικεῖς, neque vrbes σωφρονούσας, ſed meretrices duas impudentiſſimas, quę è lupanari profectæ ambæ, palàm obſcenis dictis ſe proſcindant. μᾶλλον δὲ ἑταιρῶν ἀσχημόνων, ἀπὸ οἰκήματος ἑκατέρας, οὐδὲν αἰσχυνομένων ῥῆμα ἀκόλαστον εἰπεῖν. plurale pro duali, niſi ſcribas, ἑται-
Pag. 495. ρεῖν ἀσχημόνοιν. Scribe, καὶ τούτοις ἀεὶ πλείστοις κατὰ τὰς ὁδοὺς ἀπαντᾶν. Ait, καὶ τοῖς
Pag. 496. πρότερον διαφερομένοις πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας. quid heic faciat vox πρότερον neſcio. lege verò ſtatim: τοῦ λαβεῖν τὰ ὅπλα καὶ βαδίζειν: vel τοῦ λαβόντας ὅπλα βαδίζειν. item, προσβάλλειν τοῖς τείχεσι: non προβάλλειν. paullo poſt, πρὸς δὲ αὐτῶν λεγομένων στοιχείων. infra, τὴν πρὸς ἀλλήλας κοινωνίαν ἔχει τε, καὶ δ. Non eſt autem oratio hæc integra: deeſt enim à fine aliquid.

XXXIX. Apameæ duæ vicinæ Pruſæ. de Apameæ in Bithynia conditore. emendationes aliquot locorum.

HABITA eſt hæc oratio Apameæ: quo nomine duæ fuerunt vicinæ vrbes Pruſæ: altera in Phrygia: hæc in Bithynia, olim Myrlea dicta, colonia Colophoniorum: poſtea de nomine cuiuſdam reginæ Apamæ, ſic appellata, cum inſtauraretur deſtructa prius à Philippo, Perſei patre. Euerſam aliquando, deinde à rege inſtauratam, & à regina nouum nomen inueniſſe, conſtat. verum quis ille fuerit rex, quæ regina, cuias populus eò tranſlatus, diuersè traditum. Strabo regem Pruſiam Zelæ filium nominat: Apamam vxorem ipſius: Stephanus Nicomedem, Pruſiæ filium, Apamam eãdem, matrem ſuam. Appianus Seleucum Nicatorem, tribus vrbibus à ſe ſtructis vxoris ſuæ nomen indidiſſe, & Apameas vocaſſe ſcribit: quarum vnam fuiſſe iſtam quibuſdam placet. Ex iſtis diuinare non poſſumus, quænam vrbs Dioni intelligatur, cum ait Apamenſes mores ſeruare eius ciuitatis vnde ſint maiores ipſorum profecti. vocat μακαρίαν πόλιν, & quæ alias antecedat non ſolum ἐπιεικείᾳ καὶ φιλανθρωπίᾳ, verum etiam εὐτυχίᾳ καὶ δυνάμει. Quæ fuit illis temporibus Aſiæ vrbs cui hæc conueniant præter Antiochiam? nempe hæc opibus & potentia ac felicitate tunc florentiſſima: etſi à Parthis aliquoties vexata. Quare de hoc Dionis loco amplius cogi-
Pag. 499. tandum. Lege cum erudito interprete κἂν ἅπαντα φαίνηται ποιῶν καλῶς. non

κακῶς. etiamſi bene geruntur omnia in ciuitatis adminiſtratione ab aliquo: ius tamen populo adimere ipſi contradicendi, atque etiam, ſi videatur, conquerendi, tyranni potius eſt, quàm hominis de illa rep. bene meriti. Scrib. πυνθάνομαι δὲ αὐτῶν: non αὐτοῦ. poſtea, πολλάκις τοῦ τιμῶν προσκαλουμένης: vel potius πολλάκις τε ἡμᾶς προσκαλουμένων. deeſt enim pronomen. Ait de vrbe quam diximus, ὑφ' ἧς δεῦρο ἐπέμφθητε, φίλοι δὴ παρὰ φίλους δεῦρο οἰκήσοντες. male vulgò οἰκήσαντες. prius δεῦρο eſt *huc*, alterum *heic:* quod etſi à Græcis vſurpari ſcimus, videndum tamen, ne poſterius δεῦρο alienum locum inuaſerit. Pag. 500. Pag. 501.

XL. Pauca notantur in ea quæ Διάλεξις ἐν τῇ πατρίδι *inſcribitur.* λαμβάνειν ὁδόν· ἐμβολή, ἐμβάλλεσθαι.

NON eſt obſcurum quid ſibi auctor velit, cum ſcribit: ὅμως δὲ καὶ αὐτὸς ἑτέραν καὶ ἑτέραν λαμβάνω ὁδόν. eſt tamen rara & inſolens locutio, λαμβάνειν ὁδόν, pro, inire æſtimationem alicuius rei. cogitare de aliquo. id enim ſignificat: ideo æquiorem ſe aduerſus alios, qui de ſuis diſſertationibus ſecius iudicent, & meras putent eſſe ἐπιδείξεις, quales erant aliorum philoſophorum, ad oſtentandam dicendi vim comparatæ orationes: quoniam ſibi quoque ipſi vſuueniat, vt de ſuis orationibus aliter atque aliter iudicet: honeſtius cum alios de ſe conſuleret: contra, quoties ſeipſum. Scribe ſub finem, ὥστε οὐκ ἔτι ὀβολοῦ καθάπερ εἶπέ τις, εὔπορον ἐκ τῆς ἀγορᾶς πρίασθαι τὴν ἐμὴν σοφίαν: non autem εὐπορεῖν. vt ἐμβολὴ eſt nauis φορτίον. vnde *ſacra embola* de claſſe Alexandrina in Codice. ſic ἐμβάλλεσθαι nauem mercibus onerare. ita accipe cum ait Dio, de Tenedi vaſis fictilibus loquens, καὶ γὰρ ἐκεῖθεν πᾶς ὁ παραπλέων ἐμβάλλεται κέραμον: omnes qui præternauigant, inde parant ſibi fictilia, quæ nauibus ſuis imponant. Pag. 503. Pag. 504.

XLI. Ad Πολιτικὸν ἐν τῇ πατρίδι.

HÆC quoque oratio imperfecta eſt: continet defenſionem auctoris aduerſus inuidos & maleuolos ciues, à quibus accuſabatur, quaſi auctoritate ſua & ea quam apud principem valebat gratia male vteretur, magis adeo vt patriæ ſuæ noceret, quàm vt illi commodaret. Duplex ab eo inſtituta fuerat reſponſio: altera in commune aduerſus vniuerſam criminationem: altera particularis contra ſingula capita libelli, qui continet ſubſcriptionem aduerſariorum: hodie ſola ſupereſt prior apologia, poſterior deſideratur. Scribe, ὅτι δὲ οἱ αὐτοὶ πρὸς ἐμὲ ἀηδῶς ἔχουσι καὶ πρὸς τὴν πόλιν. iiſdem ſe diſplicere ſignificat, quibus præſens Reip. ſtatus non placeat. Pag. 505.

XLII. Ὁ φιλοφρονητικὸς *duobus locis emendantur.*

Pag.509. SCRIBENDVM eſt, ἀλλ' οὐδὲ χρυσοῦ σφυρήλατος ἑστ. & ſtatim, πολλοὺς μὲν γὰρ ἐπίσταμαι γενομένους κἀκείνους ἀξίους. non πολλούς. Aui ſui non ſemel meminit Dio in ſuis orationibus: in hac vero ita ſcribit, ὁ γοῦν πάππος ὁ ἐμός, εἰ ἐπὶ πλεῖον ἀπώνατο τούτου γε αὐτοκράτορος· ἀλλὰ μὴ βραχὺς παντελῶς ἐγένετο χρόνος. rem falſam & abſurdam contineri non dubito hiſce verbis ita ſcriptis. nam quis credat auũ Dionis, qui ſenex iſta ſcribebat, inter familiares Traiani Imperatoris vixiſſe? Scio non deeſſe exempla longæuorum, quæ rem probabilem reddant. ſed confutat auctor manifeſtè. quem palàm eſt velut de re multis antè annis geſta loqui: ideo ait, ὥς φασι. Ne dubita eum ſcripſiſſe, τοῦ τότε αὐτοκράτορος. non igitur ad Traianum referendum: ſed ad eum Imperatorem qui eo viuo imperij clauum tenebat. confer locum hunc cum alio qui extat in XLVI. Scribe, καὶ ἤδη περὶ τούτου πεποίητο τὸν λόγον· οὐ δὴ δ' ἀπελπίζειν, ἕως ἂν ἄγ.

XLIII. *Ad* Ἀπολογισμὸν *notæ.* προσαγαγεῖν. *&* ἐλαττοῦν. *alia quædam.*

Pag.512. DE Domitiano ſcribit, πρὸς δὲ τούτοις ἅπασιν ἐχθρὸν ἀνεχόμενος, αὐτὸν δεῖνα, οὐδὲ τὸν δεῖνα τῶν ἴσων τινά. Forte ſcripſerat αὐτὸν δῆτα, οὐδὲ τὸν δεῖνα τ. principem appellat αὐτὸν vt dicebamus tmemate XXXVIII. Scribe, ἴσως δὲ

Pag.513. οὐδὲ φαίνεται πιστὸς ὁ λόγος, τὸ τηλικαύτης τιμῆς τυγχάνοντα. non τὸν τηλ. de raro honore Dionis apud Traianum habes apud Philoſtratum. Perperam ſcriptum eſt: ἢ

Pag.515. προσαγαγὼν τινας, ὧν ἐβουλόμην, ἢ τοὐναντίον ἔλαττον. Lege, ἐλαττῶν. contraria ſunt προσαγαγεῖν & ἐλαττοῦν: tranſlatio eſt ab aulis principum, vt docet M. Tullius III. de finibus explicans quod Stoici appellant προηγμένον & ἀποπροηγμένον. de ſenatu & ſenatoribus Pruſiæ antè dictum. Diſtingue, τί

Pag.516. οὖν δὲ ἐπὶ δύο ἡμέρας ἢ τρεῖς γενομένης τῆς χειροτονίας, ἐξῆλθον· οὐδὲ μᾶλλον π. vel fortaſſe, ἐξῆλθον ἐς Μυσόν· οὐ παρατυχὼν τοῖς γ. quid valeat τὸ μᾶλλον in vulgata lectione aut quomodo ſine mutatione aliqua poſſit ferri, nullus vi-

Pag.517. deo. Ait, καὶ τὸ νῦν οἰκίζειν ἐθέλειν τὴν πόλιν, καὶ πλῆθος ἀνθρώπων εἰς αὐτὴν ὅσον δυνάμεθα ἀγαγεῖν. ſcribendum, καὶ τὸ συνοικίζειν ἐθ. Vbi dixit multa ſe & præclara conſilia iniiſſe ad patriæ decus: nihil tamen eorum, niſi quid leue eſſet ac facile, ſe adgreſſum addit, & cauſſam affert, quia ſcirem, inquit, τὴν ἐμαυτοῦ δύναμιν, καὶ τὰς ἀσχολίας, καὶ τὸν χρόνον τῆς ἐπιδημίας, ὅτι μὴ βραχὺς ἐστι παντελῶς. pugnat hæc negatio in Dionis mente. Scribe. ὅτι μοι βραχ. non diu ſubſtitiſſe in patria Dionem, conſtare poteſt ex oratione XLIX. in extremo.

XLIV. Argumentum & tempus ſcriptæ orationis quæ inſcribitur, Περὶ τοῦ φιλοσοφεῖν, &c. ſeditio Pruſæ ob charitatem annonæ. στενωποῦ βάθος. μία, pro ἡμέρα μία.

ALIENO loco poſita fuit hæc oratio, cum iis immixta eſt, quas reuerſus ab exilio habuit in patria. declarat hoc titulus quem & Photius agnoſcit Περὶ τοῦ φιλοσοφεῖν ἐν τῇ πατρίδι. profeſſio enim philoſophi anteceſſit Dionis exilium. In reducem nihil huiuſmodi auſi eſſent Pruſaenſes, qui ſcirent quo amore, non ſolum beneuolentia, Traianus Dionem proſequeretur. Initio ſcribe, ὅτι ἂν δοκῇ ὑμῖν φοβερὰ, οἱ λ. deinde, ὅπου δὴ μνησθῆτε. quod eſt ὁσάκις. Vbi de auo ſuo loquitur ſcribe, καί τοι, οὐκ εἰς αὐτὸν οὐδεμίαν φαίνεται χάριν αἰτησάμενος. pluribus hoc Dio in XLIV. Sequitur, πλὴν ἐμοί γε αὐτὸ χρὴ καὶ ἐμαυτόν. corrige, πλὴν ἐμοί γε ἀπόχρη τὰ κατ᾽ ἐμ. quod ſæpe accidiſſe Romæ legimus, vt difficili annona fureret populus, & ferro atque igne in eos ſæuiret ad quos ea cura pertinebat: id tum euenerat Pruſæ. aucto enim frumenti pretio, tanta ſeditio concitata eſt, vt cum gladiis & facibus ad quorundam ciuium ædes veniretur. in his fuit Dio: cuius domum periculo eripuit aliud nihil, niſi loci ſitus: quia enim inſula non erat, ſed continuis domibus conſtabat vicus, Dio ait στενωποῦ τὸ βάθος, cepit vereri furibunda hæc turba, ne ſemel accenſa Dionis domo, vicum integrum ignis depopularetur. erat communis hæc iniuria Dioni cum aliis: à quorum cauſſa ſuam his verbis ſeparat. Poſtea ſcribe, ἢ παρ᾽ ἐμὲ τοῦτο σῖτος πλείονός ἐστι; Sequitur, ἀλλ᾽ ἐγὼ ἀγανακτῶ, νὴ τὸν Δία καὶ τοὺς θεοὺς, εἴ τις τῶν πολιτῶν· οὐ γὰρ δή γε ἡ πόλις οὕτω μοχθηρά· ὥστε λυπεῖσθαι καὶ φθονεῖν, ἐὰν ἴδ. aut deeſt vox vna, & ſcribendum, εἴ τις τῶν πολιτῶν τοιοῦτος. vel hoc modo: εἰ τις τῶν πολιτῶν· οὐ γὰρ δή γε ἡ πόλις· οὕτω μοχθηρὸς, ὥστε λ. Raro legas μία poſitum pro μία ἡμέρα, vt dicitur μία pro μία πληγὴ, & quædam alia. ſic vſurpauit Dio, ſiquidem ita ſcripſit, ὅστις ἐν τοιαύτῃ πόλει ζῶν αἱρήσεται μίαν; non, ἡμέραν μίαν. mox lege, καίτοι μὰ τοὺς θεοὺς, οὐδ᾽ ἐν τοῖς στρατοπ. Pag. 518. Pag. 519. Pag. 520. Pag. 521. Pag. 522.

XLV. Ad Concionem in patria habitam. πολίτης pro popularis & ὁμοεθνής. Apollo vates Colophonius. Stagiritæ male conſulti. ἀηδὼν & χελιδὼν ad laudem vel conuitium. μύλων. correctiones diuerſæ.

AΔΟΞΑ περιέπλομαι, καὶ τούτοις ὡς ἀναγκαῖόν ἐστιν. Hæc quia non cohærent, fortaſſe ita melius καὶ τοιαῦθ᾽ οἷα ἀναγ. mox, ἡγοῦμαι τὸ, ait, πρέπον ἀνδράσι σοφοῖς τὸ πρᾶγμα, τῆς ἑαυτοῦ πόλεως ἐπιμελεῖα. Scrib. ἐπιμέλειαν. vel ἐπιμελεῖσθαι. & pro εἰ δέ τις σοφὸς ὢν ἅμα: poſtulat ſententia, εἰ μή τις σ. ὢν ἅμα. deinde, Pag. 523.

φαῦλα καὶ ταπεινὰ προσταττόμενον. Docens quam difficile ſit viro bono rem feliciter gerere in patria, exemplo vtitur Herculis, qui vbique terrarum, præter quam apud ſuos, pro imperatore ſummo eſt habitus: domi ſterquilinia purgauit, & neſcio quæ alia miniſteria ſordida obiit: tandem & in Orcum iuſſus ire. οὕτω, ait, σφόδρα ἐπιεικῶς αὐτῷ χρῆσθαι τὸν πολίτην. accipiendo hæc εἰρωνικῶς: *adeo benigne à ciue ſuo tractatus eſt.* πολίτην accipe non de ea quæ proprie dicitur patria, vbi quis natus eſt: ſed laxius, de vniuerſa Græcia. ambo enim Græci Hercules & Euryſtheus, etſi Thebanus ille hic
Pag. 524. Mycenæus. Ait, καὶ τῆς Χίου πόλεως, οὗ πολίς ἐστι λόγος, οὐδὲ Κολοφώνιος; καί τοι ποιητὴν οὐ χείρονα Ὁμήρου παρέχεται τὸν Ἀπόλλωνα. ſic eſt ſcribendum. cur Apollinem Colophonium ſiue Clarium appellet poëtam, docet Taciti locus, in ſecundo Annalium: *adpellit Colophona, vt Clarij Apollinis oraculo vteretur. Non femina illic, vt apud Delphos, ſed certis è familiis, & ferme Mileto accitus ſacerdos, numerum modò conſultantium & nomina audit: tum in ſpecum degreſſus, hauſta fontis arcani aqua, ignarus plerumque literarum, & carminum, edit reſponſa verſibus compoſitis, ſuper rebus quas quis mente concepit.* Scrib. παραβάλλεις σαυτόν. & ὃ δή οὖν ἔφην. Effecerat Dio hortatu ſuo, vt Pru-
Pag. 525. ſaenſes præclaris operibus vrbem ſuam ornarent: non defuerunt qui eo nomine Dioni obtrectarent. erat omnino res indigna: ſed vir ſapientiſſimus aliorum exemplo quibus idem acciderat, ſe ſolatur, neque id ſibi nouum accidere profitetur. Profert hiſtoriam Stagiritarum: qui ſpoliati bonis, patria eiecti, cum poſſent Ariſtotelis opera, pro ea qua apud Philippum volebat gratia, de miſero ſuo vico non pœnitendam vrbem efficere: illi beneficio vti, adeo mens ipſis erat læua, noluerunt. Quid eſt igitur, quod repudiari à quoquam poſſis iure mirari? adſcribemus Dionis verba quibus hoc dicitur, ſicut ſunt legenda. Ὅπου δὲ τὸ κατοικισθῆναι τοῖς ἐκπεσοῦσιν . . . . . . καὶ τοῦτο λυπεῖν τινας, εἰ φυγάδες ὄντες καὶ ἀπόλιδες, πατρίδα ἕξουσι, καὶ πολιτεύσονται κατὰ νόμους· οἳ ἐν ἐλευθερίᾳ μᾶλλον ᾑροῦντο . . . . ἢ διοικεῖσθαι κατὰ κώμας, τοῖς βαρβάροις ὁμοίως, ἢ σχῆμα πόλεως καὶ ὄνομα ἔχειν· ἦπου προσήκει θαυμάζειν ἢ εἰ ἐμόν τι λυπεῖ τινας. in priore lacuna deeſt οὐκ ἀρέσκει, vel, ἀνιαρόν ἐστιν, aut tale quid. in poſteriore ζῆν vel διάγειν. Sequentem locum ex epiſtola philoſophi, φησὶ γὰρ αἴρειν τοὺς Ἰδαίους δακτύλους, fuſe tracta-
Pag. 526. mus in Prouerbiis quæ obſeruauimus. Lege, ἀλλὰ μὴ ὥσπερ ὀνόματι μόνον τὴν τοῦ Νέρωνος καλοῦσι. Neronis domus aurea omnibus nota. deinde, ἀέρα πλείονα λαμβανούσης δι' εὐρυχωρίαν. Sophiſta ille æmulus Dionis atque obtrectator, qui ἀηδόνα per ludibrium eum appellauerat, εἰρωνευόμενος credo eam vocem vſurpauit: nam ego non memini legere apud veteres ἀηδόνα quemquam appellatum per contumeliam: ſemper enim laudatur poëtis vox luſciniæ: quam Ariſtophanes λιγύμυθον appellat in Auibus: Ὄρνις γενέσθαι βούλομαι λιγύμυθος ἀηδών. Theocritus, — ὅσσον ἀηδὼν Συμπάντων λιγύφωνος ἀοιδοτάτη πετεηνῶν. contra ſi cuius vocem vel cantum damnabunt, eum appellabant χελιδόνα. Ariſtophanes Ranis de malis poëtis: Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ στωμύλματα· Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης. idem, Ἐφ' οὗ δὴ χείλεσιν ἐπιβρέμεται θρηΐκια χελιδών. Obſcurum eſt quod ſubiicitur de Antiochenſibus, & quæ de Macrino quodam. Diſtingue poſt

Ταρσέων,

Ταρσέων, & ſcribe, μετ' πλείονος τιμῆς, ἢ μόνον ἐξιόντα με καὶ περιπατήσοντα, τῶν δ' ἄλλων οὐδ. π. poſtea, δῆλον γὰρ ὅτι ἀνέτρεψα τὸν νεὼν τοῦ Διός. non ἀνέτρεψεν. interpres Dionem iocari non vidit. Lego etiam, καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἐκ τοῦ μύλωνος ἐρρυσάμην, καὶ νῦν ἐν τοῖς φανερωτάτοις κεῖνται τῆς πόλεως. appellat μύλωνα non piſtrinum verum, ſed obſcurum locum & deformem, qui fuerat dirutus, cum ibi prius ſtatuæ nobiles aliquot viſerentur. Melius ſcribas, τί οὖν βούλεσθέ με ποιεῖν; & οὐδ' ἂν ὅ τι ποιῶ. nec ſi aliquis ſit qui prætextu operis quod curat faciendum, certa pecuniæ ſumma remp. quotannis emulget. Inter alia opera quorum auctor fuerat Dio, porticus fuit: quàm ne poſſet videri ingratis ciuibus oblectationis ſuæ cauſſa expetiiſſe, affirmat Dio ſe nunquam eſſe tranſiturum per illam: niſi forte oportuerit vt eò veniat proconſulem pro ciuitate oraturus. hæc male accipiuntur vulgo. præterea corrupta ſunt iſta, ἀλλὰ ποιεῖν καὶ προσιέναι. ſententia ſuggerit tale aliquid, πλὴν εἰ δέοι προσιέναι, καὶ π. vel ἀλλ' ἂν μὴ δέῃ πρ. nam ſic alibi loquitur. Mirum quàm ſæpe verba ſint omiſſa à librariis huius ſcriptoris: velut cum ait: τὴν δὲ ψυχὴν τοσοῦτον χρόνον ἐὰν τῆς φιλοσοφίας καὶ τῶν τοιούτων μαθημάτων. deeſt ἐνδεῆ, vel ἀτημέλητον, aut neſcio quid aliud. cum verò ſcribit, τῶν δὲ τυράννων ἔνια ἀκήκοα ταῦτα ποιοῦντα, πρεσβύτην θρασύν. non vna vox ſed plures ad integritatem ſententiæ deſiderantur. ponatur igitur lacunæ indicium ante πρεσβύτην. Interpunge. *ἢ ὅτι τὴν οἰκίαν οἰκοδομῶ πολυτελῶς; ἀλλ' οὐκ ἐῶ πίπτειν. an quia domum exſtruo magnifice? atqui impedio ſolùm ne cadat.* adeo longe ab eo abſum, vt ædium mearum magnificentia poſſit mihi inuidiam conciliare. addit de veſtitu: ἢ ὅτι πορφύραν αὐτὸς ἠμφίεσμαι; ἀλλ' οὐ φαῦλον τριβώνιον; *an quia, purpura ſum amictus? quid? annon vile palliolum geſto?*

Pag.528.
Pag.529.
Pag.530.

XLVI. Percurritur ὁ πολιτικὸς ἐν ἐκκλησίᾳ. προεξανίστασθαι. φιλίᾳ συναίρεσθαι. ἄλλως ἐρρήθη. διαμυθεῖν & διαμελωνίζειν.

RESTITVE familiarem Græcis locutionem, & ſcribe, τό γε μὴν προεξανίστασθαι, μὴ καὶ σφόδρα ἀγνῶμον ᾖ; *at prius commoueri, annon quæſo valde fuerit à ratione alienum?* non intellexit interpres verbum προεξανίστασθαι, quod proprie de iis dicitur, qui in concione vel ſenatu, neglecto ordine ſurgunt ad dicendam ſententiam, &, quod aiunt, mapalia faciunt. heic eleganter de iis accipitur, qui tumultuabantur in vrbe, & de ſuo magiſtratu apud proconſulem queri parati erant, prius quàm rem inter ſe componere eſſent adgreſſi. Grauiter corrupta ſunt iſta, εἰ μὴ πρὸς τὰ τοιαῦτα πειθομένους ὑμᾶς ἀγνοῶν, λόγων ἀεὶ συναγαγὼν ὁμονοίας, φιλίας συναιρόμενοι, καθ' ὅσον οἷοί τ' ἐσμέν. poteſt ſcribi, λόγοις ἀεὶ συναγωγοῖς ὁμονοίας, φιλίᾳ συναιρόμενοι. *qui ſermonibus ad concordiam conciliandam paratis, amicitiæ conſuluimus.* ſed deeſt fortaſſe aliquid: nam φιλίᾳ συναίρεσθαι pro συναίρεσθαί τισιν εἰς φιλίαν, omnia facere quò amici inter ſe alij ſint, ποιητικώτερον ἴσως. Illud dictum elegantiſſime ἀλλὰ ἴσως βραχεῖά τις

Pag.531.
Pag.532.
Pag.533.

ἀποψία, καθάπερ ὀφθαλμίας, περὶ τὴν ἐξ ἧς ἀπελαύσαμεν. poterat planiùs, βρ. τ. ἀποψία· ἧς καθάπερ ὀφθαλμίας, τ: hæc enim eſt mens, non vt vulgo accipiunt. Quod ſequitur, οὐ παύσεσθε τῆς ἀρχῆς, καὶ γνώσεσθε ὅτι πολὺν χαρίεντας ἔχετε πολίτας, κ. quid ſibi vult? populus eſt quem alloquitur: quam igitur ἀρχὴν intelligit? falſiſſimum ſit dicere, Dionem populo eſſe auctorem, vt magiſtratum iis abroget quibus iraſcebatur: nam contra tota oratione pugnat pro illis orator. Scribo, οὐ παύσεσθε τῆς ταραχῆς, & γ. veriſſimè. ſic initio dixit τεταραγμένον δῆμον. mox pro ἐὰν ἑκοντὶ δίδωσι, corrige διδῶσι. de pluribus enim loquitur: ideo ſequitur, οὐδὲ γὰρ ἄκοντες ὑμῖν ὑπέχουσι. Lego deinde ὅτι δοκῶ ἑκὼν παρεληλυθέναι ὑμῖν; ἔπειτα οἴεσθέ με τοῦτο ἐλλογεῖν, εἰ τὴν ἐμαυτοῦ πατρίδα τιμιωτέραν ἐποίησα, χ. mox, καὶ πάλιν γὰρ εἰ δεηθείη, ποιήσω πάλιν. poſtea, ὥσπερ ἂν εἴ τις νοσοῦντα ἄνθρωπον ὁρῴη, καὶ φρενίτιδι ἐχόμενον, δέον, οἶμαι, καταπλάσαι καὶ κατακλίναντα· ὁ δ᾽ ἄν. non multo poſt, οὐκ εἰς τοῦτο ἥκουσιν, ὥστε μ. quæ in iſtis omnibus aut ſuppleuimus ex coniectura, aut emendauimus, manifeſtam rationem habent, neque in illis immorandum. Cum ait, ταῦτα μὲν οὖν ἄλλως ἐρρήθη τρόπον τινά, hoc vult: ſine graui admodum cauſſa habitam hanc à ſe orationem, vt illis concordiam ſuaderet: prudenter enim Dio tumultum qui Pruſæ acciderat oratione ſua eleuat, quaſi nihil eiuſmodi factum eſſet. ideo dicebat ſupra, ὑμᾶς τε, ὅπερ ἔφην, οὐχ ἑώρων διαμένοντας· οὐδὲ γὰρ γέγονεν οὐδέν, οὔτε φύεται παρ᾽ ὑμῖν τοῦτο τὸ νόσημα. quo loco διαμένειν ſignificat iratos manere, in ira perſiſtere: ex præcedentibus enim exponendum. Græcè dicas expreſſius, διαμηνίειν.

XLVII. *Notæ ad quadrageſimam nonam, & locorum aliquot emendationes.*

Pag. 537. SCRIBE non procul ab initio, οὐκ ἄλλο τι φανήσεται διαγινωσκόμενος. Sequitur, ὥσπερ τὸν Ἀγαμέμνονα Ὅμηρός φησιν ἀεὶ δεῖν προσδεῖσθαι τῇ γνώμῃ τοῦ Νέστορος. locus palam vitioſus, poteſt emendari variè: minima licentia ſic,

Pag. 538. Pag. 539. ἀεὶ δεῖν ποιεῖν, δεῖσθαι τῆς γνώμης τοῦ Νέστορος. *in rebus agendis opus habere Neſtoris conſilio*. mox, ὃς οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου τοσοῦτον ἴσχυσεν ἐν τοῖς Ἕλλησι. Sequitur aliquanto poſt, Ῥωμαίοις δὲ Νουμᾶ, ὃν φασί τινες τῆς Πυθαγόρου σοφίας μεταχεῖν. Ἰταλιώτας δέ, οὐ πάντας τῶν Πυθαγορικῶν. Legendum, σύμπαντας τῶν Πυθαγορικῶν: nempe τῆς σοφίας

Pag. 540. μεταχεῖν. poſtea, τισὶ δὲ ἄλλοις ἀντιλαμβάνεσθαι φυλακάς. Vbi retulit Iſmeni tibicinis querelam, grauiter indignari ſoliti, quod αὐληταὶ vocarentur etiam οἱ τυμβαῦλαι: ſubiicit, οὐ παντελῶς οἷον ἔμοι δοκεῖ· οὐ γὰρ βλάπτουσιν οὐδὲν οἱ τυμβαῦλαι τοὺς νεκρούς. alij libri exhibent οὐ π. δῆλον. indubitatè ſcribendum, οὐ παντελῶς δεινὸν ὄν. negat rem eſſe Iſmeni indignatione ſatis dignam, ſi honeſtentur appellatione tibicinum, etiam ſiticines. quippe nulla re lædi ab illis defunctos. Scribe, ἀλλά τοῦ γε ὄντως φιλοσόφου τὸ ἔργον. Ait, ἢ εἴ τις ἀμελήσας τῶν ἑαυτοῦ γονέων, ἀλλοτρίοις ἐθέλοι προσεχειρόμενος. poſtrema vox corrupta. προσθῆμαι aut ſimilem poſtulat ſententia. Corrige,

ἐγὼ καὶ τἄλλα ἀξιῶ πιστεύεσθαι ἐφ' ὧν λέγω. pro περὶ ὧν, ſiue ἃ λέγω. turbant & proxima verba, cum ab interpunctione, tum à ſcriptura. nos ita concinnamus, herbam porrecturi lubentes, ei qui certiora attulerit: οὐδέποτε γὰρ ὑμᾶς ἐξηπάτησα, ὡς ἐγὼ νομίζω, ὑπὲρ οὐδενὸς οὐδὲ πρότερον, ἀλλ' ὡς διαγινοσκόμενος ἦν εἶπον. vel, ἄλλως διαγινοσκόμενος, ἄλλως εἰπών. in ſtatim ſubiectis καταλιπεῖν deprauatum non dubito.

XLVIII. Corriguntur quædam in ea Περὶ τῶν ἔργων ἐν τῇ βουλῇ. *Senatus Athenienſium* οἱ πεντακόσιοι.

IN ipſo principio ſcribi debet: ὥσπερ εἰκὸς ἦν τὸν ἄνδρα Pag. 541.
τὸν ἐπιεικῆ καὶ οὐκ ἀνόητον τὸ φρονιμώτατον στέργειν τῆς πατρίδος, καὶ βεβαιότατον. ſenatum vniuerſum intelligit, non vnum aliquem ex illo ordine. itaque ineptum eſt, τὸν φρονιμώτατον. eſt autem Thucydidi familiaris locutio. Senatus in Rep. Athenienſium fuit duplex, Areopagitarum, qui velut ſanctior quidam conceſſus erat: & alter, vt ſic dicam ordinarius. hunc vocabant τὴν τῶν πεντακοσίων βουλήν: quia erat 1Ↄ. virûm. at Dio ait 1ↃC. ſcribit nempe, ὥστε τὸν Ἄρειον πάγον ἢ τὴν βουλήν, τοὺς ἑξακοσίους, ἀτιμότερον τοῦ δήμου νομίζειν. ſcripſerat fortaſſe, τοὺς πεντακοσίους. Ait,
ἣ μὴν ἔγωγε τὴν βουλὴν μόνον ἀξίαν τιμῆς κρίνω καὶ φιλίας. negatio periit, Pag. 542.
quam reſtitue, οὐ μόνον ἀξ. Scribe, οὐχ ὑπόφορον ἀπολογεῖσθαι. πόθεν; οὐδὲ κρ. Pag. 544.
Omitto prudens loca nonnulla mihi ſuſpecta, quia emendare nunc non queo. quædam etiam lector ex interprete corriget.

XLVIX. In eam Πρὸς Διόδωρον. Δούλου τόδ' εἶπας. τὰ παρὰ τὸν τόπον λεγόμενα. ἐπικαλεῖσθαι: ἐπικαλεῖν pro ἐγκαλεῖν. τὰ σεμνά.

ΔΟΥΛΟΥ τόδ' εἶπας. principium eſt ſenarij iambici, niſi fal- Pag. 545.
lor, Euripidei: ab eo pronuntiati, cui auctor erat alius, vt ſecus ac ſentiret, aliquid faceret aut diceret. Nempe hoc, præcipis, ait iſte, vt pro ſeruo me geram. Ἐλευθέρου γὰρ ἀνδρὸς τ' ἀληθῆ λέγειν, dixit alius poëta. Grauiter ſuos ciues reprehendit, quia quos in concione laudarent, eoſdem in communibus colloquiis, vbique locorum vituperarent. apparet, inquit, non ex animo laudationes illas proficiſci, verùm dicis cauſſa, dari hoc auribus audientium: itaque non iudicio laudantium adſcribi debere, ſed loco vbi dicuntur. νῦν δὲ παρὰ τὸν τόπον τοιαῦτά ἐστι τὰ λεγόμενα. *nunc verò propter locum eiuſmodi laudationes inſtituuntur.* ita ſcribendum atque exponendum. Lege, ὑφ' ὑμῶν, τοιού- Pag. 546.
των ὄντων, κεκριμένον τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς ἄξιον. Ait, ἀλλὰ καὶ ἀποκτεινάντων τὸν Pag. 547.

Euripideus loc[us] in Phœniss.

ἐπικαλούμενον, ὥσπερ ἐκεῖνοι Σωκράτην. eum qui ipſos velut in iudicium morum ſuorum vocabat: hoc eſt, qui in ſuos ipſorum mores voluit eos inquirere. ita interpretor τὸν ἐπικαλούμενον, ſi ita ſcripſit. interpres, *accuſantem*. ſanè ἐπικαλεῖν pro ἐγκαλεῖν ſcimus poni. Mendoſiſſima ſunt hæc paullo poſt: τίνι γὰρ τῶν σεμνῶν οὐχὶ προθυμίας παρεσχήκατε; οὐκ εἰκόνας; οὐκ ἀνδριάντας; οὐχὶ πρεσβεύοντας πρὸς τὰς πόλεις; πρὸς τὸν αὐτοκράτορα; οὐ κοινῇ τιμῶντας, οὐ κατ' ἰδίαν ἕκαστος δεξιούμενος; non loquitur Dio in vniuerſum de liberali Pruſaenſium animo in honorandis præclaris viris, & de ſua Rep. bene meritis: ſed de iis honoribus quos larga manu in hunc Diodorum contulerant. quare ſic arbitror concinnari locum debere: τί γὰρ τῶν σεμνῶν οὐχὶ προθύμως (vel μετὰ προθυμίας) παρεσχήκατε; Græci τὰ σεμνά, appellant honores publicos, per quos fit aliquis σεμνός. eiuſmodi ſunt quæ nominantur Dioni, imagines, ſtatuæ, delatæ legationes, alia. Lego enim, οὐχὶ πρεσβείας π. atque hæ emendationes ita locum habebunt, ſi vt dixi ad Diodorum tantum verba auctoris referantur: ſi generaliter accipiantur, nec τίνι mutandum, nec πρεσβεύοντας. omnino autem ſcribendum τιμῶντες, non τιμῶντας, vt δεξιούμενος. In fine ita ſcriptum: οὐκοῦν ἔγωγε οἶμαι καὶ τὸν τοῦδε ἔπαινον, ὡς ἠδυνάμην εἰρηκέναι· ὁ γὰρ τῶν ἀποδεχόμενον τινὰ καὶ τιμώμενον, δῆλον ὡς κάλλιστος ἔπαινος ἐκείνου ἂν εἴη. Scribendum, τῶν ἀποδεχομένων τινὰ καὶ τιμώντων. ſatis laudatum ſibi Diodorum ait, cum eos laudauit, qui illum ſuſceperunt atque honoribus affecerunt.

L. Fabularis hiſtoria arceßiti Philotectæ ex inſula Lemno à tribus tragicis tractata. ἀπέπνευσεν αἰῶνα. corriguntur quædam in quinquageſima ſecunda.

ANTIQVVS grammaticus qui hypotheſim ſcripſit Philoctetis Sophocleæ, κεῖται ait, καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἡ μυθοποιΐα. cur omittit Euripidem? nam & hic eiuſdem nominis tragœdiam ediderat, non minus quam Æſchylus & Sophocles: quod non ſolum ex hac Dionis diſſertatione diſcimus, ſed etiam veterum criticorum teſtimoniis. meminit eius fabulæ Heſychius in γαδεῖς. idē alibi obſeruat, ἀπέπνευσεν αἰῶνα dixiſſe Euripidem in Philoctete, pro *ani-*
Pag.551. *mam efflauit*. Scribe, δεικνυμένην (nempe τὴν πρεσβείαν) αὐτόν τε καὶ τὰ ὅπλα ἐκείνοις παρέχειν ἐπὶ τῇ τῆς Τροίας βασιλείᾳ. vt ſe ac ſagittas ſuas ipſis trade-
Pag.552. ret, ea lege, vt Troiæ regnum præmij loco acciperet. Rectè interpres, καὶ τὸν χορὸν οὐχ ὥσπερ ὁ Αἰσχύλ.

LI. Ad eam quæ inſcripta eſt, De Homero, notulæ. Mos mulierum in hirundinibus quas ſinebant ἀφέτους, vt eas vnguento linerent.

NON plenam ſententiam hæc verba continent: μηδ' αὖ περὶ τῶν ἐν ᾅδου μηδὲν σκυθρωπὸν λεγόμενον, μαλακωτέρους αὖθις πρός τε τὸ μάχεσθαι καὶ τὸ ἀποθνήσκειν ποιεῖν. Legendum, ποιοῦν: vel, δυνάμενον μαλακοῦν. aut τὸ μαλ. Sequitur aliquanto poſt de Platone & Homero, ἔτι δὲ καὶ αὐτὸς τῆς χάριτος ἐπιών, τὴν ποίησιν σφόδρα ἄγαται τὸν ἄνδρα. Lego, τῆς χάριτος ἐπαινῶν τὴν ποίησιν, σφ. quod autem dixit, καὶ κελεύει μάλα εἰρηνικῶς στέψαντας αὐτὸν ἐρίῳ, καὶ μύρῳ καταχέαντας, ἀφιέναι παρ' ἄλλους. τοῦτο δὲ αἱ γυναῖκες ἐπὶ τῶν χελιδόνων ποιοῦσιν: imitatus eſt Theodoretus in prima Therapeutica, ὁ Ἀρίστωνος μύρῳ γε ἀλείψας, καθάπερ αἱ γυναῖκες τὰς χελιδόνας, ἐκ τῆς ὑπ' αὐτοῦ ξυντεθείσης ἀπέπεμψε πόλεως. item repetit in decima; de hoc autem more notamus aliquid ad primum librum Suetonij. εἰρηνικῶς ſcripſerit Dio, an εἰρωνικῶς poteſt dubitari. Pag.553. Pag.554.

LII. Ad eam Περὶ Ὁμήρου καὶ Σωκράτους. Hippus *Phidiæ præceptor.* παρασιτεῖν.

PHIDIÆ præceptorem Hippum nominat Dio: quod nomen cum in vſu apud Græcos non fuerit, quod ſciam, Ἱππίου legendum arbitror, non Ἵππου. Scribe, ὅταν δὲ περὶ τοῦ Πανδάρου, ὡς συνέχεε τὰς σπονδάς. & poſtea de Antinoo, καὶ ἐδείπνει πολυτελῶς, οὐκ ἐκ τῶν πατρῴων, ἀλλὰ παρασιτῶν ἐπ' οἰκίας ἀδεσπότου. non proprie autem verbum παρασιτεῖν vſurpat: neque enim paraſitum agebat Antinous: ſed pro alieno ſumtu viuere ſimpliciter vſurpauit. pro, ὅμως δὲ καὶ τοῦτον ἀποθανόντα ἐποίησεν, malim ὁμοίως. ſimiliter Pandaro, de quo dixit antè, & iterum mox repetit. Apud Athenæum libro VI. & apud alios idem obſeruatum inuenias. Pag.558. Pag.561. Pag.563.

LIII. Percurritur Agamemnon, ſiue De regno. Ephororum primus auctor. βουλευτήριον *&* ἀρχεῖα *Spartæ:* ἀρχεῖον *pro ephoratu.* ἀκριβὴς ὅρος βασιλείας. *Admonitio de argumento huius libelli & quinque ſequentium. mos Socratis & Socraticorum.* τὸ ὀρθῶς ἐξηγεῖσθαι.

Pag. 565. THEOPOMPVM regem Lacedæmoniorum, primum ephoros quique inſtituiſſe, non autem (*ſicut* Herodoto & aliis proditum,) Lycurgum, qui multo antiquior, ſcribit Dio: in cuius verbis obſeruanda eſt traiectio; καὶ ὅτι δὲ κατέστη τοῦτο τὸ ἀρχεῖον ἐν Σπάρτῃ, Θεοπόμπου βασιλεύοντος, πρὸς ἐνιαυτὸν, οὐδὲν ἧττον ἐκράτουν τῶν βασιλέων. nam illa πρὸς ἐνιαυτὸν non ad Theopompum referenda, qui fuit rex perpetuus: ſed ad ephoros, qui erat magiſtratus annuus. quemadmodum autem ſenatorum Spartæ erat proprium βουλευτήριον: ſic ephoris & bidiæis ſua erant diſtincta ἀρχεῖα in foro. ſed & ipſe ephoratus ἀρχεῖον dicitur. vt apud Ariſtotelem in Politicis, ἐμπίπτουσιν εἰς τὸ ἀρχεῖον, *irrumpunt in ordinem ephororum:* poſtrema ſic interpretare: *non minore potentia erant quàm reges.* ſed caue tempora confundas Theopompi & Pau-
Pag. 566. ſaniæ, qui multo poſterior. Ait, καὶ πῶς οὐκ ἂν εἶεν οὗτοι βασιλεῖς, πρὸς τὸν ἀκριβῆ περὶ βασιλείας λόγον; quemadmodum ad diſſertationem περὶ κάλλους monebamus, diligenter videndum, ne perſonæ confundantur iis in dialogis, qui ſic contexti ſunt vt & iſte, & ille cum quibuſdam aliis. iſta autem verba ſi Dioni tribuimus, recte ſcriptum οὐκ ἂν εἶεν. quomodo fieri poteſt vt iſti non ſint, reges, ſi reſpicias ad regis definitionem? & ἀκριβὴς ὅρος intelligemus, exactam definitionem; quæ regis officium contineat. hoc canone ſi vtantur, inquit Dio, verus erit rex quicunq; præſtabit quod definitio complectitur: quantumuis abſoluta eius non ſit poteſtas. Sed nõ diſpliceat alteri perſonæ tribuere. Itaque ſublata negatione τὸν ἀκριβῆ λόγον interpretare de ea regni definitione, quæ poſita ſuperius ab eo qui iſta loquitur. eius definitionis ſiue deſcriptionis præcipua conditio erat τὸ ἀνυπεύθυνον: quod cum defuerit Spartanis regibus, non poteſt iſte adduci, vt pro veris regibus eos agnoſcat. Porrò autem videri poterat libellus hic cum reliquis ſequentibus quinque, à iuuene Dione ſcriptus, ſtilum exercente in huiuſmodi argumentis è fabulari hiſtoria petitis, aut poëtis ipſis: ſed quia in proximo cui titulus Neſtor, earum orationum meminit, quas apud Imperatorem habuerat, vel ad illum ſcripſerat, quáſque in fronte huius voluminis poſitas videmus: non poteſt dubitari, quin ſenex hæc Dio ſcripſerit. ſane & ſenilis ætas, non minus quàm iuuentus, eſt φιλόμυθός πως. Scopum ſuum in his dialogis contexendis declarat vbertim, in extremo illius quem Neſſum ſiue Deianiram inſcripſit. nimirum ſequi ſe ait eorum philoſophorum exemplum, qui ex omni ſermone occaſionem caperent diſputationum philoſophicarum, ſuper iis quæ vel ad mores ſin-

gulorum, vel ad Reip. adminiſtrationem pertinerent. Olim feciſſe hoc Socratem; mire ſolertem atque induſtrium in eliciendo è re nata huiuſmodi ſermones. Quod igitur admonet Plutarchus in poetarum lectione ſerio faciendum; vt ad diſciplinam morum omnia referantur: id qua ratione faciendum ſit, horum libellorum ſcriptione nos docet Dio. atque hoc eſt quod in eo quem diximus libello appellat noſter τὸ ὀρθῶς ἐξηγεῖσθαι.

LIV. Obſeruantur quædam & corriguntur in LVII. Καὶ μὲν μευ ξυνίον *apud poëtam varie expoſitum.* ἀξυνεσία.

SVBOBSCVRA eſt, & vt arbitror nonnihil deprauata, diſputatio Dionis ſuper iſto poetæ verſu: Καὶ μέν μευ βουλέων ξυνίον, πείθοντό τε μύθῳ. Summa hæc eſt: poſſe verbum ξυνίον exponi vel *intellexerunt, ceperunt.* quomodo inter διανοητικὰς virtutes ξυνέσις ponitur pro intelligentia, & facultate percipiendi. hæc autem expoſitio facit Neſtorem multum ſibi tribuentem: qui inter laudes Centaurorum ducat, quod ſuorum ſermonum ac conſiliorum mentem caperent. fortaſſe igitur aliter id verbi interpretandum, pro attendere, rationem habere, ferme idem ac πείθεσθαι: quomodo, ait, vulgo dicimus, τοῖς ὀρθῶς λέγουσιν οὐδέποτε οὐδεὶς πείθεται τῶν ξυνιέντων. ita vt ἀξυνεσία idem ſit atque ἀπείθεια. itaque ad τὴν ἠθικὴν ἀρετὴν vtrumque verbum referetur, quo vſus poeta in eo verſu. Sub finem ſcribe, εἰ δίκαιός ἐστιν ἀλαζὼν δοκεῖν. non δίκαιον: quæ ſcriptura notiſſimum corrumpit Helleniſmum. ſcribe etiam, ὁ τοσοῦτος ἤδη χρόνος ἐστὶν ἐξ οὗ τὰς αὐτὰς διδάσκουσι τραγῳδίας. Pag. 569. Pag. 572.

LV. Ad dialogum Ἀχιλλεύς. *admonitio de argumento & perſonarum diſtinctione.*

EST in fabulis, adoleſcentem Achillem præceptoris ſui Chironis dictis parum fuiſſe audientem: cum ſibi videretur iam tum in illa ætate ſapere quod ſatis eſſet. Hanc ſiue fabulam ſiue hiſtoriam tractat Dio in hoc dialogo: cuius ſcopum doctè explicat Photius, quem conſulant ſtudioſi: planè enim eruditiſſimus vir mentem Dionis heic vidit. Initio perſonas in Græco textu parum diſtinctas, Latinus interpres ſic conatus exprimere, vt dignoſci poſſint. ſed nos in multis ſequendum illum non putamus. Ita enim, exempli cauſſa, diſtinguendum cenſemus. ὅγε οὐκ ἐᾷ τὸν πολέμιον ἐγγὺς προσελθεῖν. Achillis hæc: Chironis quæ ſequuntur: ὅγε οὐκ ἐᾷ τὸν πολέμιον μακρὰν ἀπελθεῖν. quaſi dicat: Ais ignauorum telum eſſe arcum, quod non permittat hoſti cominus accedere: dic potius, non ſinere arcum longe Pag. 573.

hoſtem fugere. ſubiicit adoleſcés neſcius ſedere: φευγόντων τὸ ὅπλον. Chiron: οὐκ· ἀλλ' ἐπὶ τοὺς φεύγοντας. Achilles. αὐτὸν δεῖ τοὺς φ. &c. errat interpres grauiter, hæc aliter accipiens. Longum ſit perſequi cætera: in quibus attentione lectoris opus.

LVI. Ad commentariolum qui inſcribitur Philoctetes. cur in titulo dicatur paraphraſis. Ara fatalis Græcis χρυσῆς Ἀθηνᾶς. *quædam emendantur in hoc libello & duobus ſequentibus.*

TITVLVS libelli ſuadet paraphraſim hanc eſſe verſuum tragici alicuius è fabula Philoctete. & puto ſic eſſe re vera. poëta autem hic vel Æſchylus eſt vel Euripides: Sophoclem enim non eſſe ſcimus. Etiam hic dialogus attentum lectorem deſiderat. Deeſt aliquid in iſta pe-
Pag.575. riodo: ἀλλὰ γὰρ ἴσως χαλεπὸν εὑρεῖν, &c. mox lege, ὅτ' ἔτυ-
Pag.576. χεν αἰχμάλωτος ληφθείς. deinde: ὦ τοῦ χαλεποῦ καὶ δεινοῦ ὁράματος ὄντως. τό, τε γὰρ εἶδος. poſtea ſic ſcribe verba Vlyſſis, οὐ γὰρ εἰωθώς· εἴη δὲ καὶ νῦν ἐν καιρῷ ἀφῖχθαι. item verba Vlyſſis, ἐν τοίνυν ἴσθι, σοῦ χάριν με ἥκοντα.
Pag.577. paullo poſt, ἦ ἐπεπόνθει καταψευσάμενος. & poſtea, ὃς οὐδενὸς ἧττον ὠφέλιμος ἦν τοῖς ξυμμάχοις. item, οὐ θύσαντες κρατήσειν ἔμελλον. Notabilis vero hiſtoria de illa fatali ara, quam appellat Χρυσῆς βωμόν. In Sophocleæ fabulæ argumento veteris critici, dicitur fuiſſe ara Mineruæ Chryſæ. Χρυσῆς Ἀθηνᾶς βωμὸν ἐπικεχωσμένον, Ἐφ' ᾧπερ Ἀχαιοῖς χρησθὲν ἦν θῦσαι, μόνος Ποίαντος ἤδει παῖς τοῦ Ἡρακλέους ξυνών. Ait, σχεδὸν μὲν οὖν ἔγωγε ἐν ὅσῃ χρείᾳ καθέστηκας αὐτός. deeſt οἶδα vel ἐπίσταμαι. ſunt & alia nonnulla quæ per ſe tirones animaduertent, aut ab interprete adiuti. idem de ſequentib. duabus orationibus dictum
Pag.581. volo. initio Chryſeidis ſcribe, ὃ δὲ δεινότατόν ἐστιν. & in dialogi perſonis caue
Pag.583. erres. néve iudicio ſtes ſemper interpretis: vt exempli cauſſa in iſtis: καλῶς συνιῶ ἐκ τῶν λόγων τούτων, &c. nam καλῶς per ſe accipiendum: eſt enim perſona diuerſa, ab illa quæ prius loquebatur: & diſtinguendum: Καλῶς· οὐ συνιῶ ἐκ λόγων τ. item illa ſunt corrupta, τοῦτο δὲ λόγων πάνυ ἀδήλων ἐστίν. neſcio quomodo ſcripſerat: ſententia tale quid poſtulat: τοῦτο δὲ ἐκ λόγων οὐ πάνυ ἀδήλων γιγνώσκειν ἐστί. ſed aliter puto ſcripſiſſe. an hoc modo? τοῦτο δὲ λέγων οὐ πάνυ ἄδηλός ἐστιν. vulgatiſſimus Helleniſmus.

LVII. Ad primum libellum De fortuna.

PVLCHERRIMÆ & digniſſimæ quæ non raptim vt nunc fit à nobis, ſed accuratè recenſerentur, tres illæ diſſertationes ſunt, quas de fortuna ſcripſit noſter hic Chry-
Pag.589. ſoſtomus. In principio primæ illarum leguntur hæc: οὕτως οὖν καὶ τῆς τύχης παρούσης μὲν, χαίρειν καὶ ἥδεσθαι τοὺς ἀνθρώπους· μὴ παρούσης δὲ λύπην ἔχειν καὶ ἀπορίαν πάντα ἐκ τῆς δαίμονος

-ταύτης. non ſolemus coniecturis noſtris temere indulgere, neque aliter locum illis dare quàm vbi vel ſententia opem poſtulat, vel Helleniſmi leges. iſto verò loco, etſi videtur vtrique ſatis conſultum; tamen in vulgata lectione non poteſt animus acquieſcere. Ne longum faciam ſuſpicor ſcripſiſſe auctorem, μὴ παρούσης δὲ λύπην ἔχειν καὶ ἀπορίαν, οἷς πάντα ἀνῆπται ἐκ τῆς δαίμονος ταύτης. vel, οὕτω πάντα ἄν. cur ſic potius placeat, periti intelligent & me tacente.

LVIII. Ad librum alterum De fortuna. Tellus felix pater. dubitatio de populo apud quem hæc oratio habita. Cyrus dictus ἡμίονος *&* ὀρεύς*: item rex Indorum. alia item obſeruantur: quædam etiam corriguntur.*

IN ſecunda earundem verba ſunt iſta; τέλος μὲν γὰρ βλεπέτω τοὺς παῖδας, καὶ Κυδίππην, καὶ Αἴολος, καὶ εἴ τις ἄλλος ἦν πατὴρ εὐτυχής: Poterat eruditum virum ipſe Helleniſmus de menda huius loci admonere. nam cui perſuadebat τέλος accipi poſſe, vt ipſe exiſtimauit? non longe petẽda emẽdatio: verùm adiecta litera vna Τέλλος ſcribendũ. hic eſt Tellus ille famæ celeberrimæ propter εὐτεκνίαν. notiſſima eſt hiſtoria quã refert Herodotus libro primo. Ait, αὕτη σώζει τὸν νοσοῦντα ἐν τῷ τέλει. Lego, ἐν τῷ λέχει. nam oportuit locum deſignari vbi obitur periculum: cuiuſmodi ſunt in ſequentibus exemplis iſta, ἐν τῇ θαλάττῃ, ἐπὶ τῶν χιλίων νεῶν, & ἐπὶ τῆς χαρδίας. Non habent hæc, οὐκ ἀρκεῖ μοι φυτά, τρέφειν με μὴ δυνάμενα, quo referantur, vt ſimilia quæ præcedunt, & ſequuntur Dionis verba, quæ ſubiicit ipſe poſt verſus poëtarum quos adfert. Puto deeſſe Homeri verſum, Φοίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον ἐνόησα: quod apud poëtam continuo ſequitur poſt iſtum quem modò poſuit. Δήλῳ δή ποτε τοῖον. Ait, πῶς οὖν οὐκ ἂν εἰδείητε τούτων ἁπάντων τῇ τύχῃ τὴν χάριν; καὶ τοῦ γένους, ὁ Πηλωνδεῖς, καὶ μεταβολῆς, ὅτι ἐκ πενήτων εὐδαιμόνησε. Peſſimè hæc accepta ſunt. Legimus, καὶ τοῦ γένους, ὅτι Ελλωνες· καὶ τῆς μ. ὅτι ἐκ πενήτων εὐδαιμονήσετε. vel εὐδαιμονεῖτε. monent nos literarum apices, vt ſcribamus ὅτι Ελληνες: à quibus ſi liceat paullulum diſcedere, ſcribam, ὅτι Ἀθηναῖοι: non ſolum quia ſic ſequitur in exemplo Socratis: verùm quia populus apud quem habita hæc diſſertatio, Athenienſium fuit colonia. Ait, τίς ἄν ποτε ἤλπισεν Ινδῶν ἄρξειν Ὀρέα. ſtatim cum iſta legeremus animaduertimus eorum errorem qui hominem iſto loco ſuauiter finxerunt cui eſſet nomen Oreo: quæ non fuit difficilis obſeruatio, cum ſequentes voces in proximis verbis ποιμένα & γυναῖκα vincant ὀρέα nihil aliud eſſe, niſi quod omnes ſciunt ſignificari voce ὀρεύς, *mulus*. Iam igitur videamus quis ille Indorum rex, quem vulgata lectio Orea indigetat, nos mulum. an verò dubitamus Cyrum intelligi quem conſtat dictum eſſe, ἡμίονον? vide Herodotum. Cyrus autem non Indorum quidem rex fuit: ſed eius regnum ad fines Indorum acceſſit: eorum certè qui citeriorem Indi fluminis ripam accolebant. Se-

Pag. 593. Pag. 594. Pag. 595. Pag. 597.

quitur, ἀπέκτεινε τὸν Ἀλέξανδρον δοῦλος καὶ Κίλιξ. ſeruus iſte à quo Alexandrum ait ſublatum Iolas eſt. atqui Iolas nec δοῦλος fuit, nec Cilix: erat enim Caſſandri frater. quid multa? Lego, Ἰόλας καὶ κύλιξ. venenum ἐν κύλικι fuiſſe propinatum, diſerte Arrianus ſcribit. Non ſuccurrit nũc hiſtoriæ ad quam
Pag. 598. iſtis verbis alluditur: τί δαὶ μετὰ τοῦ λέοντος Μύλης τὸ τεῖχος περιέρχεται. Dux ille Afer cuius meminit, Annibal eſt: ſed quod addit de annulis occiſorum Romanorum aliter narrant Plinius atque alij.

LIX. Obſeruatiunculæ ad tertium De fortuna.

Pag. 602. IN tertia earum quas de fortuna ſcripſit, lege, τούτῳ δ' ἂν ὑπάρξῃ τὰ παρ' αὐτῆς ἀγαθὰ, μοχθηρὸς πέφυκε. quæ hiſce cohærent peſſime ſunt accepta: ἔστι γὰρ ὅμοιον, ὥσπερ εἴ τις ἀγγείων πολλῶν ὄντων, καὶ μηδενὸς ὑγιοῦς, τὸν εἰς αὐτὰ ἐγχέοντα βλέπων, ῥέον ἀεὶ, ἢ πληρούμενον· εἴποι γὰρ ἂν, ἀλλ' ἔστι πάντα τοιαῦτα· ἕως δὴ ἂν ἢ κενὰ λανθάνῃ. interpres quam ſcripturam ſit ſecutus, videre eſt in eius verſione. nos aliter coniiciebamus, ſcribebamúſque, ῥεόντων ἀεὶ οὐ πληρουμένων. ſed deeſt fortaſſe aliquid.

LX. Ad primum commentarium De gloria quædam adnotantur. δοξοκομπεῖν, & δοξοκοπεῖν. συλλαβὴ, vox duarum ſyllabarum. κηρύττεσθαι, & ἀποκηρύττεσθαι. puer ὡραῖος. ἀμοιβαία πάλος. κακῶς ἀκούειν ὑπό τινος. ἐπιτυχεῖν τοῦ χαρίεντος de vrbani dicto. ἐπιγράφεσθαι τὴν ἀρετήν. Θάσιος. mendæ non paucæ tolluntur.

ETIAM alibi ſcriptum inuenias δοξοκομπεῖν, vt habetur
Pag. 604. initio primæ de gloria: melius tamen δοξοκοπῶν, vt
Pag. 605. paullo poſt δοξοκόποις. eſt enim iſtis, φαντασιοκοπεῖν, δημοκοπεῖν, ὀχλοκοπεῖν & aliis ſimile. Συλλαβὴν appellat Dio voculam duarum ſyllabarum: cum ait παρὰ μίαν συλλαβὴν γίνεσθαι τὴν διαφορὰν eorum qui in foro voce præconis ἀποκηρύττονται, hoc eſt abdicantur à ſuis parentibus: & illorum qui in ludis ſacris voce item præconis κηρύττονται, id eſt, victores renunciantur. de more alienandi filiós à familia ſua, quod Græci ἀποκηρύττειν dicunt, habes apud Lucianum, & in rhetorum decla-
Pag. 606. matiunculis. Scribe, οὐδεὶς ἐπιστρέφεται. Sequitur poſtea: ὁμοίως ὁ πρὸς παῖδας ἀθλίως ἔχων, ἐὰν εἰς Ῥωμαῖον ἐμπέσῃ, τοῦτον ἕνα ὄντα θεραπεύσει· καὶ πολλάκις μικροῦ κατειργάσατο. non eſt ferenda iniuria quam Romano nomini hæc ridicula lectio facit. quid enim? ſoli ergo pueri Romani impudici? ſoli obnoxij contumeliæ & Græcorum & Aſiaticorum ſceleſtè παιδομανούντων? Apage tam fatuam ſententiam. Lege verò ἐὰν εἰς ὡραῖον ἐμπ. pueros deli-

catos Græci ὡραίους dicũt. infra, διὰ δὲ ..... μειράκιον ὥραιον. ἀμειβάδιν πῶλον neſcio Pag.607. an de equis deſultoriis recte ſimus interpretaturi. omnino certe ad equos ἀγωνιστικοῖς referendum: & fallitur interpres qui aliter eam vocem accipit. κακῶς ἀκούειν ὑπό τινος, eſt, præbere aures ſuas calumniatoribus alicu- Pag.609. ius. ſic in apophthegmate iſto, εἰ μὴ παύσῃ κακῶς ἀκούων ὑπ' ἐμοῦ, κἀγὼ ὑπὸ σοῦ κακῶς ἀκούσομαι. *niſi deſinis meos obtrectatores audire, & ipſe detrahentibus de te aures commodabo.* dictum in ſuſurronem importunum. Lege, καὶ τοῦτο εἰπών, ἐὰν ἀποτύχῃ πως, ἧττον ἐπάραξεν· ἐὰν δ' ἐπιτύχῃ τοῦ καιρίου, παραχρῆμα ἀνῄρηκε. non autem τοῦ κυρίου. ſi vrbanus aliquis eum aptiore dicto, Pag.610. & quod aliquid ex vero trahat, petierit, actum eſt de ipſo ſtatim. tranſlatum à iaculatoribus, vt ὀνείδη βάλλειν, ἐπεσβολίη, *dicta iacere,* & ſimilia multa in vtraque lingua. pro τὸν τὴν ἀρετὴν ἐπιγεγραμμένον, neſcio quid legerit aliud interpres: perperam. ἐπιγράφεσθαι τὴν ἀρετὴν vel τὴν παιδείαν, familiaris Græcorum locutio, de eo qui profitetur ſtudium virtutis, aut literarum, & qui cupit cognominari ἀρεταῖος, ſiue σπουδαῖος, aut πεπαιδευ- Pag.611. μένος. Lege, εἰ μὴ τῶν ἄλλων καταφρονῆσαι πείσῃς σαυτόν. malim etiam, τί δεῖ δό- Pag.612. ξης ἐπιθυμεῖν, ἧς καὶ ἐὰν τύχῃ πολλῆς τις, οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ πολλάκις ἀπώνατο. illa non capio, δέον πολλάκις βλάβεσθαι, κἂν ἄρα συμβαίνῃς τινί. an ſcripſerat? κἂν ἄρα συμμένῃ τινί. etſi permanet alicui parta gloria, res tamen non caret metu. adeo eſt fragilis gloria, & omnis fortuna. an ſic? κἂν ἄρα ἀξία συμβαίνῃ τινί. in Bionis dicto Θάσιος eſt, vinum Thaſium. expoſuimus ad Athenæum libro III. cap. XXIX. Scribe, εὐήθως, ἐμοὶ δοκεῖν. & πόθεν; *nequaquam.* vt ad Rhodiacam.

LXI. Ad ſecundum περὶ δόξης· σταθμῷ ſiue σταθμῴη vel σταθμῷτο. μαρτυρεῖν τινά.

STATIM initio malim ſcribi, ἡμεῖς τῶν πολλῶν τε καὶ εἰκῆ φερομένων. deinde, τὸν φιλόσοφον τῷ ὄντι. poſt quæ verba Pag. 613. deeſſe aliquid ſuſpicor. ante φαῦλον deeſt negatio. quis enim non ſtultus aut non εἰρωνευόμενος ſuperiorem reſponſionem auſit damnare? Interpunge mox, ac ſcribe, φαύλῳ γὰρ ἄν, ὦ ἄριστε, κανόνι, παντάπασι σκολιῷ, μὰ Δία, οὐ μίαν τινὰ καμπὴν ἔχοντι, μυρίας δέ, καὶ πάσας ἀπευθυντίας, τὰ πράγματα σταθμῷ, τῇ δόξῃ πειρώμενος ἀπευθύνειν αὐτά. verbum eſt σταθμῷ non nomen. *expenderet, ponderaret.* ſed melius ſcribas, σταθμῴη vel σταθμῷτο. vt mox σταθμώμενος. & in poſteriore de inuidia, vbi eadem repetitur ſententia non multo aliter. Non memini alibi legere, μαρτυρεῖν τινα pro, *præbere alicui laudis teſtimonium,* ſed τινί. tamen ita locutus Dio, cum ſcribit, οὐ τύχωσι μαρτυρήσοντες αὐτῶν τινες καὶ ἐπαινέσοντες. puto melius αὐτῷ.

LXII. *Nonnulla emendantur in ea De virtute, & ſequentibus aliquot diſſertatiunculis.*

Pag. 618. SCRIBE, ὧν ἂν ὅμοιον ὑπολαμβάνωσί τιν᾽, ἕτοιμοί εἰσιν. deinde, ἀλλ᾽ οἱ μὲν τινες περὶ γεωργίαν πραγματεύονται. poſtea
Pag. 620. reſtitue negationem quæ excidit, ac ſcribe, καί τοι οὐχ ἧττον ὁ φόβος τοῦ κλέπτειν ἀπέχεσθαι δοκεῖ. & κλέπτειν οὐ φήσομεν. Sed hæc leuia: neque ea nos attigiſſemus niſi eſſent grauius affecti loci in hac oratione, quos omittere non poteramus: vt ſtatim, ἔπειτα δέονται πολλάκις τῶν ἀπειλούντων καὶ κολαζόντων, ὡς οὐ δυνάμενοι αὐτοὶ ἀπέχεσθαι τῶν ἀδικημάτων, ἀλλ᾽ ἄδικοι ὄντες. mendoſiſſima hæc ſunt in vulgata lectione, ἀλλὰ καὶ οἶκοι ὄντες. vbi etiam interpunctio corrupta. quam tamen lectionem adeo fatuam ſecutus eſt eruditus interpres. vſque adeo facile etiam eruditis viris imponitur, qui vſum τῆς κριτικῆς non habent. quod autem ſequitur, τοιοῦτοι δὲ ὄντες, αἱροῦνται τοὺς νομοθέτας, καὶ κολάζουσι τοὺς νόμους. ſuſpectum mihi: neque enim ſcio quid ſit *punire leges*. hoc ſcio, in Rep. pœnas infligi ex legibus. quod fuerit, κολάζουσι κατὰ νόμους. ſed cogitemus, num auctor potius ſcripſerit, κολάπτουσι. *ferunt; incidunt in æs*. Prætereo aliquot deinceps diſſertatiunculas: in quibus, ſi leues mendas excipias, quas fere interpres deprehendit, nihil video quod lectorem offendat. Locus de Hippia in LXX. cum Apuleij Floridis conferendus, vbi eadem omnia, & multo etiam plura. in
Pag. 634. LXXIII. ſcribe, Μιλτιάδης δὲ ὁ πρότερος νικήσας τοὺς Βαρβάρους.

LXIII. *Laconis dictum in Athenienſes, & ex eo natum prouerbium, varie à poëtis expreſſum. emendatio verſus Machonis apud Athenæum confirmata.* δεξιοῦσθαι. *quædam corriguntur.*

Pag. 637. IN ea Περὶ ἀπιστίας leguntur hæc verba: πῶς ἂν ἐμὲ ἀγαπήσειεν ὁ μηδ᾽ αὐτὸν ἀγαπῶν; τὸ γὰρ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ῥηθὲν, ὅτε ἐν ἐσχάτοις ὄντες ἠξίουν τι περὶ Σάμου, καλῶς ἂν οἶμαι, λεχθείη πρὸς τοὺς φιλίαν ὑπαρχομένους τῶν φαύλων· ὃς αὐτὸς αὑτὸν οὐ φιλεῖ, πῶς ἄλλον φιλεῖ; extat apud Plutarchum Laconis apophthegma, quod prouerbio huic occaſionem dedit, ὃς αὐτὸς αὑτὸν οὐκ ἔχει, Σάμον θέλει. quò alluſum eſt à Dione. ſed videntur comici, vt ſuo ſermoni id prouerbium accommodarent, variè illud extuliſſe. nam Dio alicubi hoc modo προφ-δηθὲν meminerat legiſſe, cum hæc ſcribebat; Ος αὐτὸς αὑτὸν οὐ φιλεῖς, ἄλλον φιλεῖς; ita autem conceptum, ſententiam continet diuerſam à Laconis dicto quod in Athenienſes iecit, cum vrbe etiam ſua amiſſa, Samum ſibi vindicarent. Extat & Stratonici iocus vrbaniſſimus in malum citha-

rœdum,

gœdum, ὃς αὐτὸς αὑτὸν οὐ κιθαρίζει, ἄλλον κιθαρίζει: vbi manifeſta eſt ad ſuperiorem adagionem alluſio. Atque hoc valde firmat noſtram de illo Stratonici ioco ſententiam; qui deprauatiſſimam librorum lectionem ita emendauimus. Animad. in Athen. lib. VIII. cap. IX. In verſibus quos profert Electra, male interpres μεταθοῦ legit pro μετίθου. nam in Euripidis Oreſte Pag. 638.
verſus integer ſic habet, Ταχὺς δὲ μετίθου λύσσης, ἀργῆς φρενῶν. Scribe, τοῦ Pag. 640.
πάντη πρὸς ἐκεῖνον τρόπον οἰκειότερον ἔχων. τοῖς μὲν γὰρ προδόταις, ἀργύριον ἦν ἀνάγκη διδόναι· τοῖς θεοῖς δὲ περιορκεῖν (ſiue περιορκοῦντα) οὐδὲν ἔδει. & poſtea, νὴ Δί' Pag. 642.
ἀλλ' ἐπιδείκνυται δεξιούμενος εὔνοιαν. enimuero beneuolentiam ſuam mihi teſtatur omni genere comitatis. ineptiſſime vulgò, ἐπιδείκνυται δεξιοῦ τινὸς εὔνοιαν. quod tamen interpretes eſt amplexus. omitto nonnulla quæ ex eius verſione tirones caſtigabunt. vt ſub principium. κἂν φίλος ἢ συνήθης, ἢ πρ. Pag. 646.
& cætera hoc genus.

LXIV. Coniecturæ aliquot in LXXV. *τὰ ἆθλα τῶν εὐεργεσιῶν. τρία ῥήματα præconiorum in ludis ſacris: & quænam illa ſint. acclamatio ſolennis omnium hieronicarum.*

AIT in encomio Legis: κάλλιστα δὲ καὶ τὰς ἀμοιβὰς τῶν εὐεργεσιῶν πεποίηκε, στεφάνους καὶ κηρύγματα καὶ προεδρίαν ἐχθρῶν. Pag. 647.
Legimus, καὶ τὰ ἆθλα τῶν εὐεργεσιῶν. præmia bene meritorum. Ait, ἔστι ὁ τὰ τρία ῥήματα, οἷς ἕκαστος κηρύττεται τῶν ἀγαθῶν, πολλοῖς ἀποφῆναι τοῦ ζῆν τιμιώτερα. appellat τρία ῥήματα formulas quibus præcones vtebantur in renuntiandis victoribus ludorum ſacrorum. proprium formularum, non ſolum iſtarum, ſed ferme omnium, vt conciſæ ſint ac breues: idcirco *tria verba* vocat. & re vera huiuſmodi ἀναῤῥήσεων tria erant τὰ κῶλα: exempli gratia, ΜΙΛΩΝ ΟΛΥΜΠΙΑ ΝΙΚΑι. ſed præter hæc, multa adiiciebantur alia: patris nomen & patriæ, item genus certaminis. Poſſis etiam tria illa verba referre ad ſolennem acclamationem omnium Hieronicarum: quibus ſolitum ab vniuerſis ſpectatoribus ter adclamari, ΤΗΝΕΛΛΑ ΚΑΛΛΙΝΙΚΕ ΧΑΙΡΕ. & fortaſſe melior hæc interpretatio. Scrib. ὥστε ἡ μὲν ἀποβαλοῦσα τοὺς οἴακας ναῦς. malim etiam, ἡ δὲ ταύτης διαφθορὰ μανίαν καὶ παρακοπὴν φέρει.

LXV. Heſiodus ἐξ ἀνάγκης μουσικός. ἐκδιδόναι, προστάττειν, ἐργολαβεῖν: πρόσταγμα, locatio faciendi operis. ἐργαστήριον. θρέμμα Νείλου, *& ſimilia. Suſpicio de codicis defectu. non pauca corriguntur.*

Pag. 650. DE Heſiodo ſcribit initio prioris περὶ φθόνου, vulgo perſuaſum fuiſſe omnibus, non humana arte illum carmina condere ſolitum; ſed Muſarum afflatu, quarum diſcipulus fuerit. tum addit: ὃ μὲν ἐξ ἀνάγκης, ὅτι ἐπῄει αὐτῷ πάντα μουσικά τε καὶ σοφὰ ἐφθέγγετο. melius ſcripſeris, opinor, ὅθεν ἐξ ἀνάγκης, ὅ, τι ἂν ἐπῄει αὐτῷ τε. quicquid illi veniebat in buccam, omnia erant neceſſario Muſis conuenientia & μεμουσωμένα, ac plena ſapientiæ. Continuanda mox iſta ſunt, maiore diſtinctione ſublata, quæ interpreti fraudi fuit: Αλλὰ περὶ φθόνου καὶ ζηλοτυπίας, καὶ τίνες εἰσὶν οἱ πρὸς ἀλλήλους οὕτως ἔχοντες, καὶ ἐπὶ τίσιν, οὐ χρήσιμον αὖθις ἀκροᾶσθαι; deinde ſcribe, φέρε δή, δι' ὅ, τι φησὶ τούτους Ἡσίοδος εἶναι φθονερούς, καὶ δυσκόλως ἀλλήλοις ἔχειν. vulgò φανερούς καὶ δι. quo quid ineptius? ſequitur, ἢ διότι ἧττον ἐργάζοιτο τὴν αὐτοῦ τέχνην ἐκ τοῦ προστάγματος ἕκαστος, ὅτου ἂν τύχῃ πράττων, πολλῶν ὄντων ὁμοίων. ſenſus eſt, propterea inuidere ſibi inuicem artifices, quòd ſi fuerint in eadem vrbe plures, vnuſquiſque eorum neceſſario pauciores ſit inuenturus operæ ſuæ indigentes, & à quibus artis quam exercet, quæcunque illa ſit, opera facienda accipiat. non dubium eſt, velle hoc Dionem. lego autem ἐκ προστάγματος: artifex qui opus conducit faciendum, dicitur ἐργολαβεῖν. qui locat, ἐκδιδόναι, vt in teſtamento Ariſtotelis. hanc ἔκδοσιν Dio appellat πρόσταγμα, quemadmodum & nos in idiotiſmo noſtro. vt verbi gratia, cum ſutori & calceorum δημιουργῷ imperamus ζεῦγος calceorum faciendum. malim etiam, ὅ, τι ἂν τύχῃ πρ. cum ait, ἂν καὶ πάνυ λεπτὸν ἱερεῖον, καὶ πρεσβύτερον τύχῃ πωλούμενος, accipe ἱερεῖον, ſicut alibi docebamus vſurpari vulgo Græcis ſcriptoribus, pro carnibus quæ ad veſcendum mactantur, non ſolum ad ſacrificandum. quod multis probauimus ad primum Athenæi, cap. XI. Ait de lenone,

Pag. 651. ἐν πόλει τρέφοντα καὶ ἀσκοῦντα τοιοῦτο θρέμμα. appellat θρέμμα pueros & puellas, quæ proſtant in pergulis lenoniis. ſic accipit etiam Plato vocem illam de hominibus: nam in vltimo Legum, θρέμμα Νείλου nominat hominem Ægyptium: ſanè quàm ἀστείως καὶ ποιητικῶς, vt alia multa in melliſſimo illo ſcriptore. alibi dicebamus Antiphanem comicum in Paraſito, cacabum fictilem ita expreſſiſſe, θρέμμα Καρύστου γηγενές. Sequitur, καὶ πάνυ μοι δοκεῖ πορνοβοσκῷ ἂν ἀνδρῶν ὁμοτέχνων πολλὴν ἐρημίαν. ſupplendum quod palàm eſt deeſſe verbum, λυσιτελήσειν, aut aliud ἰσοδυναμοῦν. Etiam iſta

Pag. 653. mutilata peſſiméque accepta ſunt: ἀλλὰ δὴ τοῖς μὲν ἄλλοις σχεδόν, οὐκ ἀεὶ βελτίους φησὶ βούλεσθαι αὐτοὺς Ἡσίοδος. quis hæc intelligat? aut quis non videt quædam deſiderari? erit aliqua ſententia ſi hoc modo concipias: οὐκ ἂν εἴη βέλτιον φῆς (vel φήσεις) βούλεσθαι τὸ τοῦ Ἡσιόδου. *Enimuerò dices, aliis quidem*

ferme omnibus artificibus non fore conducibile, id optare quod ait Heſiodus: hoc eſt, vt æmulos artis ſuæ non habeant. non abſunt hæc à mente auctoris: verba tamen illius nolo præſtare. Porrò dubitari poteſt ſitne hic liber integer in hodiernis codicibus: nam ex ſequenti diſputatione, quam poſtridie apparet habitam, non ſine cauſſa pronunties deeſſe iſti aliquid. Ait in illius principio, confectum eſſe ac probatum pridiano ſermone, virum cordatum ac ſapientem, nemini opes inuiſurum. quod etſi poteſt ad poſtrema huius libri verba referri: iure tamen ſuſpiceris, vberiorem aliquam diſputationem de contemtu opum ſignificari: quàm hodie in noſtris exemplaribus inueniatur.

LXVI. Notantur & caſtigantur quædam in poſteriore De inuidia.

ὁ Θηβαῖος αὐλητής. ἕρματα & ἕρμαια. γράμματα ἐν στήλαις. τἄλλα οὐ τούτου ἄξια. ζηλοτυπεῖν τινὰ τινός. ellipſis vocum ἕνεκα & μᾶλλον eodem loco. Semelæ partus, νόμος αὐλητικός. locus eximius de habitu tibicinis in theatro eum νόμον canentis. κορωνιαῖ. χειστὰ φάρμακα.

SCRIBE initio, δῆλον δηλῶ φρονεῖν. non δηλῶ. nemini vel mediocriter ſapienti quicquam aliud in mentem venturum, quàm quod ſit coniunctum cum omnium vtilitate. ὁ Θηβαῖος αὐλητὴς, cuius extat ſcita vox, *Mihi cano & Muſis*, Antigenidas fuit, vel Iſmenias: varie enim auctores narrant. Lapidum aceruos, quales congeſti ſunt, vt nugantur poëtæ, Orpheo canente & lyram pulſante, Dio appellat ἕρματα iſto loco, ὥ τῶν λίθων κινουμένων καὶ ξυνιόντων, ὥστε μεγάλα ἕρματα ἀθροίζεσθαι λίθων πλησίον αὐτοῦ. ego ſcio ἕρμα dici nauium ſaburram, item illa, quæ moli fulciendæ admouentur. ὑπερείσματα vocant. aceruos lapidum ἕρμαια ſemper Græci, vel ἑρμακας, non ἕρματα nominant. Heſychius, ἕρμαιον, σωρὸς λίθων. cauſſam appellationis diſcas ex eodem in ἕρμαιος λόφος, & Nicandri ſcholiaſte atque aliis. Lego igitur heic, μεγάλα ἕρμαια ἀθροίζεσθαι. Scribe, οἱ, αἲ οὕτω τύχῃ, πεπλησμένον ὀρ. mox, εἰς δὲ φρόνησιν καὶ δικαιοσύνην. Ait, καὶ δῆλον, ὅτι ἔσται ταχὺ μάλα ἐοικὼς, ἀντ᾽ ἐκείνου τοῦ προτέρου ἵππου, φαύλως καὶ κατὰ τὴν τοῦ ἑνὸς εἰργασμένου τέχνην τοῦ θαυμαστοῦ ὥ πολὺ τέχνῳ δημιουργήματι. vox φαύλως aut corrupta eſt, aut alieno loco poſita. reſtituo ſic: ἀντ᾽ ἐκείνου τοῦ προτέρου ἵππου, τοῦ καλοῦ καὶ κατὰ τὴν τοῦ ἑνὸς εἰργασμένου τέχνην, τοῦ θαυμαστοῦ καὶ πολυτέχνῳ δημιουργ. Non diſpliceat ſcribi, καὶ γράμματα ἐν στήλαις, καὶ μαρτυρίας ἐπιγραφοῖς δήμων καὶ βασιλέων διώκων. potius quàm μαρτυρίαις ἐπιγραφοῖς. appellat γράμματα, quæ in Corinthiaca ἐπιγράμματα, ſtatuarum inſcriptiones. De ignauis, ſuam virtutem extra periculum iactare ſolitis, ſcribit: τοὺς δὲ αὖθις τούτους ἑνὸς ἀνθρώπου καταπρέχοντος καὶ διώκοντος, παρεξεπάδην φεύγοντας ξύμπαντας οὐ φαινομένους ἐκείνους ἀξίους. ſcribendum & diſtinguendum, παρ. φεύγοντας, ξύμπαντας οὐ φαινομένους ἐκείνου

Pag. 654. Pag. 655. Pag. 656. Pag. 657.

ἀξίοις. repete ex præcedentibus δεῖν ἐστὶ vox ἐκείνου refertur ad illa ſuperiora, ἑνὸς ἀνθρώπου κατ. vereor ne ſubtilius videatur quàm probabilius, interpretari vt in prouerbio quo claudebatur olim epigramma tumuli, quem Sardanapalus ſibi viuus ponendum Tarſi curauerat, ὡς τἄλλα πάντα οὐ τούτου ὄντα ἄξια. videlicet, vt apud Strabonem exponitur, τοῦ τῶν δακτύλων ἀποκροτήματος. Ait, αὐτὸν δὲ οἰκτείρειν τῆς ἀπορίας τε καὶ ἐρημίας τούτων τῶν ἀνθρώπων ἡγεῖτο, οὐ τῶν εὐτυχῶν. διὰ δὲ τοῦτο ἐκεῖνος φθονοῖ καὶ ἐπιβουλεύοι πάντα τρόπον. & pueri videant ineſſe vitium: ac fortaſſe deſunt pluſcula verba: poteſt ita concinnari ſententia: καὶ ἐρημίας τούτων· ἑαυτόν τε τῶν ἀνθρώπων ἡγεῖτο οὐ τῶν εὐτυχῶν. ſed, vt diximus, deeſſe amplius aliquid videtur: quod acuti lectoris coniectura relinquimus ſupplendum. deinde ſcribendum, διὰ δὲ τοῦτο ἐκείνοις φθονεῖν. corrige etiam ſtatim, κἀκεῖνον οὕτως ἔχειν φάσκων. non κἀκεῖνο. At contra de Sardanapalo rectè ſcriptum, ὅς ἔφη: non, ὅν φασι, quomodo legit interpres. ad elogium illud alludit, quod Sardanapalus tumulo ſuo voluit inſcribi, de quo modò dicebamus. extat apud Strabonem, & alios multos veterum. Sequitur, καὶ διὰ τοῦτο ζηλοτυπεῖν αὐτὸν, τὴν τῶν τράγων τε καὶ ὄνων εὐδαιμονίαν. peritum Helleniſmi offendet hæc locutio. legimus, ζηλοτυπεῖν αὐτοῦ τὴν τ. aut quod longe elegantius, ac melius: ζηλοτυπεῖν αὐτὸν, τῆς τῶν τράγων τε καὶ ὄνων εὐδαιμονίας. nihil vulgatius ellipſi iſtá Græcorum vocis ἕνεκα. Dio vero paullo poſt duas particulas ἕνεκεν ac μᾶλλον ſimul reticuit. cum ſcribit, οὐκ ἂν διαφέρεσθαι περὶ αὐτῶν, οὐδ᾽ ἂν φθονήσειεν οὐδενὶ ἐκείνων, ἢ τῆς ψάμμου τῆς ἐπὶ τοῖς αἰγιαλοῖς, ἢ τῶν κυμάτων τοῦ ψόφου τε καὶ ἤχου. nam hæc ſic accipienda erant interpreti, quaſi dixiſſet, οὐδ᾽ ἂν φθονήσειεν οὐδενὶ ἕνεκεν ἐκείνων· μᾶλλον ἢ ἕνεκα τῆς ψ. &c. Scribe mox, ἐν οἰκήματι χαλκῷ φυλαττομένην. deinde, Κροίσου non Κροῖσον. Nimis facetus eſt Dio cum Alcmæonem illum ſuffarcinatum probe, atque omnibus & corporis & habitus partibus tumentem auro, quod è Crœſi theſauris auferebat, comparat cum tibicine qui Semeles partum caneret. fuit inter cæteros quidam νόμος αὐλητικὸς qui dicebatur *Semelæ partus*, quem nomum tibicines cum in ſpectaculis canere volebant, cum ſimili ornatu prodibant ei quem heic deſcriptum vides. oportebat enim parturientis etiam pannos, centones atque vniuerſum habitum exprimi, non minus quàm vocem. auctor primus eius carminis ac νόμου Timotheus poëta, idémque fidicen, de quo multa Athenæus libro VIII. & nos ad illum. etiam illud venuſtum quod addit auctor: καὶ ἦν τότε Ἀλκμαίων, οὐδεμιᾶς ἄξιος δραχμῆς, ὡς εἶχεν ἱσταμένος: melius οὐδὲ μιᾶς. quomodo etiam ſcribendum in fine τοῦ LXXIX. *& erat tunc Alcmæo, ne vna quidem drachma dignus, appenſus cum illo ſuo habitu atque auro.* omnia hæc non intellecta interpreti. Rurſus defectu vitioſi ſunt codices in his: οὐδὲ βούλεται κροτούμενον καὶ ταινιούμενον, κορωνιῶντα καὶ γαυρῶντα, καθάπερ ἵππον ἐπὶ νίκῃ παραπεμπόμενον, ἢ ὁπόσοι παραπέμπουσι τοὺς νυμφίους. poſt vocem γαυριῶντα deeſt ὁρᾶν ἄγειν, aut tale quid aliud. eſt autem ἐκ παραλλήλου dictum, κορωνιῶντα καὶ γαυριῶντα ἢ γαυριῶντα. idem enim vtraque voce ſignificatur. Heſychius κορωνιῶν, γαυριῶν. verbi originem, diſcas ex eodem grammatico & aliis. pro αὐτὸς δὲ ἀδ. probem, εἰ δὲ αὐτὸς ἀδ. propter τὴν ἀκολουθίαν

Pag. 658. [margin, beside "τύλων ἀποκροτήματος"]

Pag. 659. [margin, beside "preti, quaſi dixiſſet"]

Scribo etiam, *εἰ μὴ καθάπερ ἡ Κίρκη ἐβούλετο.* quod autem ſequitur, *ὥστε* Pag. 660.
οὐκ ἀπορίᾳ τοῦδε τοῦ χρήματος, ζητοῦσι περὶ τῶν εὖ πεφυκότων: videndum an non ita potius ſit ſcribendum ac ſupplendum: *ὥστε οὐκ ἀπορίᾳ τοῦδε τοῦ χρήματος, θεραπεύεσθαι ζητοῦσι περὶ τῶν εὖ πεφ.* lege antecedentia ac ſequentia, totiúſque huius ſermonis, qui inde cepit, *τί ποτε βούλονται τῶν μακαρίων τινὲς θεραπεύεσθαι πρὸς ἀνθρώπων ἐλευθέρων*, ſcopum attende: niſi fallor, aſſentieris. Deinde corrige, *ἀλλ' ἡγοῖτ' ἂν ὁμοίους τοῖς μεταβ.* Vbi lo- Pag. 661.
quitur de ſtudio flagrantiſſimo ſapientis, perducendi omnes, ſi poſſet, certè quàm plurimos, ad frugem bonam & amorem virtutis, leguntur hæc: *ἠδόμενος ἀνθρώπων, οὐ βοῶν, οὐδὲ ἵππων.* omnino ſcribendum *κηδόμενος.* vt in vltima, *πάππου κηδόμενος.* & poſt pauca, *ἀβλαβὴς μὲν συνοδοιπόροις, ἢ ὅτῳ γένοιτο σύμπλους.* vel, *συνοδοιπόρος ὅτῳ γένοιτο σ.* item, *βοηθεῖν ἅπασι*: non *βοηθεῖν.* ibidem vox *ἑτέρων* ſuſpecta. & *οὐδὲν μικρὸν ἰσχύει παντελῶς*, corrupto ſenſu, pro *οὐδὲ μικρ.* aliquanto poſt, *ὅσῳ τῶν ἄλλων οἰκ.* non *ὅσων.* Scri- Pag. 662.
be, *Ποῖ μεταστρεφέσθων ὡς κακοί;* apud Sophoclem ſolus liberorum Herculis Hyllus patri miniſterium hoc triſte præſtat. Lege ſub finem, *μὰ* Pag. 663.
Δία, οὐχ ὑπὸ φαρμάκων χριστῶν, ἢ πότων. ineptiſſimè vulgò, *χρηστῶν.* minus etiam rectè interpres *ἀχρήστων.* Pharmaca, tam bona quàm mala, ſunt alia *ἔγχριστα*, alia *ποτὰ*, alia *ἐπίπαστα.* Theocritus. *Οὐδὲν ποτὶ τὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο Νικία, οὔτ' ἔγχριστον, ἐμοὶ δοκεῖ, οὔτ' ἐπίπαστον.* ſcribe etiam, *λαμπροτέρου δεόμενον ἐμπρησμοῦ.* reſpicit ad vſtiones medicorum, & id quod paullo ante dixerat, *χλιαρωτέρῳ πυρὶ καίειν.*

LXVII. Ὁ περὶ πλούτου λόγος percurritur. μεγαλοφρονεῖν. ἐρέφειν. Padum apud Celtas fluere, Apollonij Rhodij & aliorum veterum error. multa emendantur.

ΜΕΓΑΛΟΦΡΟΝΕΙΝ Græci de eo vſurpant, qui ſentiat de ſe magnificè: vel, quod adfine eſt, de eo qui ſuperbia quadam efferatur. aliter, & vt iudico, prorſus *καινοπρεπῶς* vſurpauit Dio ſcribens, initio τοῦ Περὶ *πλούτου* ſic: *Φέρε πρὸς θεῶν; ἐπὶ τίνι μάλιστα θαυμάζειν, καὶ ἐπὶ τῷ μεγαλοφρονεῖν, καὶ μακαρίζειν ἄξιον πόλιν ἁπασῶν μεγίστην καὶ δυνατωτάτην;* poſitum enim hoc verbum inter illa duo *θαυμάζειν* & *μακαρίζειν* propriam notionem ſeruare non poteſt: ſed pro magni facere, neceſſariò accipiendum. commodius igitur, atque Ἑλληνικώτερον vocibus tranſpoſitis ſcribas: *ἐπὶ τίνι μάλιστα θαυμάζειν, καὶ μακαρίζειν, καὶ ἐπὶ τῷ μεγαλοφρονεῖν ἄξιον π.* Priora verba ad iudicium aliorum referuntur: iſtud ad proprium eius ciuitatis quam ait, iudicium de ſe. poſſis concinnare & aliter. Sequitur, *καὶ ὅτι χρυσῷ τὰς οἰκίας ἐρέπτουσιν.* imò verò *ἐρέφουσιν.* *aureis lacunaribus domos contegunt.* longe diuerſum altero verbo ſignificatur. mox, *ὑπερβάλλων τό τε ἀληθὲς καὶ τὸ δυνατὸν σχεδὸν, οὕτως ἅπασαν ἠσκημένην τὴν πόλιν, καὶ νὴ Δία, ἐπὶ ταῖς γραφαῖς,*

& τ. videtur ſcribendum, οὕτως ἁπάσαν κλάσας ἠσκημένην τὴν πόλιν. deinde ſequentia ſeparari debent, καὶ νὴ Δία ἐπὶ ταῖς γε. repete, δεῖ μακαρίζειν. Ait, ἀλλὰ παρ' ὧν ἐκεῖνα ἐκοσμήθη. lego, παρ' οἷς οὕτως ἐκεῖνα ἐκ. de Corin-
Pag.664. thiorum ære, Strabo, & Plinius in XXXIV. Ait, εἰ δ' αὖ λίθων ἑτεροχρόων καὶ ποικίλων, ἢ Τηίων ἢ Καρυστίων, καὶ τ. nullus eſt ſenſus. ſcribendum, ἢ Τηίων, ἢ K. nempe εὐδαιμονοίη πόλις. non capio quæ ſtatim ſubiiciuntur: ἀκούω δ' ἔγωγε τῶν ὀροφῶν τὰς πάνυ παλαιὰς τῆς αὐτῆς εἶναι πέτρας. ſententia nulla: ſolœciſmus euidentiſſimus. lego, τῶν οἰκιῶν τὰς πάνυ παλαιάς. audio, inquit, in illis locis vbi metalla reperiuntur marmoris diuerſorum colorum, vetuſtiſſimas quaſque domos ex illo ipſo marmore eſſe ſtructas. addit, ἀλλ' ὅμως, οὐδένος εἰσι βελτίους, οὐδ' εὐτυχέστεροι τῶν πάνυ παλαιῶν τε καὶ ἀθλίων. mira ſententia quam hæc lectio ſuggerit: per quam antiquiſſimi quique homines, miſerrimi fuerunt. quid falſius, quid abſurdius? lege igitur, τῶν πάνυ ἐλεεινῶν τε καὶ ἀθλ. Ait, καὶ φασὶν, αὐτόθι τοῖς κακούργοις ἐν παχείαις δέδεσθαι πέδαις. intellige, παχείαις χρυσαῖς, vel ἐκ χρυσοῦ δ. π. & puto non aliter ſcribendum. mox, ὅμοιον, ὡς εἴ τις τοὺς ἐκ δ. item, ὥσπερ αἱ ψῆφοι παρ' ἡμῖν ἐπὶ τῶν αἰγιαλῶν. Cum ait Dio apud Celtas naſci electrum, errorem Apollonij Rhodij & veterum aliorum Græcorum prudens neſcio, an imprudens ſequitur. Equidem vix adduci queo, vt putem eruditum adeo virum, & qui tantum terrarum luſtraſſet, Italiam etiam vidiſſet, credidiſſe Eridanum, ſiue Padum per Celtarum terram fluere. *Apollonium* poëtam qui ita *cecinit libro IV. excuſauerit*, vel *poëtica licentia*: vel æuum quo *vixit antiquius*, & rudius τῆς γεωγραφικῆς: quorum ille fuit imperitiſſimus. melius paullo poſt, ἀλλά γε τῆς ἀνοίας τῆς ἡμετέρας. niſi vox
Pag.665. aliqua deficit. Sub finem ſcribe, & diſtingue hoc modo: τῆς ἡμετέρας γῆς. οὐ τοῦ πάντη κάκιόν τε καὶ αἴσχιον τὸ γινόμενον; *hoc quod fieri videmus, an non & deterius omnino & turpius eſt?* interpres ſeriem diſputationis Dionis corrumpit.

LXVIII. Exponitur titulus diſſertationis LXXX. in qua corriguntur multa. συγγεγραφὼς συγγεγραφέναι *&* περιλαμβάνειν. δᾶδας ἱστάναι. *Diræ quibus Solonis leges ab Athenienſibus ſancitæ.* θεσμός. συγχεῖν τὸν θεσμόν. *Traiectio negationis.* κλοιὸς χρυσοῦς. *Excuſatio.*

COMMENTARIOLI huius ἐπιγραφὴν quæ eſt apud Photium, Τοῖς ἐν Κιλικίᾳ περὶ ἐλευθερίας; non eſt, opinor, aliter interpretari, quàm vt dicamus, è pluribus diſſertationibus quas habuit dum in Cilicia verſaretur, & prouinciæ illius vrbes luſtraret, vnam hanc eſſe. ſic in libris M. Antonini Auguſti, De vita ſua, ſæpe adnotatum legas, quo loco aliquid eſſet commenta-
Pag.666. tus. Scribe, ποτὲ δὲ αὖ μήτ' ἀκούων μηδενός. &, εἴ τις ἐν οἰκέταις ἐλευθέρους εἶναι

δυνάται. poſtea ſcribo, πολλὰ δ' Ἴωνές τε καὶ Δωριεῖς, καὶ ξύμπαντα γένη ἀνοήτων· τῶν δὲ τῆς αὐτονομίας ἔρωτι οὐδεὶς ἐγκεχώρηκεν, οὐδὲ τῶν τοῖς αὐτὸν αὐτοῦ χρῆσθαι νόμοις. plane Dionis menti conuenit hæc ſcriptura: ſed aliud fortaſſe ſubſidium afferet doctiſſimus Morellus, qui vetera exemplaria contulit, & loco iſti culpæ notam appoſuit. meritò. Ait, καὶ νῦν φασὶν ἐν τούτοις εἶναι τὴν δίκην, ὁπόταν αὐτοὶ δυστυχεῖς ὄντες συγγράφωσιν, ἢ παρ' ἄλλων ὁμοίων παραλάβωσιν. Pag. 667.
quo mens erudito viro, cum συγγράφειν heic interpretaretur *hiſtorias ſcribere?* an quia hoc apud Thucydidem & alios hiſtoricos ſignificat, nulla erit alia eius verbi notio? enimuero longius ab auctoris mente aberrari non poterat: ſed impoſuit illi vitium vulgatæ lectionis: nam proculdubio ſcribendum, reſtituta dictione quæ ſupinis & ſtertentibus librariis excidit: ὁπόταν αὐτοὶ δυστυχεῖς ὄντες συγγραφὰς συγγράφωσιν. vulgo homines, inquit, ſolent dicere, ius poſitum eſſe in legibus: & à legibus paratum eſſe auxilium aduerſus fraudem vel iniuriam. quando autem hoc potiſſimum homines dicunt? tunc nempe, cum δυστυχεῖς ὄντες, hoc eſt, neceſſitate aliqua vrgente, nomina facere coguntur, & ſyngraphâ ſuis creditoribus cauere: vel contra, cum fœnori pecuniam collocantes, ſyngrapham à delitoribus accipiunt. perplacet, παρ' ἄλλων ὁμοίων, potius quàm ὁμοίως. *ab aliis ſimilibus*: hoc eſt *ſimiliter miſeris.* quia dixerat, δυστυχεῖς ὄντες. prorſus miſerorum eſt æs alienum contrahere, & cum fœneratore negotium *habere. ſpero fore* neminem adeo nobis iniquum, vt non admodum hæc emendatio *illi* placeat. *S*equitur, τηλαυγοῦς ὥσπερ ἐν μεσημβρίᾳ λάμποντος ἡλίου δᾷδας ἴασι, δαλοὺς ἀράμενοι. quid eſt δᾷδας ἴασι? profecto ſcribendum δᾷδας ἱστᾶσι. aptum facibus verbum ἱστάναι: vt apud Theophraſtum in ἀδολεσχίας notatione: καὶ ὡς Δάμιππος μυστηρίοις μεγίστην δᾷδα ἔστησε. Diræ quibus Solonis leges ſancitæ fuerant, apud Stobœum leguntur: ſæpéque illarum apud oratores mentio. malim ſcribi, καὶ τὴν ἀρὰν ἣν Ἀθηναῖοι περὶ τῶν Σόλωνος ἔθεντο νόμων. præclarum verò eſt quod heic ait Dio: iſtas diras magis eſſe ratas, & maiorem ac certiorem vim habere, ἐπὶ τοῖς ἐκείνου νόμοις:-nempe τοῦ Διός. & ſubiicit velut interpretans quod dixerat: πᾶσα γὰρ ἀνάγκη τὸν συνέχοντα τὸν θεσμὸν, Ἀθηναίων ἐπαρχεῖν. quid meriti ſunt, aut potius quid mali non ſunt meriti iſti librorum tortores, qui eximium adeo locum ita flagitioſe corruperunt? interpres quod inuenit expoſuit. nos affirmamus longe aliud & voluiſſe & ſcripſiſſe Dionem. poſtquam enim dixit, ἀρὰν qua Athenienſes Solonis leges firmauerant, magis metuendam in Iouis lege: ſatis manifeſtum eſt, hoc illum nunc addere: ſi quis Iouis iuſſa, & illum quem vocat θεσμὸν, violauerit, eum diris non minus aut multo etiam magis fore obnoxium, quàm ſi leges Solonis migraſſet. tam certum eſt tale quid Dionem dixiſſe, quàm de eo dubitari non poteſt, τὸν συνέχοντα τὸν θεσμὸν, corruptiſſimè ſcriptum pro συγχέοντα. item, ἐπαρχεῖν, pro ἐπάρατον εἶναι, vel ἔνοχον. Totam igitur ſententiam concinnare poſſimus hoc modo: πᾶσα γὰρ ἀνάγκη τὸν συγχέοντα τὸν θεσμὸν τῇ ἀρᾷ τῶν Ἀθηναίων. & ἔνοχον εἶναι. vel, vt dixi, ἐπάρατον εἶναι. non eſt neceſſe ſcribere τὸν θεσμὸν τοῦ Διός: non ſolum quia facile ex præcedentibus intelligitur: ſed etiam, quia θεσμὸς proprie eſt ὁ ἱερὸς νόμος. quàm proprietatem heic

ſeruauit Dio. συνχέειν autem τὸν τοῦ Διὸς θεσμὸν, ita dictum, vt συγχέειν σπονδὰς in ſuperioribus, & ſimilia multa alibi. Mox, τὸν οὖν ἐπιχειροῦντα τοῦτον αὖ σώζειν, ὡς δὴ οἷός τε ἦ. poſt οὖν omiſſa vocula οὐκ. ſcribe, τὸν οὖν οὐκ ἐπιχειροῦντα τοῦτον ἀνασώζειν ὡς ἄ. eum qui non conetur Dei legem prope iam inter homines exſtinctam reuocare, & quantum in ipſo fuerit ſartam tectam præſtare. Aſſentior interpreti paullo poſt, qui iſta verba, κατὰ τὸν Ἥφαιστον αὐτὸν,
Pag. 668. præcedentibus haut bene cohærere iudicauit. quod ſi non deeſt aliquid, vti ſuſpicor, non male poſt vocem ἀδαμαντίνους ea collocaueris, vt ab illo factum. Sed nos ſæpe in ſuperioribus obſeruauimus, omiſſione vocum paſſim in his libris deſcribendis fuiſſe peccatum. quomodo fortaſſe etiam in iſtis non longè poſt: οὐδέ τω νήφειν ἐν τοῖς λόγοις ἔτι μοι δοκῶ. nimis videtur frigidum quod interpres putauit, ſatis conſultum iri ſententiæ ſi ſcribas,
Pag. 669. οὐδέπω vel οὔτι πω, quod vertit, *non amplius*. Obſerua traiectionem negationis cum ſcribit, ὅθεν ἡμῖν ἐστιν οὐ λεπτῶν ἀπορήσαντας ἐξελθεῖν. pro, ὅθεν οὐκ ἔστι ἡμῖν λεπτῶν ἀπορ. poſt verſus paucos malim, πιέζονται ἐπὶ τραχήλου τε καὶ χειρῶν καὶ π. &, ἑκάστου (nempe μέρους) δεσμῷ τε καὶ ἀνάγκῃ κατειλημμένου. Sequitur imago luculenta qua exprimuntur vincula & miſerię vinctorum à Voluptate, Ambitio & Luxuria: in qua Dio antiquiſſimos pictores neutiquā eſt imitatus: qui rei quam pinxerant nomen ſubiiciebant: ne fallerentur qui ſpectarēt: non ita poſteri illorum, qui artis ſuę fiduciam maiorem habebant: nec dubitabāt ne ſi equum verbi *gratia pinxiſſent, aliquis putaret* eſſe aſinum. nomina igitur *tabulis apponere deſierunt*: ſimiliter & Dio vitiorum quæ heic *pingit*, nomina prætermiſit. perperam igitur inſertum è libri ora nomen ἡδονὴ iſto loco: χαλεπὴ δὲ ἡδονὴ καὶ φέρειν δεσμά. per Helleniſmi leges, & caſtitatem ſermonis non habet heic locum vox ἡδονή: quam inde profectam vnde dixi non dubito. deinde φέρειν non poteſt ferri. fortaſſe ſcripſerat, χαλεπὴ οὐδὲν ἧττον, καὶ φέρει γε δεσμὰ κ. Quæ ſecundo loco depingitur hera immitis, Ambitio eſt: nam κλοιὸς χρυσοῦς ἢ ἀργυροῦς, quid aliud quam gemmata diademata aut coronæ? ex iſtis tamen verbis, σύρει δὲ πόλεων στρατηγοὺς ἐπὶ πύλας, ὥστε ἀνοίγειν καὶ προδιδόναι, iure pronunties Auaritiam intelligi. quod ſi potius videtur, per boiam auream vel argenteam intelligetur ſimpliciter auri & argenti copia cuius cupido vinctos tenet auaros. Sequitur, φασὶ δὲ καὶ δεσμὰ τούτων οὓς ἂν ἀπολλύῃ, καὶ ποιεῖν εὐδαίμονας. quia vinculorum fit mentio in hoc ſermone, homines infruniti putarunt δεσμὰ non male conuenire iſti loco. id verò nos negamus, & ſcribendum aſſerimus, φασὶ δὲ κήδεσθαι τούτων. ea cæcitas hominum, vt optime cum eo agi putent, in quem auri & argenti plurimum fortuna contulerit. itaque obrui diuitiis, quæ tandem perdituræ ſunt, hoc illi felicitatem exiſtimant, & beneficium eſſe huius crudelis heræ interpretantur. neceſſitatem huius correctionis palàm faciunt ſequentia verba in ἀντιστρέφοντι membro, ὡς ἂν δηλονότι πάνπαν κηδόμενος. Verùm hæc ſatis, nunc quidem. etſi non clam me eſt ſupereſſe loca adhuc non pauca, quibus medicina ſit opus & animaduerſio critica: quæ prætermiſſa eſſe à nobis, haut mirabitur æquus lector, ſi eius meminerit quod ſæpe diximus, non certo conſilio, ſed caſu quodam hanc ſcriptionem eſſe à nobis ſuſceptam. ἐγὼ γὰρ, δεηθέντων ἀνδρῶν φίλων, ἀπὸ τῆς ἐμ-

φυτοῦ δυσωπίας τε καὶ τῆς περὶ τοὺς λόγους ἄγαν σπουδῆς, ἃ συμφέρειν ἐνόμιζον, γράφειν ἐκ τοῦ παραχρῆμα προῄρημαι· ἀλλ' εἰ δὲ τοῖς ἐντυγχάνουσι γραφῆς ἄξια ταῦτα φανείη, τῇ Θεοῦ χάρις, τῇ πάντων καλῶν χορηγῷ. εἰ τι μὲν οὕτω δυσόχως ἐπινενόηται, τοῦτο μὴ μετεχέτω φθόνου· εἰ δέ τι ἠγνόηται, τυγχανέτω διορθώσεως ὑπὸ τῶν δυνατωτέρων.

Inſerenda quædam ſuperiori Diatribæ, vel corrigenda.

PAG. 6. *verſu* 40. Βορυσθενικόν, *ſcribe* Βορυσθενιτικόν.

Pag. 8. *verſu* 20. conferri debent cum tertio libro. *adde.* & cum Boryſtenitica oratione, v.

Pag. 12. *verſu* 40. *poſt iſta*, poſſint à nobis reſtitui: *adde:* ſed res ipſa arguit deeſſe aliquid in hoc membro: τοὺς δὲ ἄλλο τι περὶ τὴν ἀγωνίαν, οὐκ ὄντας ἀθλητάς. ſententia eiuſmodi aliquid poſtulat: τοὺς δὲ ἄλλο τι περὶ τῆς ἀγωνίας ἀγωνιζομένους, οὐκ ὄντας ἀθ. *verſ. vlt. poſt iſta*, mihi quidem diutius. *inſere.* Videtur τὰ ἐν τῷ βίῳ διαφέροντα appellare, caſus humanæ vitæ diuerſos, ac ſæpius aduerſos: quibus variè iactamur. ſic & Latini τὸ *differre* vſurpant. erit igitur ſenſus: quia ita ſit natura comparatum, vt nemo poſſit mortalium, curis continuis animum differentibus atque exedentibus, par eſſe, niſi aliqua interdum voluptate reficiatur: omnino neceſſarium eſſe, vt Regis negotia & *ſollicitudines, otio aliquo ac iocunditate* temperentur. hanc ſententiam effeceris, ſi ſcribas, καὶ τοῦτον τῶν ἡδέων ἢ ὥσπερ παρ. ἔχ. In f.

Pag. 13. *verſu* 25. verum attingere. *inſere.* fortaſſean ſcripſerat Dio, καθάπερ οἶμαι πάντα εἰδέναι. quæ proxime ſequuntur verba, faciunt ab hac emendatione. Sed quoniam id agit nunc Dio, vt doceat eos qui à veteribus dicti creditíque ſunt Διὸς παῖδες, eam famam nactos eſſe propter παιδείαν ſuam: videndum, num ita potius ſcripſerit: καλοῦσιν οἱ πολλοὶ ταύτην παιδείαν, καθάπερ οἶμαι παῖδα Διὸς οὖσαν. Sanè quod paullo poſt ſequitur, καὶ οὕτω δὴ δίχα παιδείας ἐκάλουν οἱ πρότεροι τοὺς τῆς ἀγαθῆς παιδείας ἐπιτυγχάνοντας: ſimiliter corrigendum. quid enim eſt, δίχα παιδείας ἐκάλουν? ſed ſcribo, Διὸς παῖδας ἐκάλουν οἱ πρ. reſpicit illa ſuperiora verba, πάντες οὗτοι Διὸς παῖδες εἰσί τε καὶ λέγονται. Mox ſcribe, καταπείψει περιάγων αὐτόν. *circumducens illum conteret.* hoc eſt, negotium & moleſtiam exhibebit, ſine fructu. Pagina ſequente, pro λέγων τε καὶ ἀκούων, aliquis malit, λέγοντος αὐτοῦ ἀκούων: ego nihil muto. Scribe ibidem, ἱκανὴ γὰρ ἐστι μία ἡμέρα.

Pag. 14. *verſu* 17. Quis ille Eromon. *ante iſta inſere hanc notulam in p.* 74. Ait, τοὺς δὲ θεοὺς πλέον οὐκ εἶναι λογιζόμενος. ſcribendum eſt τέλεον, *omnino.* non πλέον. *P. eadem, verſu* 30. *poſt iſta* ad rem veſtiariam. *adde.* Ait, ἐὰν μὲν ἐπιρρέῃ ποθὲν ἀνελλιπὲς τὸ τῆς χορηγίας χρῆμα, τῶν βασιλικῶν, ἢ τ. Lege & diſtingue, τὸ τῆς χορηγίας, χρημάτων βασιλικῶν, ἤ τινος μεγάλης ἰδιωτικῆς ὑπαρχούσης οὐσίας. P.

Pag. 18. *verſu* 26. *vbi per incogitantiam* τῆτες *poſuimus pro* πέρυσι, *ſcribe ſic:* Lege, παρ' αὐτοῖς· πέρυσι πυροὺς ἐλάβομεν. *annò frumentum ab iis accepimus.*

Pag. 20. *in ora libri poſt pag.* 127. *omiſſi ſunt numeri p.* 128. *&* *p.* 129.

Pag. ead. verſu 25. *ante iſta*, Tranſeo item ſ. *inſere.* ſi lubet ſententiæ ductum ſequi, ita emendabimus: ὡς εἰ ἧττον ἐνόσει ὁ ἀπὸ τούτων, ἢ ἀπ' ἐκείνων

ἐνοχλούμενος. vel hoc modo: ὡς ἧττον νοσοῦντες τῶν ἀπὸ τούτων ἢ ἀπ' ἐκείνων ἐνοχλουμένων. omnino vox inutilis eſt heic ἐστί: & pro ἧττον νοσοῦντος, ſcripſiſſe imperitos & aliud agentes librarios, ἧττον ἐστί, probabilis admodum coniectura. Tranſeo ſ.

Pag. 21. *verſu* 14. latrare ceperit. *ſcribe*, ceperint.

Pag. 25. *verſu* 1. *tolle punctum poſt vocem* χειμῶνι, *&* *pone* ὑποστιγμήν.

Pag. 29. *verſu* 12. alias habeat. *ſcribe* alius.

Pag. 33. *verſu* 32. ἀφεὸν τινὰ καὶ ψόγον ἄγουσα. *ſcribe* ψόφον.

Pag. 39. *verſu* 37. In iis quæ de Nerone ſcr. *totum hunc locum ita reſcribe.* In iis quæ de Nerone ſcribit Dio, vereor ne fraudi illi fuerit ſenilis memoria: aut erat vir optimus, rerum Romanarum etiam ſui temporis & incurioſus & ignarus. Nam falſum eſt quod paullò pòſt narratur de illius cæde. quaſi &c. *Falſi ſumus cum exiſtimauimus lapſum Dionem in Neronis vxoribus. plane occupatus alibi erat animus nobis, cum illius verba, in quibus nulla eſt obſcuritas, adeo* ἐπ' ἀριστερᾷ *acciperemus. Quamobrem vetus dictum ſuſtulimus,* τὸ σπεύδοντες τυφλὰ τίκτομεν. *Sed huiuſmodi* παροράματα *æquus lector facile nobis condonarit: qui meminerit quàm ſit* τῶν μουσικῶν ἐπινοιῶν *nouerca inimica, feſtinatio.*

Pag. 41. *verſu* 35. Meminit Spartorum. *ſcribe*. Meminit Spartorum etiam alibi Dio: vt in IIII. De regno: qui notabilis eſt locus: & in X.

Pag. 50. *verſu* 20. dubito de fide huius lectionis: aut p. *totum locum ita reſcribe.* dubito de fide codicum in hac periodo: nam ante illa, καὶ πρὸς πλείονας νῦν ἢ πρότερον τοῦτο διαβέβληται. videtur aliquid deſſe: & poſt νῦν deſideratur ὑμᾶς. docti ig. &c.

Pag. 54. *verſu* 24. Ἆρ' ὑμῖν ἐκ τῶν εἰρημένων δοκεῖ· καλὸν, ἀ. *tolle punctum inter* δοκεῖ *&* καλόν.

Pag. 59. *ver.* 38. *& heic tolle male poſitum inter* τιμωρίας *&* σκληρὸν *punctum.*

Pag. 61. *verſu* 1. vos fueritis in theatro. *ſcribe*, furitis. *verſu* 15. minus ridicule errant. *ſcribe*, nimis rid. *verſu* 28. At de Laced. *ſcribe*, Ait d.

Pag. 63. *verſu* 28. ab Alexandri æuo: *ſubiice his:* vel potius Archelai illius Alexandri προγόνου, de quo & paſtoritia eius vita lege IV. De regno: nam eam hiſtoriam heic reſpicit Dio.

Pag. 67. *verſu* 20. & τῶν πολλῶν. *ſcripſeramus*, τ. πολιτῶν.

Pag. 69. *verſu* 20. qui pæne ſequi ſoliti. *ſcribe*, pone.

Pag. 70. *verſu* 1. τὰ ξύλα καθήμενοι. *adde*, vel καθηκότες: quæ vox Dioni hoc loco fortaſſe reſtituenda.

Pag. 82. *verſu* 29. Diſtingue, τί οὖν δὲ ἐπὶ δ. *ſcribe*, τί οὖν; ἐπὶ δ. *verſu* 36. in Dionis mente. *ſcribe*, cum D.

Pag. 84. *verſu* 5. accipiendo. *ſcribe*, accipienda. *verſu* 41. damnabunt. *ſcribe*, damnabant.

Pag. 90. *verſu* 7. ephoros quique. *ſcribe*, quinque. *verſu* 26. ſi vtantur. *ſcribe*, ſi vtamur.

FEDERICI MORELLI
PROFESSORIS REGII
SCHEDIASMATA, SCHOLIA, COLLECTANEA ET CONIECTANEA

IN DIONIS CHRYSOSTOMI SCRIPTA.

FEDERICI MORELLI
PROFESSORIS REGII
SCHEDIASMATA, SCHOLIA,
COLLECTANEA ET CONIECTAN.
In Dionis Chryſoſtomi ſcripta.

DE minus faſtidioſis heroica Parœmia apud Græcos trita eſt, ἀγαθὴ καὶ μάζα μετ᾽ ἄρτον. *ſi tales ad hoc* ἔρανον, *ad hanc ſine arte menſam, conuiuas nacti fuerimus, præclarè nobiſcum agetur. ſiquidem moretum noſtrum non faſtidietur, nec muſtaceum cuicuimodi ſit; in quo vt laureolam non quærimus, nec alij* περιέργως *quærant: imò potius veniam concedant* χαριζομένῳ παρεόντων, *& ruris ſui dapes apparanti.*

Αἰ μὴ πάρῃ κρέα, τῷ ταρίχῳ στερκτέον.

Ieiuno ſtomacho nobis eſt opus, qui vulgaria ſi ſalubria fuerint non temnat. Nihil enim hic ſatis ad guſtum delicatorum, ἁβροβίων, *lac auium auentium, aliúdque agentium hominum.* οὐδὲν δ᾽ ἀπόβλητον μὴ τὸν ὑγρὸν καὶ διακεχυμένον, καὶ τὸν ἀνέσεως γέμοντα διωκομένοις βίον· ἀλλὰ τὸν ἐπίμοχθον. *vt omnia opportuna & ſuauia iis qui cum philoſopho Cordubenſi ſibi in animum induxerunt, Id actum eſſe ab illo Mundi conditore, qui nobis viuendi iura deſcripſit, vt ſalui eſſemus, non delicati. En vobis* σύαπτοι φιλολάκωνες *caput cœnæ,* ζωμὸς μέλας, *è Scholiis quibuſdam ad oram Regij Codicis Dioniani adſcriptis, in quibus vt in Ægyptiis pharmacis* πολλὰ μὲν ἐσθλὰ, μεμιγμένα. Sunt bona, ſunt quædam mediocria. *Nos iis qui nucleum* ἑρμηνείας *eſſe volent, nucem aliquatenus fregimus, reiectis* πολυλογίας λογοδαιδάλοις *putaminibus. Duntaxat meminerint* Διωνόφιλοι, *nos nec profiteri grandia, nec ſectari léuia.*

IN I. ΠΕΡΙ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ.

Ad quem Imper. *προσφώνησις.* SCHOLIASTES, neſcio quibus adductus rationibus, hos de Regno ſermones in gratiam Veſpaſiani inſtitutos fuiſſe conſtanter aſſeuerat: quod eo magis mirum accidit mihi, quòd eum *Photij* excerpta legiſſe animaduerterim: ex quibus diſcimus *Dionem Traiano* fuiſſe in deliciis.

Pag. 1. A. *Alexādri ἦθος.* Κατὰ τὸν ἐκείνου. Idem adnotat, τὸν Ἀλέξανδρον τὸν γνήσιον ὄντα καὶ φιλόπονον καὶ φιλοκίνδυνον. talem vtique non mendax hiſtoria nobis Alexandrum reponit, generoſum, animoſum, impigrum, in labore indefeſſum, in periculis intrepidum. Saluſt. in Iug. de Mario.

B. *ἔνθεον.* Τοῖς ἐνθέοις ὁμοίως. Eadem Scholia ἐνθέους exponunt θεολήπτους, afflatos numine. τοὺς ἐνθουσιῶντας, τοὺς θείᾳ μανίᾳ καὶ ἐπιπνοίᾳ κατεχομένους, diuino furore correptos. de horum generibus quatuor Plato in Phædro. Pollux 1. ὀνομ. Quod ſubiungit οὕτω σφόδρα, familiare eſt huic autori, vt οὕτως ἄγαν.

ἐπαίρεσθαι. Animaduerte porrò τὸ ἐπῆρθαι hîc pro *animum erectum habuiſſe ſumi,* non in malam partem.

L. vlt. ὁ δὲ Μαρσύας. De certamine muſico inter Marſyam & Olympum. Olympũ tamen Myſum Marſyæ diſcipulũ & amaſiũ fuiſſe notat Suidas.

Pag. 2. A. *τεχνολογία.* Δοκεῖ δὲ ἔμοιγε μηδὲ τῆς. Laudatur hic ambitus orationis à perſpicuitate narrationis, Antiptoſi Attica, membrorum rotunditate quadrata, & puritate. Nota τὸ πολὺ πρότερον, pro *multò potius, longe citius.* Ariſtoph. νεφ.

Εἴθ᾽ ἐξεκόπην πρότερον τὸν ὀφθαλμὸν λίθῳ.

Præconiũ Olympic. Δίκαιον αὔλημα. fortean alluſum ad παρακέλευμα præconij Olympici, ᾆδε, ἀλλ᾽ ᾆδε δικαίως. *Cane, ſed iuſtè cane.*

Ὁπότε ἡ πενθῶν. Mirificè exagitat affectus, quibus Macedo omnium abiectiſſime correptus, magnificum ſpiritum ſuum inanius & deterius

Alex. πάθη. quàm muliérculæ humi affigebat. πενθῶν, lugens immoderate ſuper Hepheſtione. κολάζων. de pœna ſapientis illius viri qui inſidiarum acerſitus fuerat. χαλεπαίνων, ſuccenſens Clyto. ὑπερορῶν Olympiade deſpecta. Schol.

D. *Theognidea.* Ὡς φησὶν ὁ ποιητής. Theognis ita habet,

Εἰ δ᾽ Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γ᾽ ἔδωκε θεὸς
Ἰᾶσθαι κακότητα, καὶ ἀτηρὰς φρένας ἀνδρῶν,
Πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους ἔφερον.

Primi Pentametri ὑπόθεσιν Dion in ἀπόφασιν mutauit προσωδικῶς. Interpres καταλογάδην reddiderat, nos ἐμμέτρως.

τεχνολογία. Μόνος δὲ ὁ τ. Schol. vide vt ordiatur, & quaſi conſulens fidem ſibi comparet, dum ſe doctis & prudentibus componit, & quibus iniquum eſſet aures non adhibere: itémque vt eorum apud quos dicit, bonam & obſequioſam indolem atteſtetur, & ſermonis illecebras exhibeat, & ad au-

dientiam ſibi muniat aditum à probabilitate & grauitate eorum quæ dicenda ſunt.

Ἀλῆται. mendoſè olim Lat. editum fuerat, medici, pro mendici: at ne hoc ipſum quidem placet: ſed potius, *errones*, *vagi*. quod Dioni noſtro quadrare, cùm aliis pleriſque è locis firmari poſſit; tum ex prox. pag. 10. D. ἐτύγχανον ἐν τῇ φυγῇ ποτε ἀλώμενος. itémque ex Euboico. pag. 100. C. ἐν ἄλῃ συνεχεῖ. & epilogo concionis in patria habitæ. pag. 529. B. εἰ δὲ ἄρα ἀποδημίαις ἥδομαι. *ſi peregrinatione delector.* &c. H. Stephanus, ambigebat an legendum eſſet ἀθληταί. [ἀγύρται eadem notione, qua ἀγυρτάδαι, etiam apud Themiſtium. Horatianum eod. ſpectat, *Conamur, tenues grandia.* Pag. 3. A.

Πόνοις τε καὶ ἔργοις. Horat. idem de ſe prædicat,

—Ego apis Matinæ *More modóque;*
— operoſa paruus *Carmina fingo.*

Φθέγγονται καὶ ἄδ. Apud poëtam Lat. 1. Ge.

Interea longum cantu ſolata laborem,
Arguto coniux percurrit pectine telas. & Ouid.
Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.

Ὡς οὐχ ἁπάντων. Scholiaſtes ait non inſcitè, ſibi in mentem veniſſe, vt cum his *Apoſtolicum* dictum conferret, atque ita diſtinctè perciperet, Οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ὑπὸ θεοῦ. *Non enim eſt poteſtas niſi à Deo.* vt his verbis ſignificaretur, τὸ ἀρχῆς τάξιν ἐπαγγέλλεσθαι ἀπὸ θεοῦ. imperiorum ordinem à Deo inſtitutum eſſe. οὐ μέν τοι πᾶς ἄρχων καταθύμιος θεῷ. non omnem tamen Magiſtratum Deo acceptum eſſe. οὐδὲ οἱ ἐπιπηδῶντες καὶ βιαζόμενοι τὴν ἀρχὴν, θελητοὶ τῷ θεῷ. neque omnes qui inſultant vímque faciunt imperiis Dei voluntati parere. ἀλλὰ ὥσπερ τὸ ἐπιθυμητικὸν μὲν παρὰ τοῦ θεοῦ· οὐ μέν τοι καὶ οἱ παραχρώμενοι τούτῳ, διαρεσοῦσι θεῷ· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, οὐδὲ οἱ τὸ ἄρχειν βιαζόμενοι. διόπερ εἰς γνώρισμα τῶν ἐκ θεοῦ τὸ ἄρχειν ἐχόντων, ἐπήγαγεν· αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι ὑπὸ θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν, ὥσπερ ἔλεγε. μὴ ὅτι εἶπον· οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ὑπὸ θεοῦ· καὶ τὴν τῶν ἀσεβῶν ἀρχόντων οἴου ἀπὸ θεοῦ. ἀλλ' ὅρα εἰ μὲν τὸ τεταγμένον αὐταῖς ἐνθεωρεῖται καὶ σῶφρον, ἤγουν τὰς τοιαύτας θεοφιλεῖς· εἰ δὲ παρὰ ταύτας, θεοστυγεῖς. Paulinum ῥητόν. Rom. 13.

Ibid. ἢ τοῦ βασιλεύεσθαι καὶ. Regius τοῦ βουλεύεσθαι. rectius, & huic germanæ lectioni congruit interpretatio.

Οἵτε ὄρνιθες ποτ. Scholium Gr. in ora libri non ſuo loco appoſitum, hæc verba illuſtrat hiſtoria Regis Libyæ Apſephæ, qui Pſittacos edoctos has voces conari, *Apſephas Deus eſt*, euolare iuſſit. Pag. 4. A. Apſepha commentum.

Οὐδεὶς ὁμολογεῖ πολέμιος. Perinde ac ſi diceret, omnibus benigne facere contendit; vnde à ſubditis volentibus, laudibus effertur: Maleuolos autem & oſores beneficiis bene ſibi velle cogit; & laudes ab his & illis ex æquo conſequitur. *Schol.* Seneca l. IV. de Ben. Pag. 6. A.

Αἰδὼς ὕπνοι. Plato in Ione expendit an vera ſit ῥῆσις poëtæ vet. ἵνα δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς. vbi pauor, ibi pudor. [ἁπλότητα καὶ. Idem Plato B.

ὁ θυμοειδὴς καὶ ὁ ἀπλοικῶ coniungit.

c. Τὰ δειλότατα καὶ. Eodem argum. à feris generoſis & ignobilibus ducto Ouid. vtitur

Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe Leoni. &c.
At lupus & turpes inſtant morientibus vrſi,
Et quæcunque minor nobilitate fera.

Ibid. Ἐπ' αὐτοῖς εἶναι ὁ π. Idonei apparatus bellici, hoſtibus metum incutiunt; & ad inducias optandas impellunt. *Schol.*

Pag.7.C. Ὁπόσοις γὰρ ἄν τις ᾖ. Plutarch. ἐν τῷ περὶ πολυφιλίας, iiſdem rationibus, Non ſolis longas Regibus eſſe manus: ſed & priuato cuique, ob amicos, confirmat.

Pag.8.A. Ὅστις ἀγαθὸς ὤν, οὐδ. hæc lectio magis eſt conſentanea Xenophontis dicto in Oecon. ἀγαθὸς ὢν εὐδαιμονεῖς. Cic. virtuti tuæ fortuna coniuncta eſt.

C. Ζῇ γὰρ μόνος. Hæc fuſius ab autore explicantur orat. xij. & à Syneſio in φιλαδέλφοις pag. 24. Græcæ editionis noſtræ, & pag. 16. Lat. interpretationis. Dionis amatore & imitatore dignum id opuſculum recens ex vnico Reg. Cod. mnſ. edidimus. videſis an μειλίχιος reſpondeat Ἱκεσίῳ.

Pag. 9.C. Ὅσοι στρατηγοί· ὅστις δή. Attica ἐναλλαγή· pro τῶν στρατηγῶν καὶ περ. quod orationis σχῆμα Schol. effictum & conformatum eſſe vult ad illud Homericum, Οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρύν. &c.

Pag.10.D Πολλῶν καὶ ἀδίκων παρ. Schol. τῶν ἐπὶ Νέρωνος ἀτοπημάτων. de Neronianis flagitiis. huc refer illud Photij in Excerptis de Dione, Φυγὰς ἐγένετο, τὴν τῆς τυραννίδος ἐκκλίνων δουλείαν, καὶ πολλὴν ἐπῆλθε πλανώμενος γῆν.

Pag.11.A Hom.lectio var. Αἰτίζων ἀκόλους, οὐκ ἄορας. Germana lectio, & Cod. Reg. firmata, Heſych. ἄορας, παρέβαλα. quare interpretor,

Fruſta rogans panum, haud verueces, haudque lebetas

Iuuenal. Satyr. 3.

Ærumnæ cumulus, quòd nudum & fruſta rogantem
Nemo cibo, nemo hoſpitio tectóque iuuabit.

Παρὰ τοῦ Ἀλφειοῦ. rectius in ora lib. vt in Cod. Reg. περὶ τὸν Ἀλφειόν.

B Ἐπλανώμην, μεσ. Laborabant hîc Græca & Lat. ab interpunctione. *& aberrabam, mero meridie.* i. ardentibus horis.

C Νομέων τ. ἀναθήματα. Epigramm. εἰς ἀναθήματα ἀπὸ ποιμένων. VI. Anthol. Donaria paſtor. ciuſmodi donaria celebrant. ὁ σκύλον ἀγρείης.

Καὶ τὴν ῥαιβόκερανον εὐστόρθυγγα κορύνην.

hîc δέρματα, ῥόπαλα, βακτηρίαι. exuuiæ. pedum.

Ἰσχυρὰν καὶ μεγάλην. pulchrè Schol. γενναίαν. Xenoph. εὐπρεπῆ καὶ ἐλευθέριον. generoſam, liberali forma, proceram.

Οὐκ ἄνευ θείας τύχης. Hom. Od. α. οὐχὶ ἄνευ θεοῦ ἠδέ γε βουλῆς. Virg.

Homerica. *—non ſine numine Diuûm.* mox ὁ ἀπελθεῖν μάτην. Hom. Il. β. κενεὸν νέεσθαι.

Ἀσθμαίνουσα καὶ περιδινοῦσα τὴν κεφ. Virg. de Sibyl. Pag.12. A

—— *non vultus, non color vnus,* σιβυλ-

Non comptæ manſere comæ: ſed pectus anhelum: λιώντων

Et rabie fera corda domans. ἦθος.

Ποιμαίνοντα ἐν ὄρει τινὶ Βοιωτ. Vt Heſiodus repente poëta prodierit, infra fuſius, proxima Orat. & LV. de Hom. & Socr. B

Καὶ δι' οἰωνῶν καὶ δι' ἐμπύρων. Augurium & haruſpicium ad μαντικὴν Apollinarem refert Tibul. l. 2. El. 5. Pag.13.C

Tu procul euentura vides, tibi deditus Augur

Scit bene quid fati prouida cantet auis.

Tuque regis ſortes. per te præſentit haruſpex;

Lubrica ſignauit cum Deus exta notis.

Idem mox aliud genus πυρομαντείας ſubiunxit,

Vt ſuccenſa ſacris crepitet benè laurea flammis.

Ad ἔμπυρα pertinet etiam *Perſicum haruſpicium*, de quo Catullus in Gellium. cui facem maximam illuſtris Scaliger prætulit ex Herodoto, Strabone, Athen. interprete Nicandri; quibus addeſis iſtud Ariſtophanis in Irena, Οὐκ οὖν δοκεῖ σοι μαντικῶς τὸ φρύγανον τίθεσθαι. vbi Scholiaſt. οἱ ἀπὸ τοῦ πυρὸς μαντευόμενοι τὰ φρύγανα ὑποτιθέασιν εἰς τὸ ἐξάψαι κατὰ ἐπιστήμην τὴν ἑαυτῶν. *Haruſpicium vulgare, & Perſicum.*

Ἄκοντα τὸν πεφυλαγμένον. Adſcripta lect. πεφυκότα, e. Cod. Regio menti & verbis autoris congruentior. præcedit enim γενναία φύσις. & mox ſequitur ἔξω τῆς αὐτοῦ φύσεως. vt de recta indole, conſortio deprauata, agi pateat. [V. C. πεφυμένον.] D

Pag. 356. Ὥσπερ οἱ τὰς κόρας ταύτας ὠνούμενοι τοῖς παισί. Schol. τὰ παρὰ τῶν κοροπλάθων λέγ. πλ. in pr. ed. τὰ παρὰ τοῖς κηροπλάθοις πλ. De κοροπλαστικῇ, ſeu arte fingendi ſigilla puppáſve ex argilla; Athenagoras in Apolog. pro Chriſt. *κοροπλαστική.* ἀπὸ τῆς κόρης ἡ κοροπλαστικὴ εὑρέθη· ἐρωτικῶς γάρ τινος ἔχουσα, περιέγραψεν αὐτοῦ κοιμωμένου ἐν τοίχῳ τὴν σκιάν· εἶθ' ὁ πατὴρ ἡσθεὶς ἀπαραλλάκτῳ οὔσῃ τῇ ὁμοιότητι (κέραμον γὰρ εἰργάζετο) ἀναγλύψας τὴν περιγραφήν, πηλῷ προσανεπλήρωσεν. ὁ τύπος ἔτι καὶ νῦν ἐν Κορίνθῳ σώζεται. Plinius lib. XXXV. cap. XII. *Fingere ex argilla ſimilitudines, Dibutades Sicyonius figulus primus inuenit Corinthi, filiæ opera: quæ capta amore iuuenis, illo abeunte peregre, vmbram ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circumſcripſit: quibus pater eius impreſſa argilla typum fecit, & cum ceteris fictilib. induratum igni propoſuit: eúmque ſeruatum in Nymphæo, donec Corinthum Mummius euerteret, tradunt.* Ælianus lib. XIV. hiſt. 37.

IN XXXII. AD ALEXANDRENSES.

PAVCA quidem Scholiographus in Photiano argum. mutat, non temnenda tamen. Τοῦ παρόντος περὶ Ἀλεξανδρέας λόγου τοιοῦτος ὁ σκοπός· δήμου φύσιν ἀναπλάσει, καὶ κατατρέχει ταύτης, καὶ ὅτι μὴ χρὴ τὸν Ἀλεξανδρέων δῆμον, ἰδίᾳ πολλὰ τὰ περὶ ἀρετὴν ἔχοντα παρακαλοῦντας τῆς ἐν τῷ κοινῷ ἐπιπολαζούσης ἀνέχεσθαι ταραχῆς καὶ ἀταξίας· ἢ καὶ αὐτὸν ἀνδράποδον ἀποφαίνειν. &c. accedat hinc etiam aliquid interpretationi noſtræ, quo ornatior vel clarior ſit. *Non oportere Alexandr. pop. priuatis ornamentis ad virtutem incitatum, tolerare tumultus ac turbas in media plebe extantes, aut ſe mancipium reddere.* &c. *Var. lect. in Phot. exc. pag. 5.*

Καὶ τοῦτον ἡγεῖσθαι χρὴ, βοηθὸν ἥκειν παρὰ θεοῦ. Conſentaneum hoc eſſe dicto percelebri Imp. Marci, Scholiaſtes obſeruat. σύμφωνον τοῦτο τὸ τοῦ αὐτοκράτορος Μάρκου, ΠΑΝΤΑ ΑΝΩΘΕΝ ΡΕΙ, σοφῶς εἰρηκότος. vnde verò λόγος ὅδε φρόνιμος tibi, verè Auguſte Marce, in præcordia venit & ora? CVNCTA FLVVNT AB ALTO. nonne oracularis hæc vox ἄνωθεν ἐπιπέμφθη; de cœlo deſcendit? vt beatiſſimus Iacobus ſanctiſſimi numinis afflatu hoc heroico verſu pronunciat: *Pag. 365. A Marci Imp. dict.*

Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον,
ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων, παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα.

καθάπερ στέαρ φασὶν ἐνίων ζώων ὠφελεῖν πρός τι τῶν χαλεπῶν. De adipis viribus fusè Plinius lib. XXVIII. cap. IX. Georg. Piſidas κοσμουργίας ver. 1544. Leonis adipem neruorum contractioni mederi canit; *Pag. 367. B Adipis vis.*

Καὶ νεῦρα μὲν παθέντα συστολῆς βίᾳ
Λέοντος, ὡς λέγουσιν, εὐρύνει στέαρ.
Neruos graui contractione languidos,
Adeps Leonis ampliare dicitur.

Et Marcellus Sid. ἐν ἰατρικοῖς, ex congri adipato garo lepidam mulierculis recens enixis pro venuſtate, medicinam facit, carm. venuſtiſſimo.

Ζωοῦ δ' ἑψομένου μεγάλου ἐνὶ τεύχεϊ γόγγρου
Παλλαδίου πλήθοντι πυρὸς καθύπερθεν ἐλαίου,
Κεῖνο λίπος τρηθὲν διαινόμενον ἠθητῆρος,
Ἥν τε ἑλὼν τάξειεν Ἐλευσινίου μετὰ κηροῦ·
Ἐν δὲ πλάσας ὀθόνῃ μαλακῇ περὶ γαστέρα θείη
Ἀρτιτόκοιο γυναικὸς, ἀναιδέες οὔ νυ τι ῥωχμοὶ
Σάρκα διαῤῥαίουσιν, ἀεὶ δ' ἀγανῶπιν, ἀτρώτοις
Οἷά τε παρθενικαὶ ἀπαλόχροοι αἰνήσουσι.

Hæc ſic olim interpretabar,

Ingentem congrum ſi viuum condis aheno

Palladio exundante oleo, feruente ſub igne;
Pinguis adeps cribrô aut colo tranſmiſſus aperto;
Dummodo Eleuſiniam quis ceram temperet vna,
Et lini ſuperiniecto velamine, ad aluum
Applicet enixæ modò; numquam membra notabunt
Informes maculæ & rugæ; formáque decora,
Illæſa, vt fruitur quæ virginitate, manebit.

Pag. 368. B — δῆμος ἄςατον κακόν. hæc Comica in verſus octonarios diſtinxi. tertium
Verſ. emend. depravatum ac vacillantem eriges & fulcies, ſcribendo, καὶ γαλλιῶσ' εἶτ' ἔχων, πλῦ πν. βρ. κορ. In quarto interpunge. κἄν τις αἴτια γένηται, τὸν πολίτην
καζαπίκη. κατέπιεν. B. Petrus 1. Epiſt. v. de ἀντιδίκῳ generis humani ita loquitur, περιπατεῖ ζητῶν τινα καταπίῃ.

D Ὅπως οὖν ἔχω λέγειν· ὅτι οὔ π. Scholiographus oratoriam ἔλλειψιν hîc ſignat.
ἔλλειψις ῥημ. ἐλλιπὴς ἡ περίοδος· τὸ, συνίετε· προσέχετε· ἤ τινος τοιούτου· τοῦτο δὲ συνηθὲς ῥήτορσι, μάλιστα τοῖς ὑπογχέσεσιν ἀπολογικῶς περιοῦσι· καί τοι καὶ παρὰ τῶν ἀκροατῶν ἀγνουμένων.

P. 379. D Πλὴν οὐκ αἵματος ὑμῖν ἀναβλύζει διψήσασιν ὁ οἶνος. Succurrebat illud Phœnicis Homerici ad Achillem,

Πολλάκι μοι κατέδευσας ἐνὶ στήθεσσι χιτῶνα,
βλύζειν Οἴνου ἀποβλύζων, ἐν νηπιέῃ ἀλεγεινῇ.

βλύειν. Regius tamen hic habet ὑμῖν ἀναβλύειν δή. vt apud Nonnum in Euang. τὸ κατ' Ἰωάν. Λαϊνέῳ κενεῶνι καθάρσιον ἔβλυεν ὕδωρ.

Pag. 384. Εἰ μεταξὺ θεῶν τις ἐπιστὰς, εἴποι διατεινάμενος. Chio Epiſt. ad Clearch.
D Φέρε γὰρ εἴ μοι ἡ παρὰ ἐπιστάιη θεὸς ἡσυχία, καὶ ταῦτα λέγοι.

Δαιμόνιοι μαίνεσθε, καὶ οὐκέτι κ. Hos verſus Diis illis dignos Naogeorgus aut non animaduerterat, aut verſibus Muſarum ſeueriorum exprimere veritus erat. nos tamen non piguit.

IN TARSICAS I. ET II.

PHOTIVS in Tarſicæ prioris ὑποθέσει, meminerat παραλόγου καὶ ἐφυβρίστου ἔθους κατὰ φωνῆς ἀπήχησιν. Scholiographus ἄλογον ἔθος ſcripſit; & vt φωνῆς ἀπήχησιν declararet, ſubiunxit, ὃ ῥινοκτυπίαν καλοῦσι. Plin. lib. 11. c. 37. *Naſum noui mores ſubdolæ irriſioni dicauere.* vt ῥινοκτυπία ſanna ſit, ei nota qui dicitur à Perſio,

φωνῆς ἀπήχησις. ῥινοκτυπία.

Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo.

Pag. 394. B Καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος τῆς τριαίνης, κ. An figere Dio voluit animum lectorum hoc clauo tridentis; dum Apollinem ἀγλαοτρίαιναν, inuito Conſo facit? Quid ſi inciſo ſeparetur Apollo à tridente, Ἀπόλλωνος, τῆς τριαίνης.

Coniect. τρίαινα.

neglecta copula καὶ, vt ſit ἀπὸ κοινοῦ, καὶ περὶ τῆς τελαίνης. nónne dignus quoque erat elogio ſuo Tridens?

Μὴ ταυτὸ πάθοιτε Ἰλιεῦσιν ἐκείνοις, οἱ τ. Scholiaſtes non vanus hîc. τὰ κατὰ τὸν Ἴλιον πάθη περιπαθέστερα τῶν ἄλλων· ὁ δὲ διεξιὼν ὁ τραγῳδὸς, ἀτυχεστέροις αὐτοὺς ἀπέφαινε· καὶ ὅτι περιπαθέστερα τῶν ἄλλων τὰ Ἰλιέων, ἡ παροιμία δηλοῖ, ἡ τὰ ὑπερβάλλοντα πάθη, Ἰλιάδα κακῶν φάσκουσα. Deſipiebant ergo Troiugenæ cum iuberent Tragicum, —*infandum renouare dolorem,* Pag. 396. B

Troianas vt opes, & lamentabile bellum
Eruerant Danai. Sapiebat hiſtrio ea recuſans ἐπιδείξασθαι, *quæ animus meminiſſe horret, luctúque refugit.*

Αὗται προσφέρουσι μέλι τι, χρίσασαι τὴν κύλικα. mallem vt in Reg. ſcribere προσφέρουσι, μέλιτι χρίσασαι τ. atque ita loquitur Lucretius lib. 1. vbi id medicis aſſignat, quod hîc nutricibus, D Var. lect. Lucretius Dioni præluc.

Sed veluti pueris abſynthia tetra medentes
Cùm dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flauóque liquore. &c.

B. Io. Chryſoſt. Panegyr. in Babylam Mart. καὶ γὰρ παρ᾽ ἡμῖν ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸν κάμνοντα, ὠφέλιμα φάρμακα προσίεσθαι μὴ καταδεχόμενον, μεθοδεύσειεν ἡδύσματι τὸ φάρμακον ἐγκαταχρύψαι τινι. I. Chryſoſt.

Ἔπειτα, οἶμαι, καὶ δακνούμενοι δυσχεράνητε, καὶ φ. Palam eſt interpretem legiſſe δακρυόμενοι, quod Tarſicas mulierculas, non Tarſenſes viros deceret. Scholiograph. τεχνολογίαν orat. ſic deſignat, ἐν παραιτήσεως λόγῳ κολακεύει τὸ πλῆθος· σαφῶς ἐπεισάγων οἷς ἀγαθοῖς αὐτοῖς περιεῖληπται ἡ κατοικία· ὡς αἱ ταύτῃ προσυπτιάσας αὐτοὺς, τῷ κατὰ τῆς πόλεως ἐπαίνῳ, προσεκτικοὺς αὐτοὺς ἀπεργάσηται κατὰ τὸν λόγον. vt deprecationis ſpecie plebeculæ aſſentetur, & callidè quibus eorum habitatio bonis cumulatè ornata ſit ſubindicet: quò ſtupentes, vrbíſque & ciuium laudatione delinitos, attentiores reddat. Pag. 399. A Var. lect.

Οἷα καὶ πρότερον ἦν· καὶ τοὺς ποταμοὺς οὐδεὶς ἄλλος ἔστειλεν. Sic proſodiam emendo; & non inuitus, inuitis tamen exemplaribus, ſcriberem οὐδεὶς ἄλλη, non ἄλλος. hoc interpres probauerat. Var. lect.

Οὐδ᾽ εἴ τι τοιοῦτον ἦν ἔτερον. hoc membrum periodi ad σαφήνειαν non inutile, reciſum vel omiſſum ab interprete, reſtauraui. Quæ ſubiiciuntur è veritatis ſacrario eruta, σωφροσύνη καὶ νοῦς ἐστι τὰ σώζοντα. τ. aureis exaranda ſunt notis, vt iſta Perſij, S. II. quibus concinunt, Pag. 402. B Interpret. ſupplem.

Compoſitum ius fáſque animo, ſanctóſque receſſus
Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto,
Hæc cedo, admoueant templis, & farre litabo.

Πρὸς τὸν Εὔμηλον* ὡς αὐτὸν ἡ κιθάρα περιεῖλκε. Coniectura mea, cuius pars tantùm ad oram lib. relata eſt, hæc fuerat, ſcribendum videri, ὅτε μὲν αὐτοὺς ἡ κιθάρα περιειλκετο; quod etiam interpres in manu, vel in mente habuit. Pag. 406. A Coniect. I.

aut (quia nulla apud Homerum niſi fallor, citharæ περιφορέης mentio fit, niſi cum 1. Odyſſ.

Κήρυξ ἐν χέρσι κίθαριν περικαλλέα θῆκε Φημίῳ.)

Coniect. 11. ex ipſis Homeri verbis Odyſſ. xvii. lubentius ſcriberem, ὅτε μιν αὐτὸν [ἢ αὐτοὺς] ἡ ἰωὴ κιθάρας περιῆλθε. cùm vtrumque citharæ ſtrepitus circumueniſſet. En Homerica —ἀγχίμολον δ' Ὀδυσεὺς καὶ δῖος ὑφορβὸς

Στήτην ἐρχομένω· περὶ δέ σφεας ἤλυθ' ἰωὴ

Φόρμιγγος γλαφυρῆς.

Petis etiam vnde deprompta ſint hæc, γιγνώσκειν ὅτι πολλοὶ ἐν αὐτῇ δαῖτα τίθενται. eccilla,

Γιγνώσκω δ' ὅτι πολλοὶ ἐν αὐτῷ δαῖτα τίθενται Ἄνδρες.

quid ſi in hoc quoque Homerico ſcribatur ἐν αὐτῇ, vt habet Dio. quia præcedit αὐλὴ apud Homer. vt οἰκία apud Dionem. patitur tamen Attica ἐνδιαγή, dici ἐν αὐτῷ. nempe δώματι, quamuis præeat δωμάτων. Sed & aliud indicium certius conuiuium celebrantium aduertit Vlyſſes, nidoris videlicet aſcenſum.

—ἐπεὶ κνίση μὲν ἐνήνοθεν, ἐν δέ τε φόρμιγξ

Ἠπύει, ἣν ἄρα δαιτὶ θεοὶ ποίησαν ἑταίρην.

Deinceps hæc, καὶ πάλιν ἐκ τῆς νήσου τῶν Κυκλώπων ἀκούοντα τῶν τε προβάτων βληχωμένων, κ. deſignant iſtos verſus è ix. Odyſſ.

Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ἐλεύσσομεν ἐγγὺς ἐόντων,

Καπνόν τ', αὐτῶν τε φθογγὴν ὀΐων τε καὶ αἰγῶν.

Pag. 408. C. D Οἱ δεῖ δὲ περὶ τὴν ἐσθῆτα τῶν γυναικῶν, ὃ τοῦτον τὸν τρόπον κατεστάλθαι, καὶ βαδίζειν. Tarſicas ſtolatas fuiſſe docet, ita vt *tegeret medios inſtita longa pedes*: & vittis, reticulo, capitio, capitali, ricáve capita velata habuiſſe: vt munditiæ eſſent ſine offuciis: & ſanctè potius quam ſcitè colerentur: vt olim Romæ Pont. Max. de collegij ſententia iuſſit coli Veſtalem, quæ ſuſpecta fuerat propter cultum amœniorem, ingeniúmque liberius quàm virginem deceret. Liu. lib. iv. de ſtolato pudore, Gregor. Naz. κατὰ καλλωπιζομένων.

Τοιγαροῦν ἀπὸ τῶν ὤτων ἀρξάμεναι τῆς διαφθορᾶς, ά. Quod hæc ſit *prima mali labes* in fæminis, Lyſias in ἀπολογίᾳ ὑπὲρ τοῦ Ἐρατοσθένους φόνου, confirmat, ἡ ἐμὴ γυνὴ ὑπὸ τούτου τοῦ ἀνθρώπου ὀφθεῖσα, χρόνῳ διαφθείρεται· ἐπιτηρῶν γὰρ τὴν θεράπαιναν τὴν εἰς τὴν ἀγορὰν βαδίζουσαν, καὶ λόγους προσφέρων, ἀπώλεσεν αὐτήν. &c. Quocirca aurium munimina non minus conferrent mulieribus, quàm pueris, quibus ea plus quàm pugilibus conducere aiebat Xenocrates: autore Plutarcho περὶ τοῦ ἀκούειν. Ξενοκράτης τοῖς παισὶ μᾶλλον ἢ τοῖς ἀθληταῖς ἐκέλευε περιάπτειν ἀμφωτίδας· ὡς ἐκείνων μὲν τὰ ὦτα ταῖς πληγαῖς, τούτων δὲ τοῖς λόγοις τὰ ἤθη διαστρεφομένων· οὐκ ἀνηκοΐαν, οὐδὲ κωφότητα προμνώμενος, ἀλλὰ τῶν λόγων τοὺς φαύλους φυλάττεσθαι παραινῶν, πρὶν ἑτέρους χρηστοὺς ὥσπερ φύλακας ἐντραφέντας ὑπὸ φιλοσοφίας, τὴν ἤθει τὴν μάλιστα κινουμένην αὐτοῦ καὶ ἀναπειθομένην χώραν κατασχεῖν. ideò pulchrè Satyrographus præcepit,

Aurium corruptel.

ἀμφωτίδες.

Nil dictu fœdum, viſuque hæc limina tangat,
Intra quæ pater eſt; procul hinc, procul inde puellæ
Lenonum, & cantus pernoctantis paraſiti.

In ſecunda Tarſ. vbi narratiuncula eſt de Phryge malè augurante, qui cornicem inauſpicato percuſſit, ait, καὶ νομίσας εἰς ἐκείνην τετράφθαι τὸ χαλεπὸν, ἀναιρεῖσθαι, καὶ ἀναβὰς ἤλαυνεν. Scribe vt in Regio ἀναιρεῖ τε καὶ αἰ. Hoc σφάλμα fecit, vt veluti Phryx ἀπ' ὄνου, ſic interpres ἀπὸ νοῦ laberetur. *occidit*, inquit, *& iumento conſcenſo equitabat*. atqui cornix mox recreata atque refecta (hoc enim denotat ὃ ἀνέσφηλε) ita iumentum terruit vt inſeſſorem excuteret. Narrat ergo Dio, Phrygem iſtum qui ob δυστυχίαν onuſtum pectus portabat lætitia lubentiáque, deſcendiſſe ab equo, vt cornicem, in cuius caput malum omen verſum eſſe autumabat, ictu ſemianimem tolleret; quaſi ſalutis teſſeram; tum iumento conſcenſo perrexiſſe. Narrauit Dio. quidni etiam narrem tibi quod ab Hecatæo Abderita (philoſopho & hiſtorico, ex Euſebij ſententia, περὶ τὰς πράξεις ἱκανωτάτῳ) accepi ἐκ τῆς περὶ Ἰουδαίων ἱστορίας, de Moſomamo ſtrenuo equite Iudęo & ſagittario præſtantiſſimo, qui vt auguriorum inanitatē argueret, oſcinem auem ab augure contemplante oſtenſam collimās iaculo transfixit, felicius quàm Phryx ille noſter, vt mortua moræ amplius non eſſet. vis oculatum teſtem id perhibentem producam? ἐμοῦ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν βαδίζοντος συνηκολούθει τις μετὰ τῶν ἄλλων τῶν παραπεμπόντων ἡμᾶς ἱππέων Ἰουδαίων ὄνομα Μοσόμαμος, ἄνθρωπος ἱκανὸς κατὰ τὴν ψυχὴν, εὔρωστος, καὶ τοξότης ὑπὸ δὴ πάντων ὁμολογούμενος καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων ἄριστος· οὗτος οὖν ὁ ἄνθρωπος βαδιζόντων πολλῶν κατὰ τὴν ὁδὸν, καὶ μάντεως τινὸς ὀρνιθευομένου, καὶ πάντας ἐπισχεῖν ἀξιοῦντος, ἠρώτησε διά τί προσμένοιεν· δείξαντος δὲ τοῦ μάντεως αὐτῷ τὸν ὄρνιθα, καὶ φήσαντος ἐὰν μὲν αὐτοῦ μένῃ, προσμένειν συμφέρει πᾶσιν· ἐὰν δὲ ἀναστὰς εἰς τοὔμπροσθεν πέτηται, προάγειν· ἐὰν δὲ εἰς τὸ ὄπισθεν, ἀναχωρεῖν αὖθις· σιωπήσας καὶ ἑλκύσας τὸ τόξον, ἔβαλε, καὶ τὸν ὄρνιθα πατάξας ἀπέκτεινεν. ἀγανακτούντων δὲ τοῦ μάντεως καί τινων ἄλλων, καὶ καταρωμένων αὐτῷ. τί μαίνεσθαι, ἔφη, κακοδαίμονες; εἶτα τὸν ὄρνιθα λαβὼν εἰς τὰς χεῖρας, πῶς γὰρ οὗτος, ἔφη, τὴν αὐτοῦ σωτηρίαν οὐ προειδὼς, περὶ τῆς ἡμετέρας ἡμῖν πορείας ἄν τι ὑγιὲς ἀνήγγειλεν, εἰ γὰρ ἐδύνατο προγινώσκειν τὸ μέλλον, εἰς τὸν τόπον τοῦτον οὐκ ἂν ἦλθε, φοβούμενος μὴ τοξεύσας αὐτὸν ἀποκτείνῃ Μοσόμαμος ὁ Ἰουδαῖος. Hic vir non certiore manu & ſagitta præpetem tranſadegit, quàm ridicula auſpicia acumine ingenij exagitauit, & augurum ceu cornicum oculos confodit. Præſtat igitur Deiotarum imitari, quem non tam cornicis quàm virtutis auſpiciis eſſe vſum ſcribit Tullius; quæ vetant, *Spectare fortunam, dum præſtetur fides*. Ceterùm quod huius huius commenti initio dicit Dio. οἰωνισάμενος· οἱ γὰρ Φρύγες τοιαῦτα δεινοί. Phrygas auſpicandi fuiſſe peritiſſimos. (id hîc οἰωνίσασθαι, ab Hecatæo ὀρνιθεύεσθαι vocatur) hoccine in cauſa eſt cur Cic. ita percontetur, An auſpicia Piſidarum aut Cilicum aut Phrygum inuenta dicemus?

P.414.A
Pag.415. D
Emendat.
ἀνασφῆλαι.
Auguria arguuntur.
Auſpicia virt.

AD XXXV. ET FRAGM. DIONIS.

Pag. 432. C. Lacuna in interpret.

QVÆ in XXXV. ſermonis interpretatione alio Characterum Romanorum genere vides inſignita, Naogeorgus vel in Græco exemplari non viderat, vel Latinis inuiderat; aut deſpexerat, vt conſuleret famæ ſapientum illorum beatorúmque Antiſtitum gentilium vtriuſque continentis & Heſperiæ principum: quos hîc, etiam coronatos, ad partes vocat, *cum ſemiuiro comitatu* παιδαρίων κομώντων, *Mæonia mentum mitra crinémque madentem Subnixos: Tyrióque ardebat murice læna Demiſſa ex humeris.* Sed quid Celænis immoramur, vbi κελαινώ & caligo mera cimmeriáque eſt? Valete ergo pontifices Celænæi felices nimium, ſi eruditis noti fuiſſetis, quibus tamen cæſariem veſtram debetis, vt κομηταὶ, ἀκερσεκόμοι, intonſi, & Cæſares audiatis: &, *vt ſuperi voluere, latête. Eſt & fideli tuta ſilentio Merces.* Scribe ſtatim ὅπως ποτε ἔχῃ λ. Quod continuo ſequitur, τὸ δὲ κομᾶν οὐ χρὴ πάντως ὑπολαμβάνειν ὡς ἀρετῆς σημεῖον. repugnat Comæ encomio ab eodem Dione ſcripto; vt Syneſius in φαλάκρας ἐγκωμίῳ, *perhibet,* Δίωνι τῷ χρυσῷ τὴν γλῶτταν ἐποιήθη βιβλίον κόμης ἐγκώμιον, οὕτω δή τι λαμπρὸν ὡς ἀνάγκην εἶναι παρὰ τοῦ λόγου φαλακρὸν ἄνδρα αἰσχύνεσθαι· συνεπιτίθεται γὰρ ὁ λόγος τῇ φύσει. τὸ δὲ πολύστιχόν ἐστι· γλαφυρὸν μέν τοι. Sed & hoc libelli aureoli elogio non contentus ille Cyrenes Antiſtes, etiam eius guſtum & ſpecimen φι-λοδίων dare voluit. quo ne volumen Dionæum fraudetur, néve autori facta videatur iniuria, ſi quæ eius fragméta negligerentur; hîc quamuis ſpatiis diſcludar iniquis, noſtris potiora corollariis, aurea illa λείψανα, cum veteri exemplari MS. (quod ab ampliſſimo viro D. Huralto Meſſæo, ſacri Conſiſtorij Comite, vtendum accepi) ſedulo collata, hîc pro coronide gemmea apponere, cum interpretatione noſtra, conſtitui.

Dionis de Comæ libellus.

ΕΚ ΤΩΝ ΔΙΩΝΟΣ ΠΕΡΙ ΚΟΜΗΣ.

Ἀναστὰς ἕωθεν, καὶ τοῖς θεοῖς προσευξάμενος ὥσπερ εἴωθα, ἐπεμελούμην τῆς κόμης. καὶ γὰρ ἐτύγχανον μαλακώτερον σῶμα ἔχων· ἡ δὲ ἠμέλητο ἐκ πλείονος· πάνυ γοῦν συνεστράφατο καὶ συνεπέπλεκτο τὰ πολλὰ αὐτῆς, οἷα τῶν οἰῶν τὰ περὶ τοῖς σκέλεσιν αἰωρούμενα· πολὺ δὲ ταῦτα σκληρότερα, ὡς ἂν ἐκ λεπτοτέρων συμπεπλεγμένα τῶν τριχῶν. ἦν οὖν ὀφθῆναί τε ἀγρία ἡ κόμη καὶ βαρεῖα· μόλις δὲ διελύετο, καὶ τὰ πολλὰ αὐτῆς ἀπεσπᾶτο καὶ διετείνετο. οὐκοῦν ἐπῄει μοι τοὺς φιλοκόμους ἐπαινεῖν, οἱ φιλόκαλοι ὄντες, καὶ τὰς κόμας περὶ πλείστου ποιούμενοι, ἐπιμελοῦνται οὐ ῥαθύμως, ἀλλὰ κάλαμόν τινα ἔχουσιν ἀεὶ ἐν αὐτῇ τῇ κόμῃ, ᾧ ξαίνουσιν αὐτὴν ὅταν σχολὴν ἄγωσι. καὶ τοῦτο δὴ τὸ χαλεπώτατον, χαμαὶ κοιμώμενοι φυλάττουσιν ὅπως μηδέποτε ἅψωνται τῆς γῆς, ὑπερείδοντες ὑπὸ τῆς κεφαλῆς μικρὸν ξύλον, ὅπως ἀπέχῃ τῆς γῆς ὡς πλεῖστον· καὶ μᾶλλον φροντίζουσι τοῦ καθαρὰν φέρειν τὴν κόμην, ἢ τοῦ ἡδέως καθεύδειν. ἡ μὲν γὰρ καλούς τε καὶ φοβεροὺς ἔοικε ποιεῖν· ὁ δὲ ὕπνος, κἂν πάνυ ἡδὺς ᾖ, βραδεῖς τε καὶ ἀφυλάκτους. δοκοῦσι δέ μοι καὶ Λακεδαιμόνιοι μὴ ἀμελεῖν τοῦ τοιούτου πράγματος, οἱ τότε ἥκοντες πρὸ τῆς μάχης τῆς μεγάλης τε καὶ δεινῆς, ὅτε μόνοι τῶν Ἑλλήνων ἔμελλον δέχεσθαι βασιλέα, τριακόσιοι τὸν ἀριθμὸν ὄντες, ἐκάθηντο ἀσκοῦντες τὰς κόμας. δοκεῖ δέ μοι καὶ Ὅμηρος πλείστης ἐπιμελείας ἀξιοῦν τὸ τοιοῦτον. ἀπό γε μὴν ὀφθαλμῶν οὐ πολ-

λάκις ἐπαινεῖ τοὺς καλοὺς, οὐδὲ ἀπὸ τούτου μάλιστα ἡγεῖται τὸ κάλλος ἐπιδείξειν. οὐδενὸς οὖν τῶν ἡρώων ὀφθαλμοὺς ἐγκωμιάζει, ἢ Ἀγαμέμνονος, ὥσπερ καὶ τὸ ἄλλο σῶμα ἐπαινεῖ αὐτοῦ. καὶ οὐ μόνον τοὺς Ἕλληνας ἑλίκωπας καλεῖ, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα, τὸ κοινὸν ἐπὶ τοῖς Ἕλλησιν. ἀπὸ δὲ τῆς κόμης ἅπαντας. πρῶτον μὲν Ἀχιλλέα, Ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε Πηλείωνα· ἔπειτα Μενέλαον ξανθὸν ἐπονομάζων ἀπὸ τῆς κόμης· τῆς δὲ Ἕκτορος χαίτης μέμνηται, ἀμφὶ δὲ χαῖται κυάνεαι πεφόρηντο. Εὐφόρβου γε μὴν τοῦ καλλίστου τῶν Τρώων ἀποθανόντος, οὐδὲν ἄλλο ὠδύρετο λέγων, Αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι, Πλοχμοί θ' οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο· καὶ τὸν Ὀδυσσέα ὅταν ἐθέλῃ καλὸν γενόμενον ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἐπιδεῖξαι, φησὶ γοῦν, Κυάνεαι δ' ἐγένοντο ἔθειραι. πάλιν δὲ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ· κὰδ δὲ κάρητος Οὔλας ἧκε κόμας ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας. καὶ πρέπειν γε μᾶλλον τοῖς ἀνδράσι φαίνεται καθ' Ὅμηρον ὁ κόσμος ὁ τῶν τριχῶν, ἢ ταῖς γυναιξί. γυναικῶν γοῦν περὶ κάλλους διεξιὼν, οὐ τοσαυτάκις φαίνεται κόμης μεμνημένος· ἐπεί τοι καὶ τῶν θεῶν τὰς μὲν θηλείας ἄλλως ἐπαινεῖ· χρυσῆν γὰρ Ἀφροδίτην, καὶ βοῶπιν Ἥραν, καὶ Θέτιν ἀργυρόπεζαν. τοῦ Διὸς δὲ μάλιστα ἐπαινεῖ τὰς χαίτας· Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος.

Interpretatio encomij Comæ.

CVM manè ſurgerem, & Deos pro more adorarem, comæ cura mihi fuit. Etenim corpore languido molliúſque affecto eram; coma autem à longo tempore neglecta fuerat. Itaque magna ex parte conturbata implexáque erat; quales in ouibus villi per crura eriguntur: mea verò cæſaries multo durior, quippe quæ è tenuioribus capillis concinnata eſt. proinde viſu agreſtis & oneroſa coma, vix ac ne vix quidem dirimebatur; vt multa pars eius diuelleretur ac diſtenderetur. Quocirca cirratos comptoſque laudare animum ſubiit, qui venuſtatis ſtudioſi & cæſariem plurimi facientes, in ea curanda operoſi ſunt: atq; arundinē quandam in coma ſemper habent, qua vellicant ipſam, cùm otioſi ſunt. Et quod omnium difficillimum eſt, humi dormientes cauent ne terram vnquam contingant: aſſerémque capiti ſubſternunt, quò plurimum diſtet à terra: idq; accurant potius, vt puram gerāt comam, quàm vt ſuauiter dormiāt. Cæſaries enim pulchros & formidabiles ipſos efficere videtur: ſomnus verò, tametſi dulciſſimus ſit, ſegnes & incautos. Quinetiam Lacedæmonios arbitror hoc inſtitutum minimè neglexiſſe: cùm olim prodeuntes ante magnum & horrendum illud prælium, quando ſoli è Græcis Regem excipere parabant, trecenti numero crinem ornantes conſidebant. Hunc quoque ornatum Homerus magno ſtudio dignum cenſuiſſe mihi videtur: quandoquidem ab oculis non ſæpe formoſos commendat: neq; ex eo præcipue putat ſe pulchritudinem probaturum. quare nullius Heroum oculos laudat, præterquam Agamemnonis, cuius reliquum etiam corpus celebrat. ac non Græcos duntaxat nigroculos vocat, ſed & ipſum Agamemnonem, communi cum Graijs appellatione. A coma autem omnes; ac primum Achillem. flauo Pelidem crine prehendit. *deinde Menelaum à cæſarie flauum nuncupauit: Hectoris quoque capilli meminit.* Fuſcáque cæſaries hinc atque hinc ſparſa volabat. *Porro in Euphorbo Troianorum pulcherrimo, cùm obiiſſet, aliud nihil deflebat,* Sanguine fuſa coma eſt, triplex cui Gratia ſedit, Cinnorúmque orbem argentum nectebat & aurum. *Item cùm Vlyſſem formoſum à Mineruа factum argueret, ait,* -fuſci euaſere capilli. *rurſus de eodem,* Criſpum agitat crinem, cui flos hyacinthius eſt par. *quin viros magis decere quàm fœminas, capillorum ornatum, ex Homero patet. Quapropter de mulierum pulchritudine verba faciens, non toties videtur meminiſſe comæ. ſiquidem fœminas è Diuis aliter collaudat: aureámque Venerem & bubulis oculis Iunonem, argentipedémque Thetin memorat. At Iouis crines potiſſimum extollit:* Cœleſtes regi quatiuntur vertice crines.

AD LXII. DE REGNO ET TYRAN.

SCHOLIOGRAPHVS Photio & veritati congruenter de hoc ſermone ſcribit. ἔστι ἐκ τῆς ἐπιγραφῆς μηνύει τὴν ὑπόθεσιν πᾶσαν. quaſi non plus in fronte, quàm in receſſu habeat. Nos hoc ἑξαστίχῳ olim luſimus in hanc diſſertatiunculam.

Αἰνεῖται πρόφρων, ἀγανὸς καὶ ἤπιος ὄντως,
Σκηπτοῦχος βασιλεὺς, αἴσιμ' ἀεὶ φρονέων·
Δημοβόρος δὲ ἄναξ, χαλεπὸς καὶ αἴσυλα ῥέζων,
Ἔχθιστος θνητοῖς πᾶσι τύραννος ἔφυ.
Ἀμφοτέρους, βασιλῆ τ' ἀγαθὸν, στυγερόν τε τύραννον,
Χρυσείῳ Δίων τῷδ' ἐχάραξε λόγῳ.

Laudatur clemens, lenis Rex, atque benignus,
Sceptra manu moderans, iuráque mente colens.
Publiuorus contrà princeps, truculentus, iniquus,
Infeſtos omnes vſque Tyrannus habet,
Facundus Regíſque probi ſæuique Tyranni,
Aureolo Dio dat monumenta libro.

Pag. 587. Καὶ μὴν εἴ τις ἀνδρὸς ἑνὸς οὐχ ἑτέρου τι ἀρχεῖν ἐστι, κ. Compone cum his A quæ Clemens Alex. ſcribit VI. στρωμάτων, vbi docet quid ſit in viro pio ἀρχικὸν, ἡγεμονικὸν, βασιλικόν. inde purpureus hic pannus late ſplendet. μὴ τῶν ἔξω μόνον θηρίων κατακυριεύειν ἐπάγγελμα· ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ἀγρίων παθῶν. &, οὐ πραγμάτων ἄπλεον τοῖς μὴ τὴν γνῶσιν εἰληφόσι καὶ εἰδόσιν· ὅπως αὐτοῖς παρ' ὅλον τὸν βίον χρηστέον. ſic enim corrigo, cùm praue & παραλόγως editum ſit παρὰ λόγον τὸν β.

Clem. Alex. emendatur Florent. edit.

Καὶ πολλῶν γε οἰκουμένων ἐπὶ π. abeſt γε à MS. ſed quid obeſt? cùm idem ſit, B atque ſi dixiſſet, καὶ περὶ πολλῶν οἰκ. mox etiam eandem partic. adiunximus τῷ τοῦτον ex eod. MS. τοῦτόν γε ἐφικνεῖσθαι.

C. Εἰς ἐπήκοον φθέγξασθαι τ. Loquutio plane Attica eſt; qua præter alios vtitur Xenophon IV. ἀναβάσ. καλεσάμενος τοὺς στρατηγοὺς ἐς ἐπήκοον. hoc eſt, eò vnde exaudiri poſſet.

Καὶ γὰρ οὖν ἔχει τι παραπλήσιον ὁ νοῦς τῇ ὄψει. Ariſtotelicum eſt. ὅπερ ὄψις ἐν ὀφθαλμῷ· τοῦτο νοῦς ἐν τῇ ψυχῇ.

Ὡς γὰρ ἐκείνη δὴ. ſic repoſui ex MS. c. congruentiùs ætiologiæ, quàm καὶ ὡς. mox pro πλησιώτατα, πλησιαίτατα, indidem, Atticorum more, de quo Euſt. in Od. β.

D Οἱ μὲν γὰρ πολλοὶ τῶν ἐν ταῖς δυναστείαις, ὅτι μὲν ἔξεστιν αὐτοῖς π. Publius.

Cui plus licet, quàm par eſt, plus vult quàm licet.

vide τὰ δικαιώματα τοῦ βασιλέως. I. Reg. 8. Scholiographus his cenſuram adhibuit, ἐπιφορὰ ἄτονος καὶ περισκορής.

Ἥδεται δὲ τοῖς πόνοις, ὅτι ἑκὼν πονεῖ. Synesius περὶ βασιλ. βασιλικοῦ σώματος ἐλάχιστα πόνος ἅπτεται. ἴσις γὰρ οὐ λανθάνει πονῶν, τούτου ἥκιστα πόνος κρατεῖ. Seneca Ep. 31. *Generoſos animos labor nutrit.* Pag. 588. A

Τίνι δὲ ἀνδρείας μείζονος ἢ τοῦ πάντα σώζοντι. Clemens Al. lib. IV. στρωμ. αἴτημα τὸ βασιλικώτατον, αἰτεῖσθαι τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν ἀμισθί. *Votum regium eſt, petere & procurare ſalutem hominum, gratis.* B

Βασιλείας δὲ οὐδὲν ἦν αὐτῷ προσῆκον, οὐ μᾶλλον ἢ τῶν σηπομένων τινὶ νεκρῶν. D Interpres ita verterat, *non magis quàm ad aliquem mortui putreſcentes*, vt illos gignendi caſus, σηπομένων νεκρῶν, regi putaret à participio προσῆκον, ſed incautè: cùm diſtributiuè poſiti ſint, & datiuo τινὶ ſubiiciantur, optimæ ſententiæ bono, quæ vult: *Neutiquam Regnum ad Sardanapalum attinuiſſe, nec magis quàm ad aliquod è fœtidis iam cadaueribus.* fuit certè

—monſtrum, nulla virtute redemptum
A vitiis; æger, ſoláque libidine fortis.

Κάθηνσο ἐπὶ χρυσηλακάτου κλίνης ἀναβάδην. Pollux Onom. lib. 3. cap. 13. ex hoc Dionis loco exemplum illud deprompſiſſe videtur, ἀναβάδην καθήμενος: cui ſubiungit παραβάδην, τὸ παραλλάξαι τοὺς πόδας. Phauorinus, ἀναβάδην, τὸ ἀφ' ὕψους ἄνω τοὺς πόδας ἔχειν, καὶ κοιμᾶσθαι. Vnde lacuna explenda eſt apud Heſychium. Ariſtophanes in Pluto. *Heſychij ſupplem.*

Νυνὶ δὲ πεινῶν, ἀναβάδην ἀναπαύομαι.
At pedibus altis famelicus quieſco nunc.

Ὑπὸ δὲ ἀργίας καὶ σκιᾶς λευκός. hæc σκιατροφία dicitur vno nomine à Plut. in P. Æmilio, ἀνθρώπους τοῦ σώματι ἀλλοίων ὑπὸ λειότητος καὶ σκιατροφίας. de Ser. Galba. & in Ageſilao, τὴν σωμάτων λευκὴν καὶ ἁπαλὴν διὰ τὰς σκιατροφίας, γυμνουμένων δειγέλων.

AD I. II. III. ΠΕΡΙ ΤΥΧΗΣ.

PRINCIPIO hæc male cohærebant, nec ſatis erant integra. μὴ παρούσης δὲ, λύπην ἔχει καὶ ἀπορίαν πάντα, ἐκ τῆς δαίμονος ταύτης. melius ſic in Regio interpuncta connexáque ſunt, λύπην ἔχει καὶ ἀπορίαν· πάντα γὰρ ἐκ τῆς δαίμονος τ. ex Demoſth. Olynth. II. μεγάλη γὰρ ῥοπή, μᾶλλον δὲ ὅλον ἡ τύχη, παρὰ πάντα ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. Ariſtotel. XI. τῶν μετὰ τὰ φυσ. de principio potentiſſimo, vnde vniuerſa pendent; ἐκ τοιαύτης ἀρχῆς ἤρτηται ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ φύσις. Quæ ſequuntur affinia ſunt iis quæ in Pæane εἰς ὑγίειαν Ariphron canit in colophone Athenæi δείπν. Pag. 589. D *Emendat.*

Aſſerit hîc oratores quondam pernicioſos Athenis fuiſſe, nec minimam per Demoſthenem inuectam eſſe partem incommodorum. Ἀθηναῖοι ποτε εἰς ῥήτορας ἠδικήσαν, καὶ ἦγετο Δημοσθένης. Idque firmat Æſchines, κατὰ Κτησιφῶντος. & Dinarchus contra Demoſth. vbi docet qui autores ſint rerum bene vel malè in vrbibus geſtarum. παρὰ τί οἴεσθε τὰς πόλεις τοτὲ μὲν εὖ, τοτὲ δὲ φαύλως πράττειν· οὐδὲν εὑρήσετε ἄλλο πλὴν παρὰ τοὺς συμβούλους καὶ τοὺς ἡγεμόνας. Pag. 590. C

Quòd autem τύχην ἐπισκοποῦσαν appellat, Solonem imitatur, qui Iouis
αἶσαν, & Mineruam ἐπισκοπεῖν Athenas in Elegis cecinit.

Ἡμετέρη δὲ πόλις κατὰ μὲν Διὸς οὔποτ' ὀλεῖται
Αἶσαν, καὶ μακάρων θεῶν φρένας ἀθανάτων.
Τοίη γὰρ μεγάθυμος ἐπίσκοπος ὀβριμοπάτρη
Παλλὰς Ἀθηναίη χεῖρας ὕπερθεν ἔχει.

Ceterùm Plutarchus, in comment. *Quî leg. poëta.* Heſiodum Iouis nomi-
Iupiter pro Fortuna. ne ad Fortunæ vim declamandam vti obſeruat, in his Promethei ad Epi-
methea monitis, — μήποτε δῶρα

Δέξασθαι παρὰ Ζηνὸς Ὀλυμπίου, ἀλλ' ἀποπέμπειν.

ἐπὶ τῇ τύχης δυνάμει τῷ Διὸς ὀνόματι κέχρηται· τὰ γὰρ τυχηρὰ τῶν ἀγαθῶν, Διὸς
δῶρα κέκληκε, πλούτους καὶ γάμους καὶ ἀρχὰς, καὶ πάντα ὅλως τὰ ἐκτὸς, ὧν ἡ κτῆ-
σις ἀνόνητός ἐστι τοῖς χρῆσθαι καλῶς μὴ δυναμένοις.

Pag. 592. B Πανθείαν ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ, καὶ. Ecce tibi non faſtidienti nec occupato faſci-
culus de Pantheæ, Crœſi aliorúmque fortuna, à Scholiaſte è Xenophõ-
Panthéa. tis, Herodoti, Thucydidis & poëtarum viridariis lectus. Πάνθειαν μὲν τὴν
Ἀβραδάτου τοῦ Σουσίου, φασὶ, γαμετὴν, ἧς καὶ Ξενοφῶν ὁ Σωκρατικὸς μέμνηται.
Crœſus eiúſque fil. Κροίσου καὶ τοῦ παιδὸς τούτου, ἤτοι τοῦ ἐν θήρᾳ δεδυστυχηκότος, ἢ τοῦ κωφοῦ. ἀμφοτέρων
Ἡρόδοτος μέμνηται τοῦ μὲν, ὡς ὑπὸ Ἀδράστου τῇ τοῦ συὸς διαμαρτίᾳ λόγχῃ διαπα-
Aſtyag. ρέντος· τοῦ δὲ ἐπὶ τῇ Σαρδέων ἁλώσει φωνήεντος γεγονότος. ὁ δὲ αὐτὸς καὶ τὴν Ἀστυά-
Polycrates. γεως ὑπὸ Κύρου τοῦ ἐγγόνου * ἧτταν· καὶ Πολυκράτους τοῦ Σαμίων τυράννου τὴν ὑπὸ
τῶν Περσῶν αἰχμαλωσίαν καὶ ὄλεθρον, καὶ τὴν Κύρου ὑπὸ τῆς Μουρίδος τῆς Μα-
Cyri nex. Medéa. σαγέτιδος σφαγὴν, ὁ αὐτὸς Ἡρόδοτος ἀναγράφει. Μηδείας δὲ τὸν ἔρωτα τῆς Κολ-
χίδος, καὶ τὸν Ἰάσονα, καὶ πᾶσαν τὴν κατ' αὐτῆς πραγματείαν Ἀπολλώνιος ἐν Ἀρ-
Midas. γοναυτικοῖς διέξεισι. Μίδα τὴν εὐχὴν οὐδεὶς ἀγνοεῖ. Φαίδρας τὴν κατὰ Ἱππολύτου
Phædra. Oreſt. διαβολὴν, Εὐριπίδης τραγῳδεῖ. Ὀρέστου τὴν μανίαν διὰ τὸ ἐπὶ τῇ μητρὶ ἄγος,
καὶ τὸν ἐπὶ πολλὴν γῆν πλάνον, τὰ αὐτὰ ἕξεις Εὐριπίδην περιπαθέστερα δραματουρ-
[illegible] γοῦντα. Ἀλκμαίωνα δὲ τὸν Ἀθηναῖον ποιναῖς ἐλαυνόμενον μητρῴαις, πᾶσαν καὶ ἤπει-
ρον, Θουκυδίδης Ὀλόρου ἰχνῶς ἅπασιν ἀνθρώποις γνωρίζει. Adiſis Herodot. in
Clio. Xenophontem V. παιδείας. Thucydidem extremo l. II.

Pag. 597. Laconica. Idem Scholiographus τὰ Λακωνικὰ luculenter exponit. Λακωνικὰ ταῦτα
φησίν· ὅτι καὶ περὶ τούτων οὕτω Λάκωνες ἐπέστελλον· ἐπὶ μὲν τῇ τῶν Περσῶν ἥττῃ τῇ
ἐν Πλαταιαῖς οὕτω γράψαντες πρὸς τὴν Σπάρτην· ΤΟΙ ΠΕΡΣΑΙ ΔΟΥ-
ΛΕΥΟΝΤΙ. νικήσαντες δὲ Ἀθηναίους κατὰ τὰ Πελοποννησιακὰ, καὶ τοῦ ἄστεος γε-
νόμενοι ἐγκρατεῖς, ΕΑΛΩΚΑΝΤΙ ΤΑΙ ΑΘΗΝΑΙ. κατὰ δὲ τὸν ὑπερη-
φανευόμενον αὐτοῖς, ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΕΝ ΚΟΡΙΝΘΩι. καὶ γὰρ ἐκπεσὼν
Διονύσιος Συρακουσῶν, ἐν Κορίνθῳ ἐγραμμάτευεν ἰδιωτεύων. Σωκράτους δὲ τῷ δεσ-
μωτηρίῳ ἐμβληθέντος τοῖς ἐπιτηδείοις ἐπέστειλαν οἱ αὐτοὶ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΚΑ-
ΤΕΔΙΚΑΣΘΗ. καὶ Ξενοφῶντος φυγαδευθέντος, ΞΕΝΟΦΩΝ ΕΦΥΓΑ-
ΔΕΥΘΗ. καὶ πάλιν, ΦΕΡΕΚΥΔΗΣ ΤΕΘΝΗΚΕ. προσήγαγε δὲ ταῦ-
τα ἐνταῦθα ὡς δυστυχίας ὑποδείγματα· τῇ γὰρ παλιρροίᾳ τῆς τύχης ἡ πρὶν εὐδαιμονία
Specula fort. εἰς τοὐναντίον κατέκλινεν. Hæc itaque Lac. dicta proponuntur quaſi mutatio-
nis rerum humanarum ſpecula, exempláve inſignia, vt apud Liu. l. lv. Pau-

lus Coſ. Perſeo Rege captiuo in tabernaculum introducto, ſuis dixit; *Exemplum inſigne cernitis mutationis rerum humanarum. vobis hoc præcipue dico iuuenes; Ideo in ſecundis rebus nihil in quemquam ſuperbè ac violenter conſulere decet, nec præſenti credere fortunæ, cùm quid veſper ferat incertum ſit.* hoc eſt ἀλεξιφάρμακον Comici dicti,

Secundas fortunas decent ſuperbiæ. Plaut. in Sticho.

At is iure laudatur à Papinio in Syluis, cui

Tenor idem animo moréſque modeſti.
Fortuna creſcente manent.

Synefius epiſt. ad Simplic. ἔδει μὲν ταῖς τύχαις τὰς γνώμας μὴ συνεξαίρεσθαι. *Prorſus non oporteret vna cum fortuna, animos efferri.*

Ὅπως μηδένα ἔχωσι τῆς περὶ τοῦτο αἰσχύνης. Non redundat τὸ περὶ τοῦτο, quod interpres neglexerat. ſiquidem αἰσχύνη, ἁπλῶς, in meo MS. παλαιῶν λέξεων, definitur, ἡ τοῖς κατεγνωσμένοις ἐπιγινομένη αἰδώς. Quod ſubiicitur, σκότει τῆς τύχης διαπλεῖν, eadem tranſlatione dictum eſt, atque iſtud Maronis, Pag. 601. A

Vixi, & quem dederat curſum Fortuna peregi.

Ταχὺ δὴ μᾶλλον, οἷς ἂν ὑπάρξῃ, καταλιπούσης, ἢ μεθισταμένης πρὸς ἑτέρους. quis illuſtrior horum interpres, quàm Flaccus, apud quem, III. Car. XXIX. B

Fortuna ſæuo læta negotio, & Horat. cũ Dione συμφωνία.
Ludum inſolentem ludere pertinax,
Tranſmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alij benigna. &c.

AD ΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΔΟΞΗΣ.

QVAM arduum ſit volucris gloriæ aucupium, hac prouerbiali periodi ambage perhibetur. Οὐ γὰρ ὀλίγοις λίνοις, φασιν, ἢ δυσὶν, ἢ τρισὶν ἑταίροις, οὐδὲ δέκα Λεσβίαις θηρεύεται δόξα. Scholiaſtes. παροιμία ἐπὶ τῶν μὴ δυσκατεργάστων πραγμάτων, Οὐκ ὀλίγοις λίνοις θηρεύεται πετεινά. Pag. 607. A Adagij illuſtratio.

Retibus exiguis haud capiuntur aues.

Ἢ δεκάκις ἢ ἠδίκησεν ποτὲ ἐραστὴς πόλεως. Interpres legerat, ἢ ἠδικήκησεν πρὸς ἐραστοῦ πολ. Regius, ἢ δίκης ἄν ποτε ἐραστὴς πόλ. prauè. quid ſi ſcribas, εἰ τύχῃ ἄν ποτε ἐραστὴς π. ſi quando fuerit ciuitatis amator. Var. lect. Coniect.

Ἠμ̃, νύκτας δ᾽ αὖτε παρ᾽ αἰδοίῃς ἀλόχοισιν. Emenda, Ἤματα, νύκτας, δ. ex Homeri Odyſſ. x. verſ. XI. Sed quamuis apud Homerum ſequatur continuò Εὕδουσ᾽ ἔν τε τάπησι, καὶ ἐν τρητοῖς λεχέεσσι. nihil tamen in Dione mutandum: à quo hæc compoſitò ſunt παραπεποιημένα κατὰ παρῳδίαν, & gloriæ cupidis accommodata, qui vix vnquam placidum petunt, *Vxorum infuſi gremio, per membra ſoporem, Mollibus in ſtratis.* Correct. B

AD LXXV. ΠΕΡΙ ΝΟΜΟΥ.

HANC flagitantibus amicis magnis ab integro interpretari, quàm Naogeorgi interpretationem emendare & recentare, magis expeditũ & ex decoro viſum eſt.

Pag. 645. A. *Chryſippea à Dione mutuata.* Ἐστιν ὁ νόμος, τοῦ βίου μὲν ἡγεμὼν, τ. Dio in hoc de legis laude exordio, Chryſippi Stoici principium τοῦ περὶ νόμου imitatus vel mutuatus eſt. Ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. δεῖ δὲ αὐτὸν προστάτην εἶναι τῶν καλῶν καὶ τῶν αἰσχρῶν, καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα· καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα τε εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων. Martianus l. 2. D. de leg. Autor orat. LXXIX. pag. 667. hæc propriè dici de lege principe, & diuina declarat: eámque τὸν τοῦ Διὸς θεσμὸν vocat, & φύσεως νόμον, τὸν ἀληθῆ καὶ κύριον καὶ φανερὸν καὶ ἡγεμόνα τοῦ βίου.

B Ὥσπερ δὲ τῶν πλεόντων οἱ τοῦ πυρσοῦ μὴ διαμαρτάνοντες, οὐ. Synesius in clauſula ep. ad fratrem LI. pag. 140. ex edit. noſtra. φρυκτὸν dicit, quem hîc πυρσόν. *πυρσὸς, φρυκτός.* καὶ πεμπταῖον, τόν τε φρυκτὸν ἰδόντες, ὃν αἴρουσιν ἀπὸ πύργου τοῖς καταγομένοις σύνθημα, θᾶττον ἢ λόγος ἀποβιβασθέντες ἦμεν ἐν τῇ νήσῳ τῇ Φάρῳ.

Ὥστε ἀτείχιστοι μὲν πολλαὶ τῶν πόλεων διαμένουσι. Claudianus de Manlij Conſul. —*Lycurgus*, inquit,

Ciuibus, & vetitis ignauo credere muro,
Tutius obiecit nudam Lacedæmona bellis.

Pag. 646. A. Πυθομένους προσαιτήσαντ' ἄν. ſic repoſui ex coniectura: quia præit τὸ πυθέσθαι. cùm in editis & ſcriptis libris perperam legatur κλεπτομένους. an malles σκεπτομένους.

B Ὅσα τοῖς μὲν χρησμοῖς ἤδη τινὲς ἠγνόησαν. Id probat Synesius περὶ ἐνυπνίων. *Λοξίας.* pag. 9. Gr. edit. noſtræ. οὕτως οὐδὲ τὰ χρηστήρια πᾶσι συνετὰ φθέγγεται· καὶ Λοξίας ἐκλήθη ὁ Πυθοῖ χρησμῳδός· ἐπὶ τὸ ξύλινον τεῖχος, ὃ τοῖς Ἀθηναίοις ὁ θεὸς ἐδίδου σωτήριον, μάτην ἂν ἤκουσεν ἐκκλησιάζων ὁ δῆμος, εἰ μὴ Θεμιστοκλῆς ἀνέγνω τοῦ χρησμοῦ τὴν διάνοιαν.

C Ἀλλὰ μετὰ πειθοῦς καὶ βουλομένων περιέστηκεν. In hoc à Dione, Platone, Poſidonio, & antiquis legiſlatoribus, quos autores Dio ſequitur, Seneca diſſentit. epiſt. 94. *primum omnium ob hoc leges non perſuadent, quia minantur.* &c.

Pag. 647. B. *Var. lect.* Οὕτως ὁ τὰ τρία ῥήματα οἷς ἔ. in alio vetuſtiore cod. Reg. legi. οὕτως ὁ τὰ ῥήματα, οἷς ἔ. vt ſcrupulus trium illorum verborum plane tollatur. de quibus tamen ne pigeat legere quid ἀγχίνοια pereruditi viri ſuggeſſerit.

D Διὰ τοῦτον τοὺς ἀποθ. οὐδεὶς ἔτι κρίνει πολεμίους· οὐδὲ τὴν ἔχθραν κ. antea legebatur. οἱ δὲ τὴν ἔ. vt inchoata & manca videretur oratio, eáque deſiderare quæ in priori interpretatione noſtra, quam ſequuti ſunt operæ, ſuppleuimus. ſed germanam lectionem è Cod. Reg. repræſentauimus: cui reſpondent hæc ita reponenda, *Lex facit vt vita functos nullus in hoſtium numero habeat; nec hoſtilis animi petulantiæque ſpecimen in illorum cadauera edat.*

AD LXXIX. ΠΕΡΙ ΠΛΟΥΤΟΥ.

EX vetuſtis exemplaribus colligitur hanc & ſequentem diſſertationem fuiſſe τῶν ἐν Κιλικίᾳ; nempe ex earum numero, quas Dio habuerat vel commentatus erat, dum Ciliciam peragraret. Scholiaſtes argumentum τοῦ περὶ πλούτου ex Photio ſumptum ita recentavit: τὸ τοῦ πλούτου ὀχληρὸν ὁ λόγος οὗτος ἐκκαλύπτει, καὶ τὸ ἐπίβουλον στηλιτεύων, πολλῷ λυσιτελεστέραν αὐτοῦ παρίστησι τὴν μετὰ δικαιοσύνης πενίαν. *Var. lect. in Photio.*

Ἀκούω δ' ἔγωγε τὴν ὀροφὴν τὰς πάνυ παλαιὰς τῆς αὐτῆς εἶναι πέτρας. Hæc obſcura nimis, Attica parum. Interpretem vel ope cod. caſtigati, vel ἀγχίνως legiſſe perſpicuum eſt, τῶν κιόνων τὰς π. Homerus de Atlante. *Pag. 664. A Coniect.*

—ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς Μακράς.

mox, τοὺς κακούργους ἐν παχείαις δεδέσθαι πέδαις. nimirum χρυσαῖς. cùm Darius apud Herodotum in Thalia, Democedi medico, de quo antea, duo craſſarum compedum aurearum paria, δῶρα dediſſet; ille ioco, πεδέων χρυσέων δύο ζεύγεα, nuncupabat διπλήσιον κακόν, geminum malum. *B Compedes aur.*

Τί δαὶ χρὴ περὶ Κελτῶν λέγειν, ὅπου φασὶ ποταμόν τινα καταφέρειν τὸ ἤλεκτρον. Mirum eſt Dionyſium ipſum περιηγητὴν idem referre his verſib. *C*

Τοῖς δ' ἔπι, Πυρρηναῖον ὄρος καὶ δώματα Κελτῶν
Ἀγχόθι πηγάων καλλιρρόου Ἠριδανοῖο·
Οὗ ποτ' ἐπὶ προχοῇσιν ἐρημαίην ἀνὰ νύκτα *Electrum Eridan.*
Ἡλιάδες κώκυσαν, ὀδυρόμεναι Φαέθοντα.
Κεῖθι δὲ Κελτῶν παῖδες ὑφήμενοι αἰγείροισι,
Δάκρυ ἀμέργονται χρυσαυγέος ἠλέκτροιο.

quid quod Euſtathius ei patrocinatur, aitque, διήκειν λέγονται ἄχρι καὶ τοῦ Ῥήνου οἱ Κέλται· ἀπὸ δὲ αὐτῶν οἱ σύμπαντες Εὐρωπαῖοι Γαλάται, Κελτοὶ ὑπὸ Ἑλλήνων ἐκλήθησαν. Quod ſubiungit Dio, πανταχοῦ κεῖσθαι ἐκβεβρασμένον, ad illud Naumachij ſpectat, *Celtar. nom. abuſus. Naumachij imitatio.*

Λᾶες ἐπὶ ῥηγμῖνι πολυφλοίσβοιο θαλάσσης·
Πολλοὶ δ' ἐρρίφαται ποταμῶν περὶ χείλεσιν αὕτως.

Οὐδ' ἂν γένοιντό ποτε ἄνθρωποι εὐδαίμονες ἀνόητοι καὶ ἄφρονες. Xenophon in οἰκονομικῷ. Iuuenal. IV. Sat. *Pag. 665.*

Nemo malus felix, minimè corruptor.

AD LXXX. ΠΕΡΙ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ.

D INITIO huius depingitur, ὡς ἐν ἱερῷ περιβόλῳ τῷ κόσμῳ, vt apud Synesium, ζῶον ἄφετον, ἀνειμένον ζῶν: quaſi qui proclamet cum illo,

Nullius addictus iurare in verba magiſtri,

Quo me cunque rapit tempeſtas deferor hoſpes.

Iphicrat. Pag. 666. B Iphicrati illi ſimilis, οὔτε ὁπλίτης, οὔτε τοξότης, οὔτε πελταστής· ἀλλ᾽ ὁ τούτοις πᾶσιν ἐπιτάττων καὶ χρώμενος. Quem enim latet, quàm latè pateat τὸ, ἐννοεῖν ὃ βούλεται, καὶ πράττειν ἀδεῶς. ex præcepto ſapientis, νόει, καὶ ταῦτα πρᾶττε.

Coniect. Καὶ ξύμπαντα γένη ἀνόητοι. etiamne ἀνόητοι omnes iſti populi, qui vt

Æneadæ in ferrum pro Libertate ruebant?

quidni? ſi quidem ἀνόητοι ἀνοήτοις ἐπολέμησαν, καὶ πολέμῳ ἀνοήτῳ. Sed hîc, malùm, περισσὰ κ᾽ ἀνόητα, nullíque vſui nobis fuere vetera ἀντίγραφα. In Henr. Stephani cod. adnotatum fuit σφάλμα, & adſcriptum docti viri manu, τῆσδ᾽ αὐτονομίας ἔρωτα οὐδεὶς ἐγκέκλεικεν. ſed eruditiſſimi Iſa. Caſauboni Diatriba ἰατρείαν certámque medelam huic vlceri ac *pleriſque aliis* adhibebit.

D Σόλωνα μὲν τοι καὶ αὐτὸν εἰδέναι φασὶν, ὡς ὁ. Videri poſſet hîc τὸ εἰδέναι, pro εἰρηκέναι vſurpatum. Quid verò Solon de legibus ſuis ſentiret, Anacharſi

Soloniæ leg. hoſpiti ita, referente Plutarcho, declarauit: ὅτι καὶ συνθήκας ἄνθρωποι φυλάττουσιν, ἃς οὐδετέρῳ λυσιτελές ἐστι παραβαίνειν τῶν θεμένων· καὶ τοὺς νόμους αὐτὸς οὕτως ἁρμόζεται τοῖς πολίταις, ὥστε πᾶσι τοῦ παρανομεῖν βέλτιον ἐπιδεῖξαι τὸ δικαιοπραγεῖν. vt Dio præfractè nimis agat cum Solone; ne dicam captioſè. Id certè Solon operam dedit, vt vitaret faſtidium ciuium, τὸ δυσάρεστον καὶ τὸ φιλαίτιον. quippe qui dixerat in elegis,

Ἔργμασιν ἐν μεγάλοις πᾶσιν ἁδεῖν χαλεπόν.

Re in magna cunctis perplacuiſſe graue eſt.

Plut. vel Solonis interpr. lapſus. in quo verſiculo mirum eſt eruditum Cruſerium tam grauiter lapſum eſſe, vt pro ἁδεῖν legeret ᾄδειν, & abſurde interpretaretur, *Omnibus in magnis difficile eſt canere.*

P. 667. B Νόμον δὲ τὸν ἀληθῆ καὶ κύριον, καὶ φαν. Antigone ignorantiam huius veræ legis, principis & cœleſtis exprobrat Creonti regi apud Sophoclem; eiúſque κηρύγμασιν opponit ἄγραπτα κἀσφαλῆ θεῶν νόμιμα, ἀφ᾽ οὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου φάνη. Cic. & Stoici vocant, *æternum quiddam, quod vniuerſum mundum regit imperandi prohibendíque ſapientia; & rationem rectam ſummi Iouis.* hîc τὸν τοῦ Διὸς θεσμὸν, καὶ τὸν τῆς φύσεως νόμον.

Hesychij lect. anceps. Καὶ μικρὸν ἄθυγμα δεικνύοντι πυρός. Quas apud Scholiographum ἄθυγμα gloſſas habet ὅρμημα, ἐξάλμα κίνημα σκίασμα. eaſdem apud Heſychium ſibi vindicat, ἄθρυγμα. ſuſpectum & ſuppoſitũ fortaſſe, vel σύστημα τοῦ ἀθύρματος.

Ἄξονας δὲ καὶ γραμματεῖα καὶ στήλας φυλάττετε, κ. Monet Scholiaſt. hæc Athenis in Prytanei tabulario condita fuiſſe, ταῦτα ἐν τῷ Πρυτανείῳ ἀνέκειτο Ἀθήνησιν.

Τῶν ἐν ἁλύσει καὶ κλοιῷ καὶ πέδαις. de his, aliíſque ὀργάνοις κολαστηρίοις, Sy- Pag. 668.
neſius Epiſt. 58. ad Epiſc. in quibus δακτυλῆθρα καὶ ποδοστράβη καὶ πιεστήριον. A
&c. Plaut. in Capt. manicas, neruos, boias ponderoſas craſſáſque memorat: & *exauſpicare ex vinclis* dicit, quod hîc ἀφεθῆναι.

Ὠκύτατον περ ἐόντα θ. Ex Odyſſ. VIII. ſed ὕστερον πρότερον citantur: prior B
enim verſus à Diis profertur Gradiuum ſubſannantibus à loripede correptum: alter in ἐκφράσει Vulcaniorum vinculorum tenuiſſimorum, ἀρρήκτων, ἀλύτων, δολοέντων. Interpres Martem numeris aſtrinxerat; vincula araneorũ telis ſubtiliora metris nullis vinxerat. ego modis tenuaui paruis.

Η Σικελικὴ φρουρά. Schol. αἱ λατομίαι Συρακουσῶν. an latomias lapidarias D
innuunt hæc verba, εἰς πέτραν τινὰ ἐνέβαλον. Lapicidinæ Syrac.

Τί δ' ὁ Λακώνων Καιάδας. ſcribe Κεάδας, vt in Regio. & apud Pauſaniam Correct.
in Meſſenicis, vbi narrat in id barathrum Ariſtomenem ducem Meſſe- Ceadas barathr.
niorum à Lacedæmoniis coniectum cum quinquaginta viris, ſolum di- Spart.
uinitus, aquilæ ope auſpicióque ſeruatum, & duce vulpecula liberatum reducémque fuiſſe. τούτοις ἔγνωσαν ῥῖψαι ἐς τὸν Κεάδαν· ἐσβάλλουσι δὲ ἐνταῦθα, οὓς ἂν ἐπὶ μεγίστοις τιμωρῶνται. Scholiographus hîc etiam iuuat. Ὁ Κεάδας Λακωνικὸς, οὐχ ἡ εἱρκτὴ, ἀλλὰ κολαστήριος τόπος βαραθροειδὴς, αὐτομάτοις περικλειόμε- Coniect.
νος τόποις. fortean leg. λίθοις. in Schol.

Ἐν οἰκείοις τραγῳδῶν πάθεσι. Schol. ἐπεὶ μιμεῖσθαι πλάττειν τοιαῦτα, οἷα ἐν τραγῳ- Pag. 669.
δίαις ἡ δραματοποιΐα ἐσκευώρηται· εἰκότως καὶ τραγῳδεῖν ἐπιχειρεῖται. quaſi ærumno- A
ſæ vitæ humanæ tragicum Drama exhiberet, Reges quò prodeunt & Tyranni. Ita G. Piſidas, Εἰς μάταιον βίον.

Ὁ χοῦς, ὁ θείᾳ πνευματωθεὶς εἰκόνι,
Καὶ τὰς γεώδεις ἐκβοᾷ τραγῳδίας,
Καὶ τὸν γελᾶν δοκοῦντα δακρύει βίον.

Puluis, Dei qui animatus eſt imagine,
Telluris effert horridas tragœdias,
Falsóque riſu diffluens æuum gemit.

Ἔνθα δ' οὐκ ἄξιον εἶναι μὴ περιφρᾶσαι τὸν παράδεισον. Reg. ἔνθα δ' οὐκ ἄ. ε. μ. π. τὸ περ. D
Ex Scholiaſtæ iudicio, τὰς ἐν τοῖς οἴκοις γινομένας φιλοκαλίας, διὰ τούτων περί- Var. lect.
εισιν. non malè, vt φιλοκαλία pro ornatu ſuperfluo luxúque ſumatur. alioqui τὸ φιλόκαλον Ariſtoteli nota eſt liberalis; παρασκευαστικὸν τῆς περιττῆς καὶ
καλῆς. Ceterùm his παντοίοις λίθοις τε καὶ ψήφοις, intellige λίθους διαυγεῖς καὶ ψη- ψῆφος
φῖδας γραφισμοῖς, πλακός τε λάμψιν ἀβρᾶς ἀντήχοον, πολύχροον. ex hymno 11. ψηφίς.
Gregor. Naz. & ψηφοθετήματα, ἐκ λίθου ἀλλόθεν ἄλλης. de quibus teſſellulatis cruſtulis in opere amuſeato muſiuóque, diximus in Notis ad Statij verſ. 56. III. Car. Syl. I. —*ſuberántque nouis Aſarota figuris.*

Ἀλλ' ὅπως μὴ πόρρω που αὖθις φερώμεθα ἀπὸ τῆς εἰκόνος. Aliunde quidem Pag. 670.
tranſlatum, ſed eodem tendit hoc Tullianum, II. de Leg. *ne æſtus nos conſuetudinis abſorbeat, & ad ſermonis morem vſitati trahat.*

Ὡς Ὅμηρος Ἀχιλλέα ἐποίησε τὸν τοῦ Ἀντιλόχου ἑταῖρον μακρὰν ἀπελθεῖν. Hic Correctio
pater loco filij poſitus. ſcribe igitur τὸν τοῦ Ἀχιλλέως ἑτ. vt τὸν referatur ex Hom.

ad εἰδώλῳ. Homeri locus de Achille falſa Agenoris imagine eluſo eſt ſub finem Iliad. xxi.

> Αὐτὰρ γὰρ ῥ' Ἑκάεργος Ἀγήνορι πάντα ἐοικὼς
> Ἔστη προπάροιθε ποδῶν, ὁ δ' ἐπέσσυτο ποσὶ διώκειν.

In hac menda quæ in extremo Dione hæſerat, dicamus cum autore, ἱκανῶς ἔχει. imò ſatis ſupérque. καὶ δεδώκαμεν. —*quin plurima cerno,*

> *Me quoque, qui ſcripſi, iudice digna lini.*

vt idem ingenuè fatear quod ingenioſus vates ille, cui etiam viſus meritò *Hic emendandi labor eſt quàm ſcribere maior.* tamen etſi otio tunc abundaret, quo planè caremus, ſemper in ſcholis publicis & priuatis ἄσχολοι. vt nobis non liceat eſſe tam beatis quàm Dionis noſtri æmulo Syneſio, cui fas fuit vitam partiri εὐχῇ, θήρᾳ, καὶ βίβλῳ. Quid ergo mirum ſi nemore in tanto non *omnia peruolitem latè loca*; nil grande profeſſus? fecerit alter. —ὅστις μου πολλὸν ἀρείων. — *curſúmque per auras*

> *Dirigat in lucos; vbi pinguem diues opacat Ramus humum.* —

Satis mihi fuerit ſi cum Sophocle

> Τὰ μὲν διδακτὰ μανθάνω, τὰ δ' εὑρετὰ
> Ζητῶ· τὰ δ' εὐκτὰ παρὰ θεῶν ᾐτησάμην.
> *Diſcenda diſcam, reperienda ſedulo*
> *Indagem, & optanda à Deo petam aſſequi.*

Sed iam flexaminam Pithô Libanianam *nos ad ſe his verbis reuocantem* audio,

> *Perge modò; atque hinc te Reginæ ad limina perfer:*
> *Perge modò; & quà te ducit via dirige greſſum.*
> *Iuſta laboriferis tribuet Deus otia Muſis.*

LIBRARY OF THE BOMBAY BRANCH OF THE ROYAL ASIATIC SOCIETY

ΣΦΑΛΜΑΤΑ.

Pag. 4. lin. *numine.* ſcribe μανίᾳ
Pag. 55. ὅταν γ' ἔχῃ
Pag. 35. lege, λιμῷ οἴκτιστον θ.
Pag. 59. lin. 3. τὸν ἄλλον

IN DIONIS CHRYSOSTOMI ABSOLVTAM, ET LIBANII INCHOATAM EDITIONEM, EPIGR.

EN oratores rediuiui, animante Morello,
  Eoæ ſurgunt ſidera clara plagæ.
Dio Pruſæus, cui nomen flumina linguæ
  Aurea dant; Suadæ Libaniúſque comes.
At ceu cum geminus materna prodit ab aluo
  Fœtus, Lucinæ *numine propitio*:
Qui prior egreditur dias ad luminis auras,
  Efficit vt prono tramite & alter eat:
Sic modò Dioni optatam contingere metam
  Fas fuit, Eoamque Heſperiámque ſimul:
Vt liceat citiùs ſuauis libamina mellis
  Græcis & Latiis porgere Libanio.
Vos ô Cecropiæ Muſæ Auſoniæque, Morello
  Tempora Pieria cingite fronde patri.

Nic. Morellvs Federici fil.

00079857

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019